14
11 M
7

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

53.
6.
20.

Digitized by Google

FORTVNII LICETI
GENVENSIS
Philoſophiam in Academia Piſana Profitentis

DE VITA
LIB. TRES,

Quibus accuratiſsime Philoſophorum, Medicorum, ac Theologorum placita primum expenduntur: Deinde circa vitam & generatim, & ſpeciatim circa Plantalem, Brutalem, Humanam, Cœleſtem, & Mundanam ſummo ſtudio diſquiritur

Quid ſit vnaquæque ſeorſum; Quo innitatur, & conſeruetur; Quot, & Quas habeat proprietates, operationes, differentias, & ſpecies: Ac demum difficilia quæq; contingentia circa propoſita explanantur diligentiſs. multis Ariſtotelis dogmatibus illuſtratis.

Opus apprime vtile ſtudioſis omnibus, ſed præcipue Medicis, Philoſophis, ac Theologiæ profeſſoribus neceſſarium.

Cum gemino Indice, altero Capitum, altero rerum notabilium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

GENVÆ,
EX TYPOGRAPHIA IOSEPHI PAVONII.
Annuentibus Superioribus. MDCVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMIS

FERDINANDO

E T

CHRISTINÆ

MAGNIS DVCIBVS

ETRVRIÆ.

FORTVNIVS LICETVS
BENE AGERE.

MAGNVM, Optimumque Principem fouere litteras, pollere armis, & (quod præcipuum eſt) Catholica pietate præſtantem eſſe oportet; Regnum ſiquidem nudis innixum litteris infirmum nutat in bello; puris ſuffultum armis ſeditiones concitat in pace; armis, ac litteris, abſque pietate, munitum nunquam multiplici vitiorum, ac ſcelerum turpitu-

dine non ſordere videtur; ſed vna litteris, armis, & pietate vallatum in pace rectum, in bello tutum, & ſemper eſt vndique perfectum: Felicia ſæcula, quæ tali decorantur Principatu; feliciores populi, qui ſimili reguntur Imperio; feliciſſimi Principes, qui huiuſmodi fulgent Maieſtate.

Hæc dum ipſe mecum reputo (Sereniſſimi Magni Duces) Deo Maximo, qui mihi propitius Celſitudinum veſtrarum temporibus naſci, ſub aureo veſtro Dominatu viuere, ac vobis inter eos, qui Piſis publice docent, inſeruire conceſſerit, gratias habeo immortales; Vos namque litterarum Patronos ſingulares, terra, marique præpotentes, & verum pietati cultum tribuentes, obſeruant iuſti, pertimeſcunt impij, ac totus admiratur Orbis: Neminem ſane latet veſtra illa Pietas egregia, qua ſemper egenos humaniſsime ſubleuatis; ſacra Dei templa magnificentiſsime inſtauratis; inter quorum plurima Piſanum antiquitate pariter, ac ſummo artificio admirabile, miſerando incendio nuper abſumptum, honorificentius multo renouaſtis: At vero & in armorum tumultu non minus pietatem colitis, qui ſub Diui Stephani patrocinio tam ſancte militatis, vt ſub illius glorioſo vexillo multoties prædonum impetus in Chriſticolarum perniciem conuerſos cohibueritis; fidelium cateruas ex acerbiſſimo Turcarum ſeruitutis iugo eripueritis; & pio Daciæ Principi,

Romanoque Imperatori ab Orientis ſæuiſſimo Tyranno atroci marte laceſſitis oportunam opem tuleritis. Cuncti potentiam veſtram admirantur inuictam, qua ſæpiſſime immanem hoſtium feritatem domuiſtis, eoſque in proprijs ditionibus intra muniuiſſimas arces contriuiſtis, & ipſorum oppida omni apparatu bellico refertiſsima expugnauiſtis; cuius quidem rei teſtimonium quemadmodum luculentum, & recentiſsimum habemus in Epiro Nicopolim; ſic paullo vetuſtiora, ſed nobiliſsima tenemus in Aegæo mari militiæ veſtræ facinora; vt non immerito veſtri milites feroциſsimæ Othomanorum genti formidabiles, veſtræque triremes redditæ iam ſint Orienti vniuerſo metuendæ; ijs enim vel procul inſpectis barbarorum integræ classes ingenti perculſæ metu protinus terga vertere coguntur; quamuis raro illis ad fugam, rarius ad pugnam, nunquam ad palmam virium ſit ſatis: & ita populos non ſolum veſtro imperio ſubditos, ſed amicos etiam omnes tum finitimos, tum longinquos fortiſsime procul ab inimicorum iniurijs in tuta, & trãquilla pace ſeruatis: O præclaram Poteſtatem, quæ ſimiliter ad ſuorum conſeruationem, & ad aliorum quoq; defenſionem ſatis efficax inuenitur: Hæc illa eſt Potentia veſtra, cuius tam multa, tam magna, & eximia ſunt vbicunque geſta, vt eorum & nobis memoriam nunc firment iucundiſsimam, & poſteris

fidem

fidem ſemper factura ſint apertiſſimam. Duorum templa nobilibus trophæis ornata neſcio, an verius dixerim conſtipata. Suſpiciunt omnes perpetuam in litterarum decus, & augumentum animorum veſtrorum propenſionem, qua Piſis celeberrimam Academiam fouetis, & ſapientum virorum numero vndique maximis honorarijs conuocato locupletare pergitis; At vero prolixam nimis orationem texerem, ſi quam liberaliter, ac benigne litteras, & litterarum ſtudioſos complectamini, perſequi vellem; vnum illud attingam, quod vos, dum tanti Principatus adminiſtratione ab huiuſmodi ſtudio auertimini, hanc prouinciam LVDOVICO COVO Diui Stephani Præſuli meritiſs. dediſtis, viro tum prudentia plurimum exculto, tum morum integritate, ac omnibus, vt ſemel dicam, virtutibus exornato, qui vobis cumulatiſsime, non vnius tantum, ſed omnium prudentiſſimorum, probiſsimorumque virorum inſtar eſſe valeat; quo certe hac in re neque aptiorem inueniatis, neque meliorem; quippe quum in tali munere vigilantiſsimus ſua in minimis ponat, de Republica litteraria vehementer laboret, & omni ſtudio nitatur vt Piſarum Academia inter alias omnes ſumme refulgeat: Quid autem dicam de Bibliotheca Florentiæ florentiſsima, & eruditiſsimis codicibus cumulatiſsima? hoc certe dicam, vos ipſam ingenti ſumptu vetuſtiſſimis libris ex qualibet vel remotiſsima regione compa-

ratis

Digitized by Google

ratis adeò auxiſſe, vt ipſa iam nobis valeat cum memorabilibus Ptolæmeorum, & Attalorum Regum bibliothecis digne comparari. Quæ omnia proborum hominum mentes in veſtri obſeruantiam eo magis incendunt, quo minus turbulentum hoc ſæculum humanis viribus gubernari, atque ad recti, & æqui ſtudiũ, niſi a Principibus plane Diuinis conuerti, ac dirigi poſſe videbatur; Quum etenim ſuperior ætas grauibus ex omni parte anguſtijs premeretur, Vos, etſi multo locorum interuallo diſiunctos, in vnum iunxit Deus Optimus, atque in eo ſublimi ſtatu collocauit, quo Reipublicæ Chriſtianæ tam bene proſpicere poſſetis: Vere igitur A DOMINO FACTVM EST ISTVD, qui Te, Magne FERDINANDE, purpureis ex Proceribus elegit in Principem, firmum Orthodoxæ Fidei propugnaculum; Teque, Sereniſs. CHRISTINA, ex auguſta, & regali Lotharingiæ domo, tanto cum Principe copulauit in Coniugem, quæ generoſa fecunditate Sacroſanctæ Eccleſiæ Protectores, Chriſtiani Populi Defenſores, Infidelium prouinciarum expugnatores, & omnino Heroicam Etruriæ ſobolem poſteritati propagares, quæ Magnos imitata Parentes, implebit glorioſa totum factis audacibus orbem. Quum ergo eorũ, qui animum ad ſcribendum appulerunt, & Magnis Principibus monumenta ſcriptorum dicauerunt, varia ſint propoſita; me certe quemadmodum genius, & volupta-

lupta-

luptates illæ puritate, ac nobilitate mirabiles, quibus philoſophando fruimur, ad hoc Opus De Vita componendum pridem incitarunt; ita regales animorum veſtrorum dotes ad ipſum iam completum Nomini veſtro dedicandum inuitarunt; ab eo enim tempore, quo virtutes omnes excelſas in vobis cœpi cognoſcere, atque in meipſo veſtræ benignitatis eximios effectus experiri, repente animum in veſtri venerationem, & obſequium mihi ſenſi haud mediocriter inflammari; & inde nihil magis in optatis habui, quam vt ſigno aliquo non vulgari voluntatem hanc meam vobis patefacerem: Qua ſane in re benigne Deum meis annuiſſe votis aſpicio, cuius auxilio volumen hoc, in quo diu multumque laboraui, ſi non pro rei dignitate, ſaltem pro mea facultate ad exitum perduxi; Quod Vobis offero, & conſecro; nil dubitans ipſum ab humaniſsimis Principibus læto vultu acceptum iri; quum illud optime nouerim regiam veſtram Clementiam in paruis etiam muneribus magnum offerentis animi affectum introſpicere conſueuiſſe; quod proprium eſt Regum, & Heroum; quibus vel maximis nulla ex parte conceditis.

Viuant ergo, Valeant, & Vincant Veſtræ Celſitudines; quas Deum oro immortalem vt Chriſtianæ Religioni, bonarumque artium ſtudioſis diu ſeruet incolumes.

INDEX CAPITVM.

Liber Primus, in quo ſigillatim expenduntur omnes opiniones eorum, qui hactenus de Vita tractarunt.

CONNVMERANTVR opiniones examinandæ in primo libro. Cap. 1. fol 3

Prima opinio Simplicij, qui cenſuit vitam eſſe eſſentiam animæ abſolute ſumptam, ſiue principium internum motionis. Cap. 2. 5

Expenditur opinio Simplicij, oſtendēdo vitam definiendam non eſſe principium internum motionis, neque animam. Cap. 3. 11

Satisfit rationibus allatis, monſtrando quomodo vita ſit eſſe viuentium, quot ſubſtantiæ ſine in viuente; quomodo ab inuicem diſtinguantur; & quotuplex ſit diſtinctio rationis. Cap. 4. 20

Secunda opinio Theophili Zimaræ, qui ait vitam eſſe animam in actu primo. Cap 5. 34

Theophili opinio conuellitur, monſtrando quodnam vere ſit diſcrimen inter viuere, & vitam; inter eſſe, & eſſentiam; atque inter vniuoca, æquiuoca, indifferentia, & analoga. Cap. 6. 38

Reſpondetur argumentis propoſitis a Zimara, oſtendendo quotuplex ſit Ens; an quid mediet inter animam, & operationes ab ea prodeuntes; & quomodo ſe habeant ad inuicem potentia, & actus. Cap. 7. 46

Tertia opinio ſtatuens vitam eſſe functionem animæ, ſiue animæ actum ſecundum, ſeu etiam animam operantem. Cap. 8. 55

Confutatur allata opinio, probando idem non eſſe actionem, & animam operantem, & vitam non eſſe animam in actu ſecundo. Cap. 9. 57

Soluuntur aduerſæ rationes, oſtendendo quomodo fetus prius viuat vitam ſtirpis, deinde animalis, denique hominis; & quomodo Deo ſummo ab Ariſtotele adſcribatur vita. Cap. 10. 62

Quarta opinio Alberti Magni dicentis cum Platonicis vitam eſſe actum quendam internum, ſeu perfectionem eſſentialem immediate, ac iugiter prodeuntem ab anima in corpus. Cap. 11. 68

Expenditur opinio Platonicorum, & Alberti Magni, oſtendendo vitam non eſſe actum, perfectionemue vllam prodeuntem ab anima in corpus. Cap. 12. 70

Diluuntur Platonicorum, & Alberti rationes, demonſtrando vitam non æmulari lumen in Diaphano; & quomodo quies animæ a ſua operatione ſit motus. Cap. 13. 75

✠✠ Quinta

INDEX.

Quinta opinio Galeni, qui cenſuit vitam eſſe aut animæ facultatem, aut facultatis operationem. Cap. 14. 79

Examinatur opinio Galeni, & oſtenditur vitam non eſſe facultatem animæ, neque facultatis operationem. Cap. 15. 80

Soluitur allata ratio pro Galeno, & monſtratur actiones, facultateſque, & vitam, non immediate ſequi animam, ſicuti nec vmbra immediate, ac neceſſario ſequitur corpus. Cap. 16. 82

Sexta opinio illuſtrium Medicorum iudicantium vitam eſſe actionem facultatis vitalis a Corde aſſidue influentis per arterias in totum corpus. Cap. 17. 85

Perpenditur opinio Medicorum, & oſtenditur facultates non tranſmitti ab vna parte principe in alias, & vitam non eſſe opus, aut actionem facultatis vitalis. Cap. 18. 87

Diluuntur Medicorum rationes, monſtrando quem vſum vere habeant facultas vitalis, calor, & ſpiritus a Corde influentes. Cap. 19. 93

Septima opinio Alexandri, & ex doctiſſimorum virorum ſententia, quod vita ſit opus animæ, ſiue animæ præſentia. Cap. 20. 100

Expenditur opinio Alexandri, oſtendendo vitam non eſſe præſentiam animæ, nec illius operationem, nec aliquid momentaneum, ſed metiri tempore. Cap. 21. 102

Satisfit argumentis allatis in confirmationem ſententiæ Alexandri, oſtendendo qua ratione Ariſtoteles animam definiuerit; & quomodo actiones ab anima pendeant Cap. 22. 112

Octaua opinio Turiſani, qui cenſuit vitam eſſe nutritionem. Cap. 23. 120

Deſtruitur opinio Turiſani, demonſtrando vitam non eſſe nutritionem. Cap. 24 123

Tolluntur Turiſani rationes, monſtrando vitam non eſſe actionem nutritionem non eſſe actionem omnino non interceptam; cui mors opponatur, & quomodo viuere viuentibus omnibus inſit ab anima vegetali. Cap. 25. 125

Nona opinio Pernumiæ iudicantis vitam eſſe ſupremam totius animæ operationem, quaſi cumulum omnium operationum animæ Cap. 26. 142

Examinatur allata opinio, monſtrando vitam non eſſe communitatem, ſiue cumulum omnium actionum animæ. Cap. 27. 144

Soluuntur allatæ rationes a Pernumia, oſtendendo analogi eſſe vnam naturam communem aliquomodo diſtinctam ab analogatis; & vitam non eſſe analogum commune ad omnes operationes animæ. Cap. 28. 147

Decima opinio Buccaferrei cum D. Thoma exiſtimantis vitam eſſe commune quid analogum ad animæ eſſentiam, operationes, & permanentiã, ſiue participationem. Cap. 29. 152

Reprobatur propoſita Buccaferrei ac D. Thomæ ſententia, oſtendẽdo quomodo vita ſit analogum quid ex Ariſtotele. Cap. 30. 153

Soluuntur argumenta a Buccaferreo propoſita. Cap. 31. 155

Vndecima opinio Achillini putantis vitam eſſe commune analogum ad animæ eſſentiam, ad operationes ipſius, & ad eam operantem. Cap. 32. 157

Expenditur opinio Achillini, probando vitam non eſſe analogum commune ad animam tum in actu primo, tum operantem, & ad operationes ab anima prodeuntes. Cap. 33. 160

Tolluntur Achillini rationes, declarando vnde ſumantur differentiæ rerum; quomodo ſe habeant ad inuicem anima, vita, & viuere; ac illuſtrando multa

Digitized by Google

multa loca veterum. Cap. 34. 183
Duodecima opinio Auicennæ iudicantis vitam eſſe aptitudinem corporis perfectam ad operandum, vnde prodeunt actiones animatorum; ſiue potentiam proximam viuentis ad operandum. Cap. 35. 181
Improbatur opinio Auicennæ, oſtendendo vitam non eſſe potentiam proximam, ſiue diſpoſitionem corporis perfectam ad operandum, longe aliter ac fiat a Turiſano. Cap. 36. 186
Enodantur Auicennæ rationes, monſtrando cuius rei mors ſit priuatio; & quid mediet inter animam, & operationes ab ea prodeuntes. Cap 37. 190
Decimatertia opinio Fernelij arbitrantis vitam eſſe conſeruationem omniũ facultatum, & operationum animæ, quaſi ſummam totius animæ facultatem. Cap 38. 195
Reprobatur opinio Fernelij, notando eius inconſtantiam; & monſtrando vitam non eſſe conſeruationem facultatum, & operationum; non prodire a Corde; ſubſiſtere poſſe ſolitariam, ac ſine operatione; non perficere, nec tueri partes animæ. Cap. 39. 196
Soluitur Fernelij ratio, vnde patet mortem non definiri extinctionem omnium facultatum, & operationum animati. Cap. 40. 201
Decimaquarta opinio Ludouici Viues, qui cenſuit vitam eſſe conſeruationem inſtrumentorum animæ. Cap. 41. 203
Confutatur opinio Viues, demonſtrando vitam non eſſe reuera Conſeruationem inſtrumentorum animæ. Cap. 42. 205
Tolluntur argumenta Viues, oſtendendo primum opus animæ non eſſe conſeruationem inſtrumentorum; & quomodo per mortem pereant, ſiue definant eſſe inſtrumenta Cap. 43. 208
Decimaquinta opinio Iulij Cæſaris Scaligeri, cum Priſciano Lydo, ſtatuentis vitam eſſe vnionem animæ cum corpore. Cap. 44. 212
Expenditur opinio Scaligeri, ac Lydi, oſtendendo vitam non eſſe vnionem animæ, & corporis; neque actum, ſeu Entelechiam animæ; neque vitæ operationes eſſe quatuor ſolum Ariſtoteli. Cap. 45. 213
Diluuntur Scaligeri rationes, & inſuper oſtenditur quomodo mors ſit ſeparatio, ſiue diiunctio animæ a corpore. Cap 46. 219
Decimaſexta opinio Chriſtofori Marcelli exiſtimantis vitam eſſe quid commune Mundo Intelligibili, Cæleſti, atque Terreno. Cap 47. 224
Examinatur opinio Marcelli, & oſtenditur Mentibus ſeparatis non conuenire vitam, niſi eminentiori ſignificatione ſumpto vitæ vocabulo; cælum non viuere per animam ratiocinantem; & elementa non habere vitam. Cap. 48. 228
Satisfit rationibus Marcelli, demonſtrando quomodo intelligere Mentium abſtractarum poſſit eſſe actio cæli; & quomodo Elementa non habeant ab anima Mundi vt viuentia dicantur. Cap. 49. 236
Decimaſeptima opinio Cœnobitę doctiſs. dicentis vitã generatim eſſe exiſtentiã, vel operationẽ naturæ mouentis ſeipſam; ſpeciatim vero in ſublunaribus eſſe exiſtentiam animæ in corpore, ſiue moram, & permanſionem animæ vegetatiuæ cum calido ſibi proportionali. Cap. 50. 241
Expenditur opinio allata, monſtrando vitam non eſſe exiſtentiam, nec operationem naturæ mouentis ſeipſam, nec exiſtentiam animæ in corpore; nec moram, aut permanſionem animæ vegetatiuæ cum calido ſibi proportionali. Cap. 51. 246
Diluuntur argumẽta, quibus Doctiſs. Cœnobitę opinio nititur, declarando

Digitized by Google

multa loca Ariſtotelis. Cap 52. 256
Decimaoctaua opinio Argenterij dicentis vitam eſſe Modum eſſendi rerum animatarum, cauſſatum ab animæ præſentia, ſiue ſubſiſtentiam, ac permanentiam earundem Cap. 53. 263
Perpenditur Argenterij ſententia, & monſtratur vita non eſſe Modus eſſendi, nec ſubſiſtentia, nec exiſtentia, ſiue permanentia in eſſe rerum animatarum, ac defenditur Ariſtoteles a calumnia. Cap. 54. 264
Tollitur Argenterij ratio, monſtrando animata differre ab inanimatis non in ſolo modo eſſendi; & vitam non eſſe omne id, quo differt animatum ab inanimato Cap 55. 268
Decimanona opinio Ioſeph Liceti, ſtatuentis vitam eſſe ipſummet Eſſe rerum animam in ſe habentium Cap. 56. 270
Examinatur opinio Patris, oſtendendo qua ratione tractauerit de vita pingui Minerua Cap. 57. 271
Ponderantur argumenta, quibus Parens propriam ſententiam confirmauit. Cap 58. 273
Vigeſima opinio Ariſtotelis varie differentis de natura vitæ. Cap. 59. 274
Ariſtotelis opinio De vita examinatur. Cap. 60. 275
Excuſatur Ariſtoteles, ſi de natura vitæ non egerit accuratius. Cap. 61. 280

INDEX CAPITVM
LIBRI II.

Liber Secundus, in quo proprio Autoris Marte agitur de Vitæ Natura, id eſt, de illius Eſſentia, Proprietatibus, Operationibus, & Differentijs, ſeu Speciebus.

VITAE naturam vnica definitione communi ad omnes vitæ ſpecies explicari poſſe. Cap. 1. 289
Ad exactam vitæ notitiam non ſufficere nouiſſe definitionem eius communem, ſed ſigillatim definiendas eſſe vitæ ſpecies. Cap. 2. 293
In definienda vita non ſolius animæ, ſed etiam corporis meminiſſe oportere. Cap. 3. 296
Definitionem vitæ in vniuerſum ea methodo nobis eſſe venandam, qua prius Ariſtoteles definitionem Naturæ inueſtigauit. Cap 4. 298
Connumerantur viuentium, & nonuiuentium genera; & ſpeciatim oſtenditur lapides, metalla, & foſſilia cetera non viuere; Mundum vero totum, & cæli ſphæras eſſe animata corpora, & e numero viuentium. Cap. 5. 300
Quid illud ſit, in quo viuentia per ſe primo differunt a nonuiuentibus. Cap. 6. 313
Quid ſit Vita in vniuerſum per communem definitionem explicatur. Cap 7. 315
De communi operatione vitæ in vniuerſum Cap 8. 317
Quotuplex ſit vita in vniuerſum, ſeu quot, quæque ſint differentiæ primæ, ac

ac ſpecies vitæ in communi. Cap. 9. 321
Quid ſit vita ſublunaris in vniuerſum; & quomodo illam definiuerit Ariſtoteles, cuius hac in re ſententia expenditur. Cap. 10. 327
Quo innitatur, & conſeruetur vita ſublunaris generatim; & vtrum conſiſtere valeat abſque alimentis, ac omnino citra nutritionem. Cap. 11. 332
De Proprietatibus vitæ ſublunaris in genere, atque operationum ſuarum conditionibus. Cap. 12. 345
Quotuplex ſit vita ſublunaris, ſiue quot, quæue ſint primæ illius differentiæ, ſiue ſpecies Cap 13. 350
Quid ſit vita vegetalis in vniuerſum, & quomodo definienda. Cap. 14. 355
De Proprietatibus vitæ vegetalis in communi. Cap. 15. 356
De operationibus vitæ vegetalis in genere, quot, quæque ſint; & ſpeciatim oſtenditur decrementum non eſſe actionem vitæ vegetalis, immo nec vitæ omnino. Cap 16. 359
De Conditionibus operationum vitæ vegetalis. Cap. 17. 365
Quotuplex ſit vita vegetalis. Cap. 18. 374
Quid ſit vita Brutalis, ſiue ſentiens, aut Irrationalis generatim ſumpta. Cap 19. 377
De Proprietatibus vitæ brutalis, ſiue irrationalis in vniuerſum conſideratæ. Cap. 20. 378
De operationibus vitæ brutalis in vniuerſum, quot, quæque ſint. Cap. 21. 380
De conditionibus operationum vitæ brutalis. Cap. 22. 388
Quotuplex ſit vita brutalis. Cap. 23. 391
Quid ſit vita Rationalis, ſiue Humana. Cap. 24. 395
De Proprietatibus vitæ Humanæ, ſiue Rationalis Cap 25. 398
De operationibus vitæ Humanæ, quot, quæque ſint. Cap. 26. 401
De conditionibus operationum vitæ Humanæ Cap. 27. 417
Quotuplex ſit vita Rationalis, ſiue Humana. Cap 28. 442
Quid ſit vita cæleſtis generatim. Cap. 29. 444
Quo innitatur, ſiue conſeruetur vita cæleſtis generatim Cap. 30. 446
De Proprietatibus vitæ cæleſtis generatim. Cap. 31. 450
De operationibus vitæ cæleſtis in communi. Cap. 32. 454
De conditionibus operationum vitæ cæleſtis in communi. Cap. 33. 457
Quotuplex ſit vita cæleſtis in vniuerſum. Cap. 34. 464
Quid ſit vita cæleſtium ſphærarum generatim. Cap 35. 470
De operationibus vitæ cæleſtium ſphærarum in communi. Cap. 36. 471
De Motu vitali cæleſtium ſphærarum Cap. 37. 472
De Lumine a Luce vitali cæleſtium ſphærarum prodeunte; ac de ſiderum coloribus, & Lunæ maculis ſpeciatim. Cap 38. 485
De Influentijs a vita cæleſtium ſphærarũ in corpora ſublunaria. Cap. 39. 496
Quomodo cæleſtium ſphærarum vita nobis indicet futura contingentia; ſiue de prænotione futurorum Euentuum in Mundo ſublunari ex obſeruatione motuum, & aſpectuum ſtellarum. Cap. 40. 497
De Intellectione in vita cæleſtium ſphærarum. Cap. 41. 501
Quotuplex ſit vita cæleſtium ſphærarum, ſiue vtrum Intelligentiæ ſecundæ interſe differant ſolo numero, an item ſpecie. Cap. 42. 511
Quid ſit vita vniuerſi, ſiue Mundana. Cap. 43. 516
De Proprietatibus vitæ Mundanæ. Cap. 44. 519
De operationibus vitæ Mundanæ in vniuerſum. Cap. 45. 520

De ſuprema operatione vitæ Mundanæ, quæ dicitur Intellectio, ſiue Intelligere Diuinum. Cap. 46. 522
Quotuplex ſit vita Mundana, ſiue an poſſint eſſe plures Mundi. Cap. 47. 531

INDEX CAPITVM
LIBRI III.

Liber Tertius, in quo afferuntur, & enodantur ea, quæ aduerſantur determinatis hactenus ad Mentem Autoris.

VTRVM Naturæ ordo ſit ab imperfectis ad perfectiora. Cap. 1. 545
Vtrum præter formam, quæ eſt altera pars compoſiti, detur forma totius apud Ariſtotelem Cap. 2. 549
Vtrum arterijs ſoporarijs circa collum ligatis repente animal concidat abſque motu, & ſenſu Cap 3. 551
Vtrum accidentia poni valeant in definitione ſubſtantiæ Cap 4. 555
Somno haud ligari ſenſus exteriores, ſed internum ſolum impediri, quem communem ſenſum appellamus. Cap. 5. 558
Vtrum Materia poſſit eſſe cauſſa diſtinctionis Cap 6. 564
Metalla, foſſilia, & lapides, non eſſe corpora viuentia, & animata. Cap. 7. 566
Vtrum in ſubſtantia poſſit eſſe aliqua oppoſitio, nec ne. Cap 8. 586
Habitus, & Priuatio ad quod Prædicamentum pertineant. Cap. 9. 588
Coexiſtentiam animæ, & corporis eſſe quid ſubſtantiale. Cap. 10. 589
Recte definitam fuiſſe vitam generatim. Cap 11. 591
Vitam iure definiri coexiſtentiam animæ, & corporis Cap. 12. 595
Vitæ ſublunaris definitioné bene colligi ex definitione mortis. Cap. 13. 596
Vitam ſublunarem non eſſe de neceſſitate ſemper in negotio, ſed aliquando feriari a quacunque operatione. Cap. 14. 598
Vtrum generare ſibi ſimile ſecundum ſpeciem ſit operatio propria vitæ vegetalis Cap. 15. 600
Generationem, quæ eſt productio ſubſtantiæ, ſecundum ſe tempore admetiri, nec momento abſolui poſſe. Cap. 16. 608
Generationem eſſe functionem re diuerſam a formatione partium. Cap. 17. 629
Decrementum proprie non eſſe operationem vitæ ſublunaris. Cap. 18. 631
Vtrum definitio vitæ brutalis contineat vitam ouorum, & ſpermatis. Cap. 19. 636
Reſpirationem eſſe opus animæ ſentientis, non vegetalis. Cap. 20. 640
Memoriam eſſe habitum phantaſiæ, non potentiam animæ rationalis. Cap 21. 649
Quomodo ex Ariſtotele anima rationalis ſit forma informans, & immortalis; & vtrum dari valeat infinitum in actu; & Mundum non poſſe poni ab æterno, phyſice loquendo Cap 22. 664
Vtrum Intellectus humanus cognoſcat ſingularia. Cap. 23. 678

Loqui

CAPITVM.

Loqui eſſe functionem vitæ humanæ. Cap. 24. 685

Qua ratione fabula dicenda ſit anima Poematis Cap 25. 691

Vtrum diſcurſus ſit actio Mentis ſecundum ſe, an etiam ſenſus cum ea operantis. Cap. 26. 708

Quomodo vita poſſit eſſe communis incorruptibili, & caduco Cap. 27. 713

Quomodo Intelligentia ſeparata ſit actus corporis cæleſtis, cui aſſiſtit; an illi tribuat eſſe; quodue diſcrimen ſit inter actum primum, formam informantem, & formam dantem eſſe Cap. 28. 715

Vtrum Intelligentia cæleſtis contineatur ſub vniuerſali definitione animæ ab Ariſtotele promulgata. Cap. 29. 721

Vitam cæleſtem recte definiri Aſſiſtentiam Intelligentiæ ſeparatæ corpori cæleſti. Cap. 30 725

Cur in vita cæleſti motrices Intelligentię in obeundis tam diuturnis operationibus nunquam defatigentur. Cap. 31. 732

Primi mobilis Mentem rotatricem non eſſe Deum Optimum, ſed Intelligentiam ſecundam, ex Ariſtotele Cap 32. 752

Vtrum cęli motus calorem generet apud nos. Cap. 33. 755

Vtrum Lumen cęli calorem apud nos gignere valeat Cap. 34. 759

Lunam habere aliquid lucis ex ſe, a qua proprium lumen effundit, & non totum, quod ad nos demittit, eſſe reflexum lumen Solis Cap. 35. 764

Vtrum Aſtrologi prædicentes agnoſcant in cælo ſigna ſolum, an etiam cauſas euentuum [illegible] Cap. 36. 780

Intelligentiam ſecundam poſſe accidentibus ſubijci. Cap. 37. 787

Intelligere ſecundarum Intelligentiarum non eſſe actionem immanentem, ſed tranſeuntem. Cap. 38. 791

Intellectionem ſecundarum Intelligentiarum differre valde ab Intelligere, quod eſt actio Dei ſummi. Cap. 39. 796

Cur intelligentiæ ſecundæ Deum intuentes, in quo ſunt omnia, in eo ſimul omnia intelligere nequeant. Cap. 40. 798

Vtrum Intelligentiæ ſibi inuicem ſignificent ea, quæ ipſarum vnaquęque cognouit. Cap. 41. 801

Quomodo Deo ſummo aliud alio valeat eſſe propinquius, aut remotius. Cap. 42. 805

Mundum obtinere proprie animam, quæ viuat non minus quam ſtirpes, & animalia ſubcęleſtia. Cap. 43. 807

Deum Optimum eſſe animam totius Mundi, ſeu formam aſſiſtentem ſingulis Mundi partibus. Cap. 44. 810

Deum Optimum non mouere cęlum immediate, hoc eſt, ſub ratione cauſſę efficientis motum; ſed ſub ratione finis, mediantibus ſecundis Intelligentijs. Cap. 45. 818

Concluſio totius Operis, & excuſatio Autoris. Caput Vltimum. 824

Benigne Lector, hi ſunt lapſus Typographi grauiores, quos in hoc opere nobis notaſſe licuit; ſi alios offendes inter legendum, leues erunt, quos facile corrigas.

Pagina	*Linea*	*Erratum*	*Correctio*
37.	20.	ſſe	eſſe
71.	10.	repugnat	repugnant.
152.	22.	aſtus	actus
188.	16.	actuq; uſi	actu; quā
189.	26.	propriat	proprias
311.	1.	elementia	elementa
318.	9.	ſphyſice	phyſice
431.	1.	Intectu	Intellectu
816.	25.	immatcle	immateriale
823.	19.	connertit	conuertit.
824.	28.	conſeruerur	conſeruetur

FOR-

FORTVNII LICETI GENVENSIS IN SVOS LIBROS *DE VITA.*

PRÆFATIO.

QVVM inter ea, quæ in hac rerum Vniuerſitate continentur, pulchrum ſit, ſatiſque pretioſum id, quod Vitã appellamus; dubio procul inter Naturales diſquiſitiones iucunda valde, ac ſpecioſa eſt contemplatio de Vitæ natura; ceterum ardua multum, atque difficilis; eo etiam obſcurior, quia de hoc argumento pauca quædam tractarunt Phyſiologi; eaque varia, & non admodum firma: Iecit enim rudimenta illius, ac ſemina in ſuis operibus Ariſtoteles; at nemo adhuc ea ſatis excoluit, Maiores nanq; noſtri, ex inſtituto ſpeculationi huic operam non impendentes, reiq; naturam proinde altius non inquirentes, & ſua dogmata vel autoritate propria, vel ratione plerunq; leui cõmunientes, quæſitorum in propoſito veras, & proprias cauſſas non attulerunt; ita vt quæ hucuſque à Scriptoribus hac de re litterarum monumentis commendata fuere, ſtudioſorum deſideria potius inflammaſſe videantur, quam ſatiaſſe; vitam enim qua cuncti naturali appetitu frui cupimus, cur Mentis ope dignoſcere nõ 9. æth. c. 9. *optemus, ac enitamur? Non ergo ab re futurum puto ſi quæ de vita ipſe conſcripſi, guſtanda ingenioſis propoſuero: non quod ſperem poſſe me in tam abdita, & graui quæſtione illis omnino ſatisfacere (tantum etenim de me promittere non audeo) ſed vt Doctioribus occaſionem præbeam exactam magis veritatis huius explicationem promulgandi; atque etiam (quod mihi præcipuum eſt inſtitutum) vt complementum adijciam operi meo* DE ORTV ANIMAE HVMANAE*; quod vti tractationem hanc de vita expoſtulat, ita hæc eadem illud opus præſupponere vi-*

3 meta. t. 1. *detur neceſſario. Quoniam vero ex Ariſtotelis præcepto, ad ſcientiam omnem, quam ſtruere volumus, in primis quicquid in ea exiſtimarunt alij percurrere neceſſe eſt; Tractaturus ideo de Vita opiniones omnes virorum inſignium primo loco expendam ſigillatim; deinde vero ex rei natura diſquiram de Vita cum generatim, tum etiam ſpeciatim, quantum Phyſica meditatio patietur, Quid ſit; quo innitatur, & conſeruetur; quot, quaſue habeat Proprietates, operationes, ac differentias, ſiue ſpecies: verumenimuero quoniam ad perfectam cuiuſque rei cognitionem haud ſatis eſt eam ex proprijs principijs deduxiſſe, niſi etiam repugnantia de medio tollantur; propterea poſtremo libro difficultates omnes grauiores, quæ tunc explicatis aliqua ratione obſtare videbuntur, diſſoluere tentabo; ſemper, quoad maxime potero, fundamentis innixus Peripateticis; aut ſaltem fultus ijs, quæ ſenſui æquo rerum iudici reſpondere apparebunt; & vbique pro viribus eam Methodum obſeruans, quam ex Platonis ſententia, conſentiente Ariſtotele,* 9. metho. in f. *Galenus in omni arte conſtituenda proponit obſeruandam; vt ſcilicet generaliſsima primum explicentur, deinde quæ ex illorum ſectione naſcuntur, donec ad ea, quæ vltra ſectionem non admittunt, ventum fuerit: Hæc autem eſt apud Ariſtotelem Naturæ methodus, ſecundum quam à communibus, & notis, minuſque perfectis, ad particularia, & ignota, magiſque perfecta progredi conſueuit.* Vide lib. 3. cap. 1. *Opus equidem in ſeipſo arduum, & ingenium poſtulans noſtro longe ſublimius: Tu ergo Mens pura Deus, qui ſupra omnem vitam exiſtens animantibus vniuerſis vitam non ſolum, ſed vim quoque, vnde viuant, benignus impertiris; da (precor) vt poſsim abſtruſæ de Vita veritatis mihi nunc in ſpeculationem propoſitæ arcana introſpicere, atque alijs inſpicienda ex arte proponere; Tu mihi ab omni ſorde intellectum expurga, purgatum illumina, illuminatum inſtrue in opere ſuſcepto perficiendo, & inſtructum dirige vſque ad negotij complementum.*

Rem itaque Deo fauente aggrediamur.

FOR-

FORTVNII LICETI GENVENSIS DE VITA

LIBER PRIMVS.

In quo ſigillatim expenduntur omnes opiniones eorum, qui hactenus de Vita tractarunt.

Connumerantur opiniones examinandæ in primo Libro. Cap. Primum.

Q VAM *de natura Vitæ ſcientiam hucuſque accepimus, eam breuem æque, ac variam tradiderunt Sapientes viri; definiri nanque voluit vitam Simplicius Eſſentiam animæ abſolute ſumptam, ſiue principium internum motionis: Theophi-*
C *lus Zimara potius Animam in actu primo; vir alter Clariſſimus Animam operantem, ſiue in actu ſecundo; Magnus Albertus, cum tota fere Academicorum ſchola, Actum internum, ſiue perfectionem eſſentialem immediate prodeuntem ab anima in corpus; Galenus Facultatem quandam animæ, aut facultatis operationem; Medicorum Schola Opus, ſiue Actionem facultatis Vitalis à Corde in corpus vniuerſum influentis; Alexander Operatum, ſiue opus animæ; Pluſquamcommentator Operationem illam*

viuentis, quam Nutricationem appellamus; Pernumia, & Bottonnus Operationem totius animæ ſupremam, quaſi cumulum omnium actionum animæ; Buccaferreus cum D. Thoma Commune analogum ad animæ ſubſtantiam, operationes, & permanentiam, ſiue participationem; Achillinus Commune quid analogum ad animæ eſſentiam abſolute, ad eandem operantem, & ad eius operationes; Auicennas Aptitudinem corporis perfectam ad operandum, ſiue potentiam proximam animati ad obeundas operationes proprias; Fernelius Conſeruationem facultatum, & operationum animæ, quaſi ſummam totius animæ facultatem; Ludouicus Viues Conſeruationem inſtrumentorum animæ; Iulius Cæſar Scaliger cum Priſciano Lydo Vnionem animæ cum corpore, ſiue applicamentum animæ ad corpus; Chriſtophorus Marcellus Commune quid Mundo Intelligibili, Cæleſti, atque Terreno; Cænobita illuſtris Exiſtentiam, vel operationem naturæ mouentis ſeipſam, ſpeciatim vero vitam ſubcæleſtium Exiſtentiam animæ in corpore, ſiue manſionem, aut permanentiam animæ nutritiuæ cum calido ſibi proportionali; Argenterius Exiſtentiam, ſiue Modum eſſendi animatorum; Ioſeph Licetus Eſſe rerũ animatarũ; Ariſtoteles demũ eſſe viuentibus, ſiue quid quo animata differunt ab inanimatis, ſiue morã, & permanſionẽ animæ nutritiuæ cũ calore. A B C

Age vero ſingulorum placita diligenter expendamus: verum quoniam dupliciter vnaquæque falſa

poſitio

Digitized by Google

A *poſitio excinditur, tum rationibus falſitatem ipſius oſtendentibus, ſimulque veritatem falſitati oppoſitam adſtruentibus; tum ſolutione rationum, quibus illa fulciebatur; ideo examen cuiuſque opinionis in tria capita redigam; in quorum primo illam proponam cum ſuis fundamentis; in ſecundo vero eius errorem oppoſita veritate conuincam; in tertio denique rationibus, quibus ipſa niti videbitur, occurram.*

B Prima opinio Simplicij, qui cenſuit vitam eſſe eſſentiam animæ abſolute ſumptam; ſiue principium internum motionis. Cap. II.

PORRO *Simplicius primo loco in obſcuriſſima illa ſua commentatione ad libros Ariſtotelis de anima paſſim conſtituit vitam eſſe ſubſtantiam, & eius generis, quæ idem omnino ſit cum eſſen-* 2.de an. p.4.
C *tia animæ, a qua propriæ animans viuificatur; ſuamque opinionem roborat eo quod viuentia ſubſtantiæ ſunt; ſuſcipiunt nanque contraria; ſin autem viuens, qua viuens eſt, ſubſtantia eſt; profecto vita, ſecundum quam, & à qua primo ſunt ipſa viuentia, ſiue quæ viuentis cauſſa eſt, & pars, ſubſtantia erit, tum quæ dicitur eſſe anima; quippe anima illud eſt, ſecundum quod, & à quo primo animata, ſeu viuentia ipſa ſunt; tum etiam quæ definiatur eſſe principium internum motionis, quoniam viuentia ex ſe ad actiones excitantur,*

citantur, quaſi viuere nihil aliud ſit quam per ſe moueri, ſiue à principio interno: iſtud autem principium internum motionis ipſa eſt anima; ſiquidem vita, per quam viuit animal, pars eſt, aut ſimulacrum animæ; at vita motrix, à qua viuificatur, proprie anima eſt, ac primaria ratione: Quæ omnia de vita e Simplicio retulimus, ait enim, Non habent ſane vitam, quæ diuulſa ſunt ab elementis (hæc ſunt miſta inanimata; quæ nullam cauſſam proprie obtinent aliam, quam elementa e proprijs locis diuulſa, & in vnum concurrentia per miſtionem) & quæcunque mortua ſunt. Aguntque, quæ ipſam habent (hoc eſt, quæ vitam habent, agunt per ſe, nimirum quia obtinent in ſeipſis internum motionis principium: ſiquidem actiones omnes A B

3. meta. t. 3. *cum motu ſunt, apud Ariſtotelem; quum elementaria inanimata ex ſe motum non efficiant vllum) nequaquam tamen ceu accidens quoddam ipſam participantia, quemadmodum lignum lecti formam participat; ſubſtantiæ nanque ipſa viuentia ſunt; vnde ſubſtantia ipſa quoque vita eſt; atque ea præſtantior, quæ corporata eſt (nempe quæ forma eſt puri corporis, vt elementi, aut miſti nonuiuentis natura) ſiquidem per ſe continentur (hoc eſt, per ſe ſubſiſtunt) corpora illa animalium inſtrumentaria, & contrariorum recipiendorum vim habent. Aliaque præterea ratione viuens ipſum corpus magis ſubſtantia eſt, quam id, quod anima caret, quia viuentia & ex ſe ad actiones excitantur, & vt ſubſtantias gignant, facultatẽ habent.* C

Digitized by Google

A habent. *Tum ſubſtantiæ itaque, tum multo magis ſubſtantiæ viuentia ſunt, quam ea, quæ anima carent. Quare & ipſa quoque vita, iuxta quam viuentia exiſtunt, ſubſtantia, & primo, & ſecundum ſe ſubſtantia eſt: & adhuc magis illa, iuxta quam, aut à qua viua ipſa redduntur viuentia: Anima vero illa eſt, iuxta quam, & in primis ea, a qua; ea enim iuxta quam, particula eſt animæ, aut ſpectrum animæ; ipſum vero mouens, quæ proprie anima eſt: Ab hinc*

B *Simplicius pluribus oſtendens inanimata non habere in ſeipſis principium internum motionis effectiuum, ſubiungit denique, In plantis vero, atque omnino in ijs, quæ nutriuntur, vis illa, quæ nutritionem trahit, intus eſt, & quæ ipſam alterat; quæque ijs adiungit particulis, quæ intus exiſtunt; & quæ eas ipſas totas per totas corroborat. Viuunt itaque hæc, quoniam intrinſecus ipſum mouens exiſtit, atque id illa particula, Per ſeipſum, indicat (dum ſcilicet Ariſtoteles ait,* 2. de an. t. 3.

C *vitam autem intelligimus per ſeipſum nutritionem, & accretionem, & decretionem; quaſi vitam definiat eſſe principium internum, quo animatum per ſeipſum nutritionem, & augumentum, & decrementum admolitur) Nanque in extrema illa vita (puta in vegetali, quæ vti origine prima, ita vltima eſt perfectione) non ſolum illud eſt, quod viuaciter mouetur; hoc eſt, quod nutritur, & augetur, ac diminuitur; ſed & ipſum quoque mouens; & vis illa, atque ſubſtantia, quæ hæc ipſa peragit. Ipſum quidem igitur viuens corpus*

pus ſubſtantia eſt; tanquam compoſita ſubſtantia ex A *corpore, & anima. Anima vero prope vitam poſita eſt, non iuxta corpus (hoc eſt, in corpore viuente anima idem re eſt cum ipſa vita, non cum corpore) Neque enim animatum illud corpus eſt, quod vita priuatum ſit. Nondum autem animam nomino, puta corpus viuens; & hoc ad Platonis differentiam, qui definit viuens eſſe animam corpore vtentem, ſiue hominem eſſe* Alcib. 1. *animam rationalem mentis participem corpore vtentem: mox interpoſito contextu Ariſtotelico ſubdit Sim* B *plicius hunc in modum, Neque enim quemadmodum ſubſtantia accidentibus, ita corpus vitæ ſubijcitur, ſed ceu materia formis; quæ ſcilicet actu determinatur, atque abſoluitur, perficiturque ab eis: Quapropter quum dixerit tanquam ſubiectum, quo indicet qua ratione ſubiectum, addidit, & materia; Haud ſane iuxta compoſitum anima eſt (quod eſt dictu, anima profecto non eſt ipſum compoſitum) quandoquidem iuxta ipſam, non autem ipſamet, animatum eſt: nimi-* C *rum animatum licet ſit ſecundum animam, non tamen eſt ipſamet anima. Hæc ille.*

Ad cuius placita confirmanda duo præterea nunc argumenta occurrunt, quorum primum illud eſt, quia 2. de an. t. 37. *ex Ariſtotele, vita eſt eſſe viuentibus, verum id, quod eſt eſſe viuentibus, nihil aliud eſſe poteſt, quam forma* 2. Phy. t. 28 2. Poſt. t. 11. *ſubſtantialis eorum; ſiquidem Ariſtotelis teſtimonio forma eſt ratio eius, quod quid erat eſſe; ſeu id, quod dat eſſe rei; At vero quum forma ſubſtantialis viuen-*

tium

A tium nil præter animam eſſe valeat; quemadmodum nos docet alicubi Philoſophus; propterea ſtatuendum eſt vitam eſſe animam. 2.de an. t. 4.

Aliud autem huiuſce rei argumentum eſt, quoniam vita eſt ſubſtantia viuentis; ſed quia in viuente triplex tantummodo ſubſtantia reperitur, Ariſtotele autore, Materia nimirum, quam corpus appellamus; forma, quam dicimus animam; & compoſitum ex his animatum, ſeu viuens nuncupatum; neceſſarium eſt B ſane confiteri vitam, quæ ſubſtantia viuentis eſſe dicitur, aut eſſe materiam, ſiue corpus, vt quid in viuente contradiſtinctum ab anima; aut potius formam, ſiue animam; aut denique compoſitum ex anima, & corpore viuens appellatum: ſed reuera vita non eſt materia, ſeu corpus, quatenus eſt quid in viuente contradiſtinctum ab anima; nam tale corpus ab Ariſtotele dicitur habere vitam in potentia, ſiue eſſe potentia uiuens; at uita dici nequit eſſe potentia uiuens, mul- C to minus habere ſeipſam in potentia; vita ergo non eſt corpus viuentis, vt quid in viuente ab anima contradiſtinctum: Ceterum neque aſſerendum eſt vitam eſſe illud compoſitum, quod appellatur viuens, & animatum, ex anima & corpore conſtitutum; quia ſic vita eſſet viuens, viueret, haberetque vitam, atq; omnino vitæ eſſet vita; quinimmo vita dici deberet animata, ſiue habere animam; quum omnia hæc prædicata conueniant, attribuanturque ipſi compoſito ex anima & corpore; homo enim, brutum, & planta ſeorſum viuit,

2.de an. t. 1. 2.de an. t. 4. 6. & 10.

habetque vitam, eſt viuens, eiuſque eſt vita; immo etiã A
dicitur habere animam, & eſſe quid animatum: Quum ergo ſimiliter dici nequeat vita eſſe animata, viuenſque, vel habere animam, vitamue, aut viuere: proculdubio vita eſſe non poteſt compoſitum id, quod viuens, atque animatum vocamus ex anima & corpore conſtitutum: Ita namque Ariſtoteles aliquando probat idem non eſſe cæcitatem, & cæcum eſſe; quia vtrumque de eodem non prædicatur; quippe homo cæcus eſſe dicitur, qui cæcitas dici nullo modo poteſt: Videtur autem B
par eſſe ratio eorum, quæ de eodem non prædicantur, & eorum, de quibus eadem non prædicantur, quantum ad hoc, vt non ſint vnum, & idem ſecundum rem. Quum itaque vita, quæ dicitur eſſe ſubſtantia viuentis, non ſit materia, ſeu corpus, vt quid in viuente contradiſtinctum ab anima, neque item ſit compoſitum ex anima & corpore viuens nuncupatum; colligendum eſt plane à ſufficienti partium enumeratione, vitam eſſe formam viuentis eſſentialem, quam nomine proprio C
Animam vocare conſueuimus; nam præter iſta tria, Materiam ſcilicet, ſeu corpus, & Animam, ſiue formam; & Compoſitum ex his animatum, ſeu viuens, nullum aliud ſubſtantiæ genus in viuente reperire licet.

Prædic. cap. de oppoſit.

Ita ergo tueri poſſe videtur opinio Simplicij, qui cenſet vitam eſſe animæ ſubſtantiam, & definiri principium internum motionis.

Ex-

A Expenditur opinio Simplicij, oſtendendo vitam definiendam non eſſe principium internum motionis, neque animam. Cap. III.

CETERVM *allatis non obſtantibus, Simplicio, alioquin magnæ apud me autoritatis, hac in re ſubſcribendum non arbitror; nanque in primis definitio vitæ propoſita, dum ſcribit vitam eſſe inter-*
B *num principium motionis, vniuerſalior eſt, quam quæ ad eſſentiam vitæ adæquari, ſeu coaptari valeat; conuenit enim Naturæ in vniuerſum: Immo ea ipſa definitio eſt, quam accommodauit Ariſtoteles Naturæ* 2.phy.t.3.
generatim ſumptæ pro eo, quod commune eſt omni formæ, ac materiei phyſicæ; ſiquidem in ſua Phyſiologia definit Ariſtoteles Naturam eſſe principium motus, & quietis, eius, in quo eſt, primum, per ſe, & non ſecundum accidens; id autem profecto eſt principium internum
C *motionis.*

Neque vero illud penitus ſuſpicione caret, quod ſcribitur deinde, nimirum viuere nihil eſſe aliud, quam per ſe moueri, ſiue à principio interno; quia ſi dogma iſtud accipiendũ ſit abſolute, longe à veritate abeſt; nã corpora omnia naturalia, quæ in ſeipſis habẽt principium motus, dũ eo motu agitantur, ſane per ſe moueri dicuntur, & à principio interno; ſic etenim per ſe mobile eſt omne corpus naturale; quinetiã cõuertitur, nã omne per ſe mobile corpus eſt naturale; atuero inter naturalia cor

pora, quæ omnia per ſe mobilia dicuntur, internum ſui A
motus principium obtinentia, multa ſunt expertia vi-
2. Phy t. 1. & 4. Phy paſſim. *tæ, ac inanimata; quæ omnia patent ex Ariſtotelis Phy*
ſiologia luculentiſſime: Non ergo idem eſt viuere, &
per ſe moueri, ſeu a principio interno abſolute: Si vero
ſermo ſit, non de omni principio interno abſolute, ſed tan
tum de principio interno effectiue mouente; quæ videtur
eſſe intentio Simplicij, dum ſcribit viuentia ex ſe ad
actiones excitari; haud minus rationi reluctatur, quã-
doquidem ignis appoſito combuſtibili à nullo extrinſe- B
cus excitatur ad agendum, ſed ipſe à ſeipſo, ſiue à prin-
cipio interno ſibi connato ad comburendum excitatur;
quum igitur ignis non viuat, clarum eſt veritatem non
redolere, quod abſolute dicitur à Simplicio, viuere ſcili-
cet eſſe per ſe moueri, ſiue à principio interno, & viuen-
tia ſolum ex ſe ad actiones excitari. Addere liceat Sim
plicium aſſerentem vitam eſſe principium internum mo
tionis, & viuere eſſe per ſe moueri, eo quod viuentia tũ
ex ſe ad actionem excitentur, tam quoque facultatem C
habeant vt ſubſtantias gignant; valde abuti nomine
motus, ac non diſtinguere motum uitalem à non uitali;
ſiquidem agentis excitatio ad operandum, quæ eſt im-
pulſio efficientis ab actu primo ad ſecundum, motus
proprie non eſt, nec naturalis, ſed ſpiritalis, ac metapho-
ricus; in eo itaque non conſiſtit ratio uitæ, quæ res phy-
ſica eſſe dicitur: Quin falſo conſtituitur uiuentia ex ſe
ad actionem excitari, tum quia ex Ariſtotele in vita
3 mag. mor. c. 20. c. *uegetali non eſt ullus impulſus animæ alentis ad operan*
dum,

A *dum, tum quoniam agentia cuncta excitantur, impel-
lunturque ad actionem à fine, gratia cuius operantur,
ut monet Ariſtoteles; finis autem externum quid eſſe* 2.metaſ.t 9.
*poteſt operanti; male igitur aſſerit Simplicius viuentia
ex ſe, ſiue a principio interno excitari ad operationem,
peiuſque inde colligit vitam eſſe principium internum
motionis, ac viuere eſſe per ſe moueri.*

*Similiter & illud plenum eſt difficultatis, quod ſcri-
bitur Simplicio, Sola viuentia facultatem habere, vt*
B *ſubſtantias gignant; nam ſubſtantiæ generationi obno-
xiæ tum viuentes, tum quoque nonuiuentes eſſe poſſunt;
ſubſtantiæ quidem nonuiuentes, vt elementa, et miſta
omnia inanimata, quæcunque in aere, uel in aqua, uel
in terra gignuntur, ab eo agente proxime creantur, quod
uiuens non eſt, nempe a calore, ac frigore, uel quouis alio
agente inanimo; ut monet Ariſtoteles; Quinetiam for-* 4. meteo. c.1.
*taſſe non omnes ſubſtantiæ uiuentes a uiua ſubſtantia
producuntur; nam pleriſque animalibus, ac ſtirpibus*
C *origo eſt e putri materia ab agente inanimo (niſi confu-
giamus ad agens aliquod animatum nobis ignotum,
aut ad cælum, ueluti ad agens æquiuocum ſublunari-
bus utens inſtrumentis) Non ergo ſola uiuentia facul-
tatem habent ut ſubſtantias gignant; quare inde perpe-
ram infertur uitam eſſe principium internum motionis.
Verum dicet fortaſſe quiſpiam hoc in loco Simplicium
nomine motus haud omnem motum ſignificare; ſed lo-
calem ſolummodo: Qui ſic arbitrantur, in maiorem
difficultatem Simplicium impingunt, & ea diſſimu-*

lant,

Digitized by Google

lant, quæ ipſe affert inferius inquiens, At quando animatorum Ariſtoteles, quemadmodum & Plato proprium eſſe uult ipſum intrinſecus moueri, poſtremam in his accepit uitam, demonſtrans & eam quoque motum quendam ordiri; nutritio nanque, & accretio, atque decretio, mutatio ſecundum qualitatem, atque quantitatem eſt: Quibus aperte conſtat agi de motu generatim, non de latione ſolum: At eſto quod ſermo ſit de motu locali, longe magis in propoſito theoremate Simplicius A
à ueritate digreditur; quamuis enim demus omne, quod à ſeipſo, ſiue à principio effectiuo intrinſeco mouetur ſecundum locum, eſſe animatum, & uiuens; conuerſam tamen haud abſolute concedemus, puta omne uiuens loco per ſe moueri, ſiue à principio interno, & omnino à ſeipſo; nam eſſe uiuens in plus ſe habet, quam ita per ſe moueri; ſemina ſiquidem, & oua uiuunt, ſuntque animata; quod fuſius alibi monſtrauimus, & ad aures Ariſtotelis; ipſa nihilominus per ſe non mouentur, ſiue ab interno principio, ſed ubique ab extrinſeco motore: B

De ort. an. hu. de reſpir. c. 7 & 2. de gen. an c. 3. 4.

Amplius nec ſtirpes, quas nemo inficiabitur eſſe animatas, & uiuere, ita per ſe mouentur ſecundum locum, ſiue à principio interno; quemadmodum exiſtimare dicitur Simplicius moueri ea, quæcunque animata ſunt, atque uiuentia: Adde inter Zoophita ſpongias, & alia multa ſcopulis adhærentia in brutorum genere, non moueri à principio interno, ſed ſtare ſemper in eodem loco; ueluti quandoque adnotat Ariſtoteles euenire quoque iis animalibus, quæ à ſcopulis diuiſa uiuunt, nilque C

5. hiſt. c. 15. & de an. inceſ. c. vltimo.

radicis

A *radicis habent, ut oſtreacea quamplurima: uita ergo definienda non eſt ullo modo eſſe principium internum motionis.*

Verum neque illud tolerare potuit Alexander, quod ulterius aſſerebat Simplicius, uitam ſcilicet eſſe animã; ſecus enim quum apud Ariſtotelem uita, & uiuere aſſumantur in definitione animæ, proculdubio fieret ut idem per idem definiri poſſet; quod eſt abſurdum.

1.quæ.nat c.8.

2.de an t.6. & 4.

Adde Ariſtotelem demonſtrantem animam eſſe for-
B *mam ſubſtantialem animatorum ex eo, quod forma eſt cauſſa ipſius eſſe, anima uero eſt cauſſa uitæ, quæ eſt uiuentibus eſſe; aperto docere nos uitam non eſſe animam, ſed effectum ab anima prodeuntem.*

2.de an.t.36. 37.

Inſuper contradictorium eſt aliquid ſimul eandem rem & actu habere, & in potentia; ſed corpus, quod habet uitam in potentia, ex Ariſtotelis teſtimonio habet animam in actu; uita ergo non eſt Anima.

2.de an.t.6.& 10.

Huius autem rationis hæc ſit explicatio, dilucida-
C *tioque. Corpus trifariam referri poteſt ad animam, nempe uel antequam illam acquirat, ut menſtruum in animalibus perfectis; uel ubi eam iam acquiſiuit, ut animatum ſiue fetus; uel denique poſteaquam ipſam abiecerit, amiſeritque, ut cadauer, buſtumque: Corpus illud potentia uitam habens, cuius anima eſt actus primus, ſiue quod actu habet animam, non eſt id, quod abiecit animam, ut cadauer; tum quia hoc aperte admonet Ariſtoteles; tum etiam quia corpus quam ſemel amiſit uitam in poſterum amplius recuperare nequit;*

Digreſſio de corpore potẽtia vitam habente, in definitione animæ.

2.de an.t.10.

quoniam

Digitized by Google

quoniam uiribus Naturæ nullis fieri poteſt ut reſur- A
1.de an.t.41. gant mortua animalium, quod fatetur aliquando Ariſtoteles: Ita ergo cadauer, quod abiecit animam, non eſt corpus habens uitam in potentia. Neque ſane corpus illud, cuius mentio eſt Ariſtoteli in definitione animæ, ſiue, quod habere dicitur animam actu, & uitam in potentia, eſſe ualet corpus, quod nondum ſuſcepit animã, ut menſtruum; nam etſi hoc tale corpus uitam habere poteſt, eius tamen actus primus, ſiue forma eſſentialis non eſt anima; quare iam non habet animam actu; B menſtruum etenim eſt inanimatum; corpus autem potentia uiuens, quod aſſumitur in definitione animæ, tale eſt, ut eius actus primus, & ſubſtantialis forma ſit
2.de an.t.6. anima; hæc enim definitur eſſe actus primus corporis phyſici potentia uitam habentis: Addo etiam corpus hoc potentia uitam habens Ariſtoteli eſſe organicum, & inſtrumentale; cuiuſmodi non eſt menſtruum: Reliquum eſt itaque ut corpus potentia uitam habens, cuius mentio eſt in allata definitione animæ, illud eſſe di- C
2.de an.t.10. catur, quod reuera in ſe habet animam, uti ſcribit Ariſtoteles: Sed ulterius, corpus, cui anima ineſt, duplici differentia continetur; unum eſt corpus totum complectum, in quo anima eſſe dicitur, ueluti pars in toto, & eſt compoſitum ex anima, & corpore: alterum uero eſt corpus, quod eſt pars materialis prædicti compoſiti, in qua parte materiali anima ineſt, ueluti forma ſubſtantialis in ſubiecta materia; procul dubio corpus potentia uitam habens, quo de agimus, nõ eſt compoſitum

illud

A illud totum, in quo anima eſſe dicitur, veluti pars in to-
to; nanque huiuſmodi corpus eſt actu viuens, non poten
tia: Concludendum eſt ergo corpus potentia vitam ha-
bens illud eſſe, cui tanquam ſubiectæ materiæ adiuncta
eſt anima, ceu forma eſſentialis; quodque eſt pars ma-
terialis totius compoſiti viuentis: Hoc ſane corpus par-
tiale (vt ita dixerim) quod ab Ariſtotele appellatur or- 2. de an. c. 6.
ganicum, quia illud eſt proprie, in quo per ſe primo fun-
data ſunt inſtrumenta neceſſaria vitæ operationibus
B obeundis; mortuo enim animato corpore, ſupereſt ali-
quandiu corpus organicum, ſiue corpus, quod erat pars
materialis totius animati, cum delineatione inſtrumen-
torum, quæ prius in vita ſeruiebant functionibus ani-
mati; licet huiuſmodi corpus animæ commercio deſti-
tutum ſit organicum æquiuoce; vera etenim organa nō
habet; quippe manus, pes, oculus, & ſimilia in cadaue-
ro non amplius eum finem aſſequi poſſunt, in quē à Na-
tura velut inſtrumenta ordinantur; hoc tamen haud
C tollit quin fundamentum inſtrumentorum vitæ operi-
bus inſeruientium, quod appellatur corpus organicum,
nihil aliud ſit, quam corpus, quod eſt pars materialis
totius compoſiti viuentis: at hæc obiter dicta ſint: iſtud
inquam corpus, in quo tanquam in materia eſt anima,
ſi conſideretur in ea prioritate naturæ, ſecundum quam
anima præcedit omnibus ſuis effectibus, dicitur habere
animam in actu primo, & vitam in potentia, quia vi-
ta eſt effectus prodiens ab anima; quapropter ordine na-
turæ in corpore prius eſt anima, deinde vita, quæ eſt ef-

Digitized by Google

fectus animæ: Quo factum eſt vt corpus, cuius anima A
eſt actus primus, poſſit eſſe in potentia ad vitam: Quare optime Ariſtoteles definitione animæ naturam explicaturus, quum eſſentia quælibet definienda ſit in eo ſtatu, quo præcedit ſuis effectibus, & nullo modo per poſteriora, definiuit animam in ea prioritate, qua præcedit, omnibus ſuis effectibus, per corpus habens vitam in potentia: nam corpus actu viuens eſt poſterius anima, eamque reſpicit, non qua prior eſt ſuis effectibus. Si autem (vt redeat vnde digreſſa eſt oratio noſtra) quod opinatur Simplicius, vita, & anima eſſent idem reipſa, nõ poſſet certe corpus vllum habere animam in actu, & vitam in potentia; ſiquidem contradictorium eſt quidpiã habere actu ſimul, & in potentia rem eandem: Falſo itaque dicitur à Simplicio vitã eſſe animam. B

[illegible] (margin note beside "dit, omnibus")

Præterea quum pars animæ noſtræ intellectrix, quæ hominis eſſentia eſt, ſi non tota, ſaltem pars eius maxima, & ſuprema; vt monet quandoque Ariſtoteles, quũ, inquam pars animæ noſtræ intelligens poſt obitum hominis remaneat incorrupta; ſi vita hominis eſt ipſamet anima hominis; profecto poſt mortem hominis vita eius aliqua ratione ſupereſſe poterit; quod implicat contradictionem; quin etiam vita humana dicenda non erit morti obnoxia; immo nec homo erit prorſum mortalis, at potius immortalis, animæ humanæ, atque hominis potiori parte ſuperſtite, anima nimirum intellectiua, quæ dum morimur, vel ipſi Ariſtoteli, ſeparatur ab alijs animæ noſtræ partibus, tanquam æternum à caduco, C

10. ethic. c. 7

12. metaf. t. 17.

2. de an. t. 21.

12. meta. t. 17.

A eo, & ſeparata poſt nos permanet incorrupta, quum ſecundum ſe ſit immortalis, ita ut hoc inter principia ſcientiæ connumerauerit Ariſtoteles: quoniam ſi verum eſt, quod aliquando ſcribit idem Ariſtoteles aduerſus eos, qui videntes noſtratia corpora generationi, & corruptioni ſubiecta eſſe, nulla ratione habita cæleſtium, quæ procul abſunt ab ortu, & interitu, ſimpliciter aſſeuerabant Mundum totum generabilem eſſe, corruptibilemque; quum tamen iuſtius fuiſſet propter illa ſupe-
B ra, corpora iſta etiam abſoluiſſe, quam propter iſta illa condemnaſſe; plane ſi audiuiſſet Ariſtoteles à Simplicio vitam eſſe animam, viſa parte animæ potiori mortalitatis experte, iuſtius eſſe ratus propter hanc ceteras animæ, vitæue partes, atque hominem totum à mortis conditione abſoluere, quam propter infimas animæ, vitæque partes hanc ſupremam interitui condemnare, illi ſtatim obieciſſet hominem totum, vitamque humanam conditione mortalitatis, internecioniſque labe non coin-
C quinari; quod tamen eſt falſum euidentiſſime, nemine non agnoſcente hominem, eiuſque vitam ortui, & interitui obnoxiam eſſe. Non eſt itaque vita id, quod appellamus animam.

1. mag. mor. cap. 2.
4. meta. t. 23.
1. meteo. c. 2. ſum. 4.

Deinde neque illud tutum eſt ſatis, quod in animali duo ſint genera vitæ, vnum, quo viuentia exiſtunt, alterum, quo viua ipſa redduntur viuentia; nam eadem vita eſt, qua & viuentia ſunt, & viua ipſa uiuentia ſiunt: ſi recte illud dici poteſt, quæ uiua iam ſunt uiuentia reddi, nil etenim differũt uiua à uiuentibus. Niſi

forte cum iuniore Zimara interpretemur Simplicium A *quaſi dixerit vnum vitæ genus eſſe, quo animal viuit, quæ vita ſit pars, aut animæ ſpectrum, ac ſimulacrū; alterum vero ſit vita motrix, à qua viuificatur animal, quæ propriè ſit anima; ſed hoc eſt abſurdum magis;* 2.de an.t 24. *nanque apud Ariſtotelem definientem animam eſſe id, quo primò viuimus, ſentimus, loco mouemur, & intelligimus; illud quo animal viuit, & quo animal mouetur, idem eſt omnino principium, quod appellatur anima, non vita, non animæ pars, nec ſimulacrum vllo modo:* B *Immo viuere, ſeu vita non eſt aut anima, aut animæ pars, aut animæ ſimulacrum; ſed potius quid ab anima diuerſum, atque omnino effectus ab anima ortum ducens.*

Non eſt ergo recipienda opinio Simplicij exiſtimantis vitam eſſe animæ ſubſtantiam abſolute ſumptam, & definiri principium internum motionis.

Satisfit rationibus allatis, monſtrando quomodo vita ſit eſſe viuentibus; quot ſubſtantiæ ſint in viuente; quomodo ab inuicem diſtinguantur; & quotuplex ſit diſtinctio rationis. Cap. IIII. C

S*ED & rationes allatæ ad confirmandam Simplicij ſententiam ita firmæ nō ſunt, vt nobis eam ſatis perſuadere valeant; Quod etenim primo loco demonſtrabatur vitam eſſe ſubſtātiam, quoniam viuentia, quæ talia ſunt, per ſe ſubſiſtunt, contra-*

riaque

A riaque ſuſcipiunt; quorum illud ſubſtantiæ ratio eſt; hoc uero maxima eius proprietas; uti nos docuit Ariſtoteles; non probat intentum oſtendendo uitam eſſe animã, ſiue principium internum motionis: Vltro id Simplicio damus uitam eſſe ſubſtantiam; non tamen illi concedimus uitam eſſe huiuſmodi ſubſtantiam, quæ ſit anima, uel principium internum motionis; nanque id allata ratio non concludit ulla ex parte: ſed ubi dicimus uitam eſſe ſubſtantiam, eam eſſe uiuentium eſſentiam cũ B Ariſtotele ſignificamus, quam ſubſtantiam eſſe nemo non uidet. Prædicam. 2. de an. t. 36. & 37.

Quod autem ſecundo loco affertur, Corpus animati ſubiectum eſſe ipſi uitæ, non quemadmodum ſubſtãtia ſubijcitur accidenti, ſed ueluti materia formis; ac omnino quæcunq; uitam habent, eam non participare ceu accidẽs quoddam, ut lignum formam lecti participat: quumque præter accidentia in uiuentis corpore nil niſi anima ſubiectari ualeat; ſeu quum animata, præter C formas accidentales, animam ſolam participent; ac proinde fieri ut uita ſit anima; bifariam tolli poteſt; primũ quidem concedendo animatum, eiuſque corpus participare uitam, non ut accidens; at uero negando animata, eorumque corpora, præter accidentia, nil niſi animã participare; participant etenim eſſentiam, cuius anima eſt altera tantummodo pars; & hæc animatorum eſſentia illud eſt, quod proprie uitam appellamus.

Deinde concedimus animati corpus non ſubijci uitæ, ueluti accidenti, & hoc non quia ipſi ſubijciatur ſi-

cuti

forte cum iuniore Zimara interpretemur Simplicium A *quaſi dixerit vnum vitæ genus eſſe, quo animal viuit, quæ vita ſit pars, aut animæ ſpectrum, ac ſimulacrũ; alterum vero ſit vita motrix, à qua viuificatur animal, quæ propriè ſit anima; ſed hoc eſt abſurdum ma-*
2.de an.t.24. *gis; nanque apud Ariſtotelem definientem animam eſſe id, quo primò viuimus, ſentimus, loco mouemur, & intelligimus; illud quo animal viuit, & quo animal mouetur, idem eſt omnino principium, quod appellatur anima, non vita, non animæ pars, nec ſimulacrum vllo modo: Immo viuere, ſeu vita non eſt aut anima, aut animæ pars, aut animæ ſimulacrum; ſed potius quid ab anima diuerſum, atque omnino effectus ab anima ortum ducens.* B

Non eſt ergo recipienda opinio Simplicij exiſtimantis vitam eſſe animæ ſubſtantiam abſolutè ſumptam, & definiri principium internum motionis.

Satisfit rationibus allatis, monſtrando quomodo vita ſit eſſe viuentibus; quot ſubſtantiæ ſint in viuente; quomodo ab inuicem diſtinguantur; & quotuplex ſit diſtinctio rationis. Cap. IIII. C

SED *& rationes allatæ ad confirmandam Simplicij ſententiam ita firmæ nõ ſunt, vt nobis eam ſatis perſuadere valeant; Quod etenim primo loco demonſtrabatur vitam eſſe ſubſtãtiam, quoniam viuentia, quà talia ſunt, per ſe ſubſiſtunt, contra-*

riaque

Digitized by Google

A nidque ſuſcipiunt; quorum illud ſubſtantiæ ratio eſt, hoc vero maxima eius proprietas; vti nos docuit Ariſtoteles; non probat intentum oſtendendo vitam eſſe animã, ſiue principium internum motionis: Vltro id Simplicio damus vitam eſſe ſubſtantiam, non tamen illi concedimus vitam eſſe huiuſmodi ſubſtantiam, quæ ſit anima, vel principium internum motionis; nanque id allata ratio non concludit vlla ex parte: ſed vbi dicimus vitam eſſe ſubſtantiam, eam eſſe viuentium eſſentiam cũ B Ariſtotele ſignificamus, quam ſubſtantiam eſſe nemo non videt. Prædicam. 2. de an. t. 36. & 37.

Quod autem ſecundo loco affertur, Corpus animati ſubiectum eſſe ipſi vitæ, non quemadmodum ſubſtãtia ſubijcitur accidenti, ſed veluti materia formis; ac omnino quæcunq; vitam habent, eam non participare tanquam accidẽs quoddam, vt lignum formam lecti participat; quumque præter accidentia in viuentis corpore nil niſi anima ſubiectari valeat; ſeu quum animata, præter C formas accidentales, animam ſolam participent; ac proinde fieri vt uita ſit anima; bifariam tolli poteſt; primũ quidem concedendo animatum, eiuſque corpus participare uitam, non ut accidens; at uero negando animata, eorumque corpora, præter accidentia, nil niſi animã participare; participant etenim eſſentiam, cuius anima eſt altera tantummodo pars; & hæc animatorum eſſentia illud eſt, quod proprie vitam appellamus.

Deinde concedimus animati corpus non ſubijci uitæ, ueluti accidenti, & hoc non quia ipſi ſubijciatur ſi-

cuti

Digitized by Google

cuti formæ; ſed quia nullo modo ipſi ſubijciatur; uita A
enim eſt viuentis eſſentia; eſſentia uero cuiuſque rei reſultat quidem ex materia, & forma ſubſtantiali ſimul unitis; ita tamen ut non dicatur eſſe in parte materiali, tanquam forma; falſo itaque ſupponitur corpus ſubijci uitæ, quantum ad rem; ſubijcitur illi quidem in prædicatione, quo nomine dici poteſt corpus uiuens, at illi non ſubijcitur, ceu materia formæ: Niſi dicamus nomen formæ uulgo certe ſignificare partem eſſentiæ potiorem, quæ in uiuentibus eſt anima; ſed non raro etiam à Philoſophis uſurpari ad ſignificandam totam eſſentiam, & quidditatem rei, quæ non eſt forma ſuperaddita materiæ, ſed forma reſultans ex partibus eſſentialibus inuicem iunctis, ceu temperamentum ex primarum qualitatum concurſu, & harmonia, ſiue concentus ex multis uocibus conſurgens: & quemadmodum uoces ſubijciuntur harmoniæ, ac primæ qualitates ipſi temperamento, non ueluti ſubſtantiæ accidentibus, uerum potius ueluti materia formæ; ita dici poteſt corpus animati ſubijci uitæ, ut materia formæ; formæ inquam totali, quam uocamus eſſentiam, non formæ partiali, quam dicimus animam.

Vide lib. 3. cap. 1.

Amplius eſto quod corpus ſubijciatur uitæ, ueluti materia formæ; non tamen protinus efficitur ut uita ſit forma, & anima; ſed tantummodo fit ut uita & anima, licet ſint duæ res à ſeinuicem diuerſæ, in hoc tamen conueniant; quod utriſque ſubijcitur corpus, non ut ſubſtantia ipſi accidenti, nempe forinſecus, & independenter,

ter,

A ter, ſed eſſentialiter, ſiue intrinſecus; ac dependẽter; quia corpus anima, uitaque deſtitutum in elementa per putredinem diſſoluitur; quum ab anima, & uita ſubſtantialiter dependeret, ac perficeretur.

At uero quod tertio loco arguit uitam eſſe partem, & cauſſam uiuentis, & iccirco animam, facile diluitur: in primis quidem falſum dogma eſt id, quod mutuatur Simplicius à Priſciano Lydo, qui multo prius in Academia ſcriptum reliquit uitam eſſe aut partem, (In Theophr. de ſenſ. phan. & intell.)
B aut cauſſam uiuentis; namque Ariſtoteli uita eſt ipſum eſſe uiuentibus; quare ſicuti eſſe homini, uel carni eſſe nõ eſt reuera pars, aut cauſſa hominis, uel carnis; ſed tota quidditas, ſiue tota eſſentia hominis, uel carnis, Ariſtotele ipſo autore; ſic neq; uita uiuentium cauſſa, uel pars eſſe poteſt; at potius tota quidditas, totaque uiuentis eſſentia: Deinde uero dato, & non conceſſo, uitam eſſe cauſſam, & partem uiuentis; non tamen propterea ſequitur de neceſſitate uitam eſſe animam; ſiquidem, præ (2. de an. t. 37.) (3. de an. t. 9.)
C ter animam, corpus etiam pars eſt, & cauſſa uiuentis, etiamſi uita non ſit corpus; at ex ui allatæ rationis nihilo magis ſequitur uitam eſſe animam, quam corpus; neutrum eſt tamen; quia fallax eſt antecedens, & conſequentia ſyllogiſmi.

Quod uero quarto afferebatur, uiuere idem eſſe, quod per ſe moueri, ſeu uitam (ut inquit Ariſtoteles) eſſe nutritionem ex ſe, augumentum, & decrementum, atque ideo uitam eſſe internum principium motionis, & ex conſequenti animam; quippe in uiuentibus nul- (2. de an. t. 3.)

lum

lum aliud eſt internum principium motionis, niſi anima; falſis nititur principijs; neque enim verum eſt uiuere idem eſſe quod per ſe moueri, ſiue à principio interno; immo nec uitam eſſe principium internum motionis, ut fuſe oſtenſum eſt ſupra; ex his ergo colligi non poteſt uitam eſſe animam, quæ reuera eſt principium internũ motionis in uiuente; quemadmodum apparet ex ijs, quæ A
2. de an. t. 24. *profeſſus eſt Ariſtoteles alicubi definiens animam eſſe principium, quo primo uiuimus, & mouemur loco, & ſentimus, & intelligimus.* B

Præterea falſum eſt illud quoque, quod ſcribitur in uiuente nullum eſſe aliud principium internum motionis, quam animam; nam ſi ſermo ſit de principio interno abſolute, non forma ſolum, ſed etiam materia uiuentis
2. Phy. t. 3. & 10. *Natura eſt ex Ariſtotele, atque ideo principium internum motionis, etſi paſſiuum: ſi vero loquamur determinate de principio actiuo, falſo dicitur anima ſecundum ſe tale principium eſſe; quoniam plantarum anima, & aliorum quoque viuentium in genere animalis, quæ non niſi ab externo motore aguntur, ac loco mouentur; cuiuſmodi ſunt oua, ſemina, Zoophita, & o-* C
De an. inceſſ. cap. vltimo. Et 5. hiſt. c. 15. *ſtreacea, obſeruatione Ariſtotelis, horum inquam anima principium eſt internum motionis, præſertim localis, non actiuum, ſed mere paſsiuum: Falſo item dicitur in viuente principium internum motus effectiuum ſolam eſſe animam; quippe duo ſunt genera principiorũ effectiue mouentium; alitud eſt principium quo, aliud vero principium quod appellatum; & certe Anima in*

viuen-

A viuentibus est principium, quo primo animans mouetur; id quod ex Ariſtotele conſtat apertiſſime definiente animam eſſe principium, quo primo viuimus, & mouemur loco, & ſentimus, & intelligimus: at in eiſdem viuentibus principium, quod primo ipſa mouet, eſt eorundem eſſentia; ſiquidem animata mouētur à ſeipſis. quare vita, quæ dicitur eſſe viuentium eſſentia, ſtatui poteſt principium internum motionis; non tamen erit idem re cum anima, vt retur Simplicius: vnde ſoluitur obiectio 2.de an.t.14

B allata ex Ariſtotele dicente vitam eſſe nutritionem ex ſe, accretionem, & decretionem; quaſi vitam definiat eſſe principium internum, quo animatum per ſeipſum nutritionem, auctionem, diminutionemque admolitur; quumque tale principium ſit id, quod appellamus animam, aſſerendum videtur vitam eſſe animam; ſiquidē loco citato Ariſtoteles non loquitur de principio quo, ſed tantum de principio quod, alioquin male ſtatuiſſet inferius vitam eſſe viuentium eſſentiam, quæ ab anima, 2.de an.t.38 2 de an. t. 30, 37.

C tanquam à ſui cauſſa, dependet; quare ſcribens Ariſtoteles vitam eſſe altionem per ſeipſum, & augumentum, decrementumque, nihil aliud ſignificauit, quam vitam eſſe principium illud internum, quod per ſeipſum nutricationem, augumentationem, & diminutionem promouet in viuente; hoc autem principium eſt viuentis eſſentia tota, non anima, quæ altera tantum pars eſt eſſentiæ viuentis, ac definitur eſſe principium, quo alitur, creſcit, & decreſcit animans: Niſi etiam dicamus paruifaciendum eſſe argumentum ductum ex eo loco, in

2.de an.t 11. *quo rudiori formula ſe Philoſophatum teſtatur Ariſtoteles: Ceterum quod fatemur vitam eſſe principium internum motionis, id non eſt vitæ definitionem aſſignare, ſed ſolum commune, & ſi uis etiam, addas eſſentiale attributum de vita pronuntiare; nanque definitionis proprium eſt diſtincte, ac dilucide ſingulas definiti par-* A
1. Phy t. 5. & 2. poſt. t. 22. *tes eſſentiales explicare; vti nos docuit Ariſtoteles: modo notitia vitæ per id, quod ſit principium internum motionis, communis eſt, atque confuſa, quod ſatis conſtare poteſt ex Ariſtotele, qui perfectam animæ definitionem* B
aſsignaturus, haud ſat habuit aſſerere ipſam eſſe principium, quo primo animans mouetur, ſumpto nomine motus in communi; quatenus complecti poteſt vniuerſas viuentis operationes: ſed neceſſarium duxit diſtin-
2. de an. t. 24. *cte dicere animam eſſe principium, quo primo viuimus, & ſentimus, & mouemur loco, & intelligimus: Addo inter vitæ operationes intellectionem reperiri, quã nullo pacto motum aſſeuerare poſſis, dicente Ariſtotele tum*
7 phy t. 20. *contemplari, & addiſcere non eſſe alterationem, neque* C
2. de an. t. 18 *generationem; tum intelligere aſſimilari cuidam quieti, ac ſtatui magis, quam motui: ſi tamen intellectio motus appellari poteſt, id non niſi metaphorice, ſeu per translationem, & admodum improprie fit; quum autẽ ex Ariſtotele definienti non liceat vti æquiuocatione,*
2. poſt t. 22. *nec translatione; ſatis apertum reor vitam non bene definiri principium internum motionis: Præterea in hoc differunt vita & anima, quod vita eſt tota eſſentia viuentis, & omnino ſubſtantia completa, & abſoluta: ſed*

anima

A anima eſt pars eſſentiæ, ac ſubſtantiæ completæ principium: ideoque habitudinem obtinens ad corpus, cuius eſt actus: ad compoſitum viuens, cuius eſt pars eſſentialis: & ad operationes, quarum eſt principium: quocirca ſemper definienda eſt cum habitudine ad aliquod ex his: at eſſentia quamuis eſſe dicatur principium operationum, eſt tamen ſecundum ſe natura completa, & abſoluta: quare definiri debet non habita ratione operationum; quippe ad eas relationem habet accidentalem, ad quas anima eſſentialem: ſiquidem animæ finis
B eſt operatio, quum totius eſſentiæ finis perfectio illa ſit, quæ naſcitur ex operatione: Vita ergo, quæ eſt viuentis eſſentia, definienda non eſt eſſe principiũ internũ motionis; eſto quod aliqua ratione tale principiũ eſſe dicatur.

Quod autem quinto loco proponebatur, nempe vita eſt eſſe viuentibus; illud uero, quod eſt eſſe viuentibus, nihil aliud eſt, quam forma eorum ſubſtantialis, quæ vocatur anima: nam formæ proprium eſt dare eſſe rei;
C quare dicendum videtur vitam eſſe animam; maioris eſt ponderis argumentum; cui tamen occurrimus in primis admonentes Ariſtotelem hanc rationem ſoluere loco allegato ſuperius, dum ait animã eſſe cauſſam ipſius vitæ, non uitam ipſam. 2 de an. t. 37.

Deinde vero animaduertẽtes hoc in loco nomẽ iſtud, Eſſe, vſuuenire Ariſtoteli ad ſignificandum idem prorſus, quod ſignificatur per nomen Eſſentiæ; quum autem dicitur quod uita, uel anima eſt eſſe uiuentibus, id habere poteſt duplicem intellectum; unus eſt, quod vita,

& anima ſigillatim ſit eſſe, hoc eſt, eſſentia uiuentis; alter eſt, quod vita, & anima tribuat eſſe, id eſt, eſſentiam uiuentibus, & uterque intellectus admitti poteſt; tunc ad argumentum dicimus, quando aſſeritur, vita, & anima eſt uiuentibus eſſe, ſi intelligendum ſit uitã, & animam eſſe uiuentium eſſentiam, quum longe alio modo vita ſe habeat ad eſſentiam uiuentium, & longe alio anima; nam uita eſt totum eſſe, totaque uiuentis eſſentia; ſed anima non tota uiuentis eſſentia eſt, at eius eſſentiæ vna tantummodo pars; licet potior, & dignior; quo nomine anima item dici conſueuit eſſentia uiuentis abſolute: nam ex Ariſtotele unumquodq; maxime illud eſt, quod in eo eſt perfectiſſimum, ac optimũ: adeo ut Homo ipſe Intellectus eſſe dicatur: Quia ergo proprie loquendò uita eſt totum uiuentis eſſe, anima vero portio illius Eſſe nobilior; ex eo, quod uita, & anima ſigillatim dicitur ipſum eſſe uiuentis, colligi haud plane poteſt uitam eſſe animam; quod ſane fieret, ſi utriuſque eſſet eadem ratio, puta ſi utraque diceretur uiuentis eſſentia ſimiliter, ac eandem ob cauſſam. A B

10. æthic. c. 7.

Pari modo ſi, quando dicitur, uita, & anima eſt eſſe viuentibus, id intelligendum ſit, quaſi dicatur uita, & anima tribuere uiuentibus eſſentiam; quum anima nõ totam eſſentiam uiuentibus elargiatur; quandoquidem eſſentia tum uiuentium, tum quoque aliorum omnium compoſitorum naturalium, ſecundum partem à materia dependet; quo factum eſt ut aliquando nobis præceperit Ariſtoteles definitiones explicantes eſſentiam rerum C

2. phy. t. 21. & 3. de an. t. 16.

rum

A *rum phyſicarum tradendas non eſſe abſque materia: forma profecto, & anima tribuit viuentibus non totã, ſed partem eſſentiæ: quum autem vita totum eſſe ſit ipſi viuenti; ſane idem omnino eſſe non debet vita, & anima; quamuis vtraque ſit eſſe viuentibus.*

Addo reuera vitã eſſe viuentis eſſentiam iam conſtitutã, animam vero viuentibus eſſentiam potius elargiri, ſeu viuentium eſſentiam conſtituere; ac proinde vitam aliud quid ab anima eſſe, & ea poſterius ordine B *naturæ, tanquam illius effectũ, vt adnotat Ariſtoteles.* 2. de an. t. 37.

Quod autem deinceps afferebatur, vitam eſſe ſubſtantiam, & propterea quum in viuente nulla ſit alia ſubſtantia, præter corpus, animam, & compoſitum ex his; quumque vita non ſit corpus, vt quid in viuente contradiſtinctum ab anima; quippe id potentia viuens eſt. ſiue habet vitam in potentia ex Ariſtotele: quum item vita dici nequeat eſſe compoſitum ex anima, & corpore; ideo ſtatuendum eſſe neceſſario vitam eſſe ani- 2. de an. t. 6 & 10. C *mam; efficacius adhuc eſt argumentum; verum quod etiam tolli poteſt: quoniam dicimus vitam eſſe ſubſtantiam, non tamen præciſe corpus, neque animam, neque compoſitum ex his; ſed quartam quandam ſubſtantiã, quæ dicitur eſſentia viuentis: Quod autem ex Ariſtotele opponebatur, in viuente tres tantum ineſſe ſubſtantias, animam ſcilicet, corpus, & compoſitum ex his, verum eſt quidem; ſed Ariſtoteles ibi loquitur de ſubſtantijs, quæ realiter inter ſe differunt; ſunt enim tantummodo tres ſubſtantiæ in uiuente realiter ab inuicem diuerſæ,* 2. de an. t. 2.

uerſæ,

uerſæ, anima nempe, corpus, & compoſitum ex his; atq; A
iſta diſtinctio ſubſtantiæ ſat erat Ariſtoteli tunc ue-
naturo definitionem animæ: Ceterum abſolute quatuor
ſunt ſubſtantiæ in uiuente; nam ultra prædictas, quæ
ſunt ſubſtantiæ tres ab inuicem diuerſæ, quaſi tres res,
quarta eſt illa ſubſtantia, quæ nuncupatur eſſentia vi-
3.de an.t.5. *uentium, ſeu eſſe uiuentibus; ita enim Ariſtoteles ali-*
quando in aqua, & carne, præter materiam, formam,
& compoſitum ex his, ponit aquæ eſſe, & carni eſſe, ue-
luti quartam quandam ſubſtantiam, quam alio nomi- B
ne quidditatem rei appellare conſueuimus; eſt autem
quidditas non materia, non forma, non compoſitum ex
his, ut caro, uel aqua; ſed rei eſſentia pura, quam pleriſ-
Vide lib. 3. cap. 2. *que formam totius appellare placuit: Atque huic illud*
eſt ſimile, quod Chemicæ artis profeſſores in quolibet mi-
ſto nuncupant quintam eſſentiam, quam à quauis re
abſtrahunt igne ſoluentes miſtum in elementa; quum
etenim elementa in miſto inuicem confuſa pro cuiuſque
partium uaria diſpoſitione diſſimilem miſtionis gradū C
ſecundum magis, & minus nanciſcantur; ubi uirtute
caloris, cuius proprium eſt diſſimilia ſeparare, partes ele
mentorum impuriores, ſeu materialiores, ob excremen-
torum participationem, ſeu materiæ culpa non exactiſ-
ſime inuicem commiſtæ, diſſociatæ fuerint; miſtum qui-
dem vulgare, quod ex elementorum partibus tum pu-
ris, tum quoque impuris inter ſe commiſtis coagmenta-
batur, corruptione diſſoluitur; uerum permanentibus
adhuc elementorum partibus purioribus, ut quæ maiori

conjun-

A *coniunctione inuicem nectebantur, in unum coniunctis, iam ſupereſſe dicitur totius miſti quinta eſſentia cum à miſto ipſo, tum ab elementis illud conſtituentibus extracta, elementorum nomine partes ipſorum impuriores, ac materialiores interim ſignificantes: ſed iam redeamus ad penſum: Sic plane uita eſt quidditas, & eſſe uiuentibus, ſeu uiuentis eſſentia, quæ licet non ſit res quædam in actu diuerſa ab ipſo uiuente, quod eſt compoſitum ex anima, & corpore; ab eo tamen ratione di-*
B *ſtinguitur; quemadmodum diſtingui ſolet eſſentia, & quidditas cuiuſque alterius compoſiti ex materia, & forma ab ipſo compoſito; compoſitum nanque ſe habet ad ſui quidditatem proportione quadam, ut ſe habere dicitur ad formam ipſa materia; & iccirco qui eſſentiã nominant formam totius, ijdem recte compoſitum nuncupant materiam totius illi formæ quodammodo ſubiectam; Quum autem ubique materiei & formæ diuerſa ſit ratio: propterea non ab re dictum eſt eſſentiam cu-* 1.phy.t.65.
C *iuſque compoſiti ab eo ipſa ratione diſtingui: Quæ ſane diſtinctio non eſt ex mera Intellectus operatione, ſed fundamentum habet in reipſa: proinde Scotus ille ſubtiliſſimo ingenio præditus eam appellare maluit diſtinctionẽ ex natura rei, ſiue à parte rei; & Diuus Thomas uero Doctor Angelicus (à quo fortaſſe parum diſſentit ſubtilis Doctor in propoſito) diſtinctionem rationis ratiocinatæ, ſiue ratiocinabilis uocare uoluit, ad eius diſcrimen, quæ à pura Mentis actione proficiſcitur, quam diſtinctionem rationis ratiocinantis nuncupauit; eſt enim*

commune

Digitized by Google

commune nomen Ratio Menti, & Quidditati rerum A
cognoſcendarum; ſed mens dicitur ratio ratiocinans, ut
cuius proprium eſt diſcurrere, ac ratiocinari; quidditas
autem quælibet ratio eſt ratiocinata, uel ratiocinabilis;
2. Poſt. t. 8. quia ex Ariſtotelis obſeruatione, Quid eſt, ſeu quiddi-
tas nobis haud innoteſcit abſque demonſtratione, atque
omnino non niſi in ratiocinio: ſed quoniam in materiali-
bus compoſitum eſt hoc in hoc, ueluti ſimum, ut monet
6. meta. t. 2. Ariſtoteles; ideo in ipſis quidpiam eſt, quod habet ratio-
nem materiæ; quocirca eſſentia, ſeu quidditas à compo- B
ſito differt ratione ratiocinata, ſeu ex natura rei: At ue-
ro in ſimplicibus, & à materia ſeparatis, quidditas ra-
tione ratiocinante ſolum, ac per purum opus intellectus
diſtinguitur ab eo, cuius eſt quidditas; quia id non eſt
hoc in hoc, veluti ſimum, ſed ſimplex forma nihil obti-
nens, cui competat ratio materiæ, veluti curuum, vt
7. meta t. 34. inquit Ariſtoteles, & propterea bene ait aliquando ipſe
idem Philoſophus quod Aliud eſt magnitudo, & ma-
3. de an. t. 9. gnitudini eſſe; & aqua, & aquæ eſſe, ſic autem & in C
multis alijs (puta in compoſitis materialibus) ſed non
in omnibus; in quibuſdam enim (intellige in Simplici-
bus, & ab omni materia ſeparatis) idem eſt eſſe carni,
& caro; nempe idem eſt quidditas, quæ carni eſſe propor
tione reſpondet; atque id, cuius eſt quidditas, quod car-
nem æmulatur; nanque, vti mox ſubdit Ariſtoteles,
vera caro non ſine materia eſt, ſed ſicut ſimum, hoc in
hoc: Quæ omnia clarius habentur alibi apud eundem
8. meta. t. 8. Ariſtotelem dicentem hunc in modum, Anima nanq;

&

A & animæ eſſe idem eſt; homini vero, & homo nõ idem; quippe homo compoſitum eſt, anima vero eius comparatione ſimplex: Neque obijcias in Simplicibus dari materiam intelligibilem, ratione cuius eorum eſſentia, & quidditas diuerſa eſſe dicatur ab eo, cuius eſt quidditas, ex natura rei; nam per ſimplicia hæc à materia ſeparata, quorum quidditas ab ipſiſmet diſtingui dicitur per opus mentis, intelligimus formas illas abſtractas, quas Metaphyſicus proprie conſiderat, non autem for-

B mas mathematicas, quæ reipſa in materia ſunt, quamuis abſque illa conſiderentur; Modo falſum eſt, quod obijcitur in ſimplicibus illis realiter à materia ſenſibili ſolutis dari materiam intelligibilem; quoniam vt aperiſſime teſtatur Ariſtoteles, materia intelligibilis nullo 7.meta.t.35. modo in ijs eſt, quæ ſenſu percipi nequeunt, cuiuſmodi ſunt Mentes Diuinæ, ſed ſolum in ſenſibilibus exiſtit, non prout ſenſibilia, nimirum in mathematicis. ſed iam redeamus ad penſum.

C Quum itaque viuens, & eſſentia viuentis, ſiue eſſe viuenti, aut etiam quidditas viuentis, quamuis re, atque ſubiecto, ſiue numero ſint vnum, & idem; ratione vero differant, ratione inquam ratiocinata, hoc eſt definitione, ac eſſe; propterea fit vt compoſitum ex anima & corpore viuens dici valeat, animatum, habere vitam, & animam, viuere, ac ſimilia, quum tamen vita ſimiliter dici nequeat animata, viuens, habere vitã, & animam, aut viuere; quemadmodum opponebatur; ſic enim ſola ratione diſtinguitur, ac per purum opus in-

tellectus, homo ab eo, quod eſt animal rationale, non re, A nec ipſo eſſe: quo ſane fit ut animal rationale dicatur eſſe hominis definitio, at homo conſimiliter hominis definitio dici non poſſit: unde item ſoluitur quod obijcitur

Cap. de Oppos.

ex Ariſtotele probante idem non eſſe priuationem, & priuari, ſiue cæcitatem, & cæcum eſſe propterea quod utrãque de eodem prædicari non poteſt, nam cæcitas, & cæcum eſſe; ſeu priuatio, & priuari differunt, ut abſtractum, & concretum; abſtractum vero a ſuo concreto non differt re, ſeu numero, ac ſubiecto, ſed ſolum ratione B vel ſi uis etiam ipſo eſſe, ac definitione; quæ diſtinctio ſufficit Ariſtoteli eo loco aſſerenti hæc non eſſe, eadem in definite, & non prædicari de eodem, neque nobis officit aſſeuerantibus vitam eſſe re, ac ſubiecto idem cum ipſo viuente.

Non ergo ſatis firma eſt opinio Simplicij exiſtimantis vitam eſſe animã, ſiue internũ principium motionis.

Secunda opinio Theophili Zimaræ, qui ait vitam eſſe animam in actu primo. Cap. V. C

lib.2.t.com 3

AB examinata opinione parũ differre videtur ſententia Theophili Zimaræ, qui eruditiſſimis in commentarijs non magis ad Ariſtotelis opus de anima, quam ad commentationem Simplicij, ſæpius allatam opinionem tuetur, tum vbi aduerſus Auerroem ſcriptum reliquit, vitam definiri quod ſit princi-

pium

A *pium motus internum, vt viuentia à nonuiuētibus diſtinguantur; tum quoque alibi, dum ex ſuo penu profert, Addubitandum præterea nobis videtur quid illud ſit, quod Ariſtoteles ait, viuere viuentibus eſſe eſt,* 2. de an. t. c. 36. *ſi eſſe eſſentia rei eſt; viuere autem actio viuentis. Dicimus viuere pro vita ſumi, quæ eſt actus primus viuentis, non quæ ſecundus; vti viuere ſignificet participationem, quæ eſt actus primus; nam eadem participatio eſt eſſe viuentis: quo enim diſtat eſſentia, & eſſe, eodem* B *vita, & viuere, nam eſſentia ſimplex eſt forma, eſſe vero eſſentia participata; ita quoq; vita anima eſt ſimplex, viuere autem anima corpori ſociata. Si igitur viuere eſt vita partitipata, hæc vero eſſe viuentis, viuere ergo viuentis eſt eſſe. Neque enim audiendi ſunt, qui arbitrantur Eſſe additamentum quoddam eſſentiæ exiſtere, viuere vero vitæ; quoniam ſi id verum eſſet, præter Ens, quod diuiditur in decem Prædicamenta, & Ens verum, quæ duo tantum à Philoſophis poſita ſunt,* C *eſſet numerandum tertium ens ſubſtantiæ ſuperadditū: neque aliter anima, vitaque viuentibus cauſſa eſt vt viuant, niſi quatenus ea participant, atque illa corpori eſt præſens; ita eſſentia cauſſa corpori eſt vt ſit, quia corpus eſt eius particeps.*

Hæc ille ad verbum; quibus apertum eſſe cuique puto Zimaram exiſtimaſſe vitam eſſe animæ ſubſtantiam, prout eſt actus primus, ſiue prout abſtrahit ab omni operatione, ac eſt cunctis actionibus naturæ ordine prior: Ad cuius opinionis confirmationem non deeſſe

videntur argumenta, ſi hac de re paullo altius contem- A
plationem inire voluerimus: In primis enim illud cer-
tum eſt inter eſſentiam animæ, quæ dicitur actus pri-
mus, & operationes ab huiuſmodi eſſentia prodeuntes.
2 de an. t. 24. 41. & 49. *nihil omnino mediare, vti cõſtat ex Ariſtotele tum vbi-*
que definiente animam per operationes; quum definitio
ſemper tradenda ſit per immediata: tum quoque aſſe-
2. de an. t. 33. *rente in indaganda eſſentia, & interna natura animæ*
tranſeundum eſſe ab obiectis ad operationes, & ab ope-
rationibus ad animæ potentiam, hoc eſt, ad animæ ſub- B
ſtãtiam; ſecus etenim oportuiſſet vlterius progredi à po-
tentia ad eſſentiam animæ, ſi animæ potentia vnum
& idem non eſſet cum eiuſdem eſſentia. ita ergo inter eſ-
ſentiam animæ actum primum appellatam, & opera-
tiones ab eſſentia iſta prodeuntes, quas vel Ariſtoteles
2. de an. t. 2. *nuncupat actus ſecundos, nihil omnino mediat, ſed ſta-*
tim atque anima corpori eſt adnexa, corpus neceſſario
vitam habet, ac viuere dicitur, non tamen ilico vitæ
operationes obit; quum ſæpenumero tam cito non adſint C
inſtrumenta, vel etiam obiecta, quibus neceſſario in-
diget viuens ad operandum; id quod in ſeminibus ap-
paret, quæ continuo ac à plantis matura exciderint, vt
2. de reſp. c. 24 *ait Ariſtoteles, propriæ ſibi animæ beneficio viuere in-*
cipiunt, abſque eo quod operentur vllo modo; & ſæpe in
tali otio longum tempus tranſigunt: Idipſum de ouis
2. de gen. an. c. 4. *maſculo ſemine non refertis alibi dicit Ariſtoteles,*
quæ dum ab ouiparæ aluo excluduntur, anima feminæ
ad ſubiecti partitionem multiplicata, propriam ſibi ani

mam

Digitized by Google

A *mam acquirunt, quæ poſtea viuunt longum etiam tempus nullam vnquam vitæ operationem obeuntia: Quæ omnia falſa extarent, ſi vita non eſſet eſſentia, ſeu quidditas animæ non operantis, quæ dici conſueuit actus primus.*

Amplius nihil eſſe valet in potentia niſi ad ſuum actum proprium; ſed corporis exiſtentis in potentia ad vitam actus proprius eſt anima, quatenus dicitur actus primus, vt aperte nos docuit Ariſtoteles; uita er- 2. de an. t. 4
B *go, & anima in eo quod eſt actus primus, ſunt vnum, & idem reipſa.*

Denique ſi in alicuius actus definitione aſſumenda eſt potentia, clarum eſſe conſtat non poſſe actum vllum niſi per eam potentiam definiri, ad quam talis actus relationem habet; quippe relatiuorum proprium eſt hoc, vt mutuo alterum in alterius definitione ponatur; quũ ergo anima definiatur eſſe actus primus corporis exiſtẽtis in potentia ad vitam; neceſſario colligendum vide-
C *tur idem omnino eſſe corpus in potentia ad animam, & corpus in potentia ad uitam; immo eandem eſſe potentiam, quæ eſt ad vitam, & quæ eſt ad animã; quare uitam, & animam quatenus eſt actus primus, non differre ab inuicem vllo modo.*

Hæc omnia Theophili ſententiam de natura vitæ non parum roborare uidentur.

Theo-

Theophili opinio conuellitur, monſtrando quodnam vere ſit diſcrimen inter viuere, & vitam; inter Eſſe, & eſſentiam; atque inter vniuoca, æquiuoca, indifferentia, & analoga. Cap. VI. A

AT uero non propterea propoſita opinio ab omni labe uindicatur: ſuccūbit enim & ipſa ijs omnibus telis ſigillatim, qui bus antea Simplicij dogmata expugnauimus: uerum præterea in Theophili B
doctrina nonnulla ſunt, quæ peculiari quadam ratione nobis probari nequeunt; quorum unum illud eſt diſcrimen, quod ab eo conſtituitur inter uitā, & uiuere; nimirū quod uita ſit anima ipſa ſimplex ſiue actus primus; uiuere autem ſit anima participata, uel etiam actus ſecundus, ſiue actus viuentis, quoniam quum anima poſſit actu exiſtere abſque eo, quod ſit participata: permanet enim rationalis anima poſt hominis interitum a corpore ſeparata: quod eſt dictu, a nullo participata; C
proculdubio ex Theophili poſitione fieret vt vita eſſe poſſet abſque eo quod aliquid viueret; ac ſimul eſſe poſſet in obitu hominis vita, & mors; immo vita hominis morti obnoxia non eſſet homine ipſo mortalitatis conditionē ſubeunte; addo & illud, quod occidente homine mors uiuere hominis de medio tolleret, vitam hominis non tolleret; quæ omnia falſa ſunt, & contradictoria euidentiſſime: Non ergo in eo differt vita ab ipſo uiuere, quod uita ſit anima ſimplex, uiuere autem ſit anima

parti-

A participata. Ceterum proprie loquendo uita, & uiuere ſunt unum & idem quantum ad rem, ſolaque ratione diſtinguuntur, uidelicet ut abſtractum, & concretum; ita ut ſi uita (exempli gratia) ſtatuatur eſſe permanſio animæ cum calore, quod innuere uidetur Ariſtoteles in Paruis Naturalibus appellatis, uiuere nihil aliud eſſe ualeat, quam permanere animam cum calore; cuius rei euidentiſſimum profecto illud eſt argumentum, quod Ariſtoteles, & inſignes alij Philoſophi nominibus hiſ- Cap penult.

B ce, uita, & uiuere, promiſcue utuntur ad rem eandem ſignificandam.

Præterea quod ſcribitur a uiro doctiſſimo, eandem penitus proportionem eſſe inter uitam, & uiuere, quæ eſt inter eſsentiam, & eſſe, recte intelligendum eſt, ac forte longe aliter quam Theophilus opinetur; nanque, ut obſeruat alicubi etiam magnus ille Ficinus, duplex eſt eſſe in qualibet re; primum quidem eſt eſſe ſimpliciter, ante quod nihil eſt, idque eſt ſimpliciſſimum eſſe, in 8. de immor. an. c. 3

C quo cuncta communicant, quæcunque dicuntur eſſe in rerum natura, quod ſe peculiari nomine dici conſueuit Exiſtere, ac Exiſtentia; & hoc eſt illud ens non commune analogum, quod in decem prædicamenta diuiditur, ſed cōmune indifferens, quod indiuiſibile reponitur in ea appellata Tranſcēdentia. iſta enim ſigillatim pure indifferentia ſunt, ac proinde communia, quæ diuidi nequeunt in minus uniuerſalia, quum indifferenter ſingula reſpiciant, diuiſio autem ijs tantum communibus aptari poſſit, quæ diuerſimode reſpiciunt inferiora; quippe

quippe diuiſio quæuis ex neceſſitate ſupponit differen- A
tias, ſecundum quas commune diuidendum uarie par-
ticipatum ſit ab ijs, in quæ dicitur eſſe diuiſibile. Quo
factũ eſt ut diuiſio, & diſtinctio ſit proprie uniuoci, &
analogi, addo etiam æquiuoci, non autem indifferentiũ
ſed in his ſolum ſit Enumeratio: ſed redeamus ad pen-
ſum. Alterum uero eſſe eſt eſſe hoc, puta eſſe hominẽ,
eſſe ignem, & id generis; tale ſiquidem eſt eſſe poſterius
compoſitum, particulare, quo ſingula inter ſe differunt;
non enim idem eſt eſſe lapidem, & eſſe hominem; eſſe B
plantam, & eſſe animal. quod eſſe ſecundum peculiari
nomine appellatur eſſentia, ſiue ſubſtantia cuiuſque;
& hoc eſſe in uniuerſum conſideratum eſt illud ens, non
2. Poſt. 17. indifferens, ac tranſcẽdens, quod Ariſtoteles aliquando
ait nulli eſſe ſubſtantiam, ſed analogum participatum
diſſimiliter, quod proprie diuiſum eſt in decem prædi-
camenta; id etenim ſua inferiora reſpicit diuerſimode,
haud quidem per differentias oppoſitas, ut uniuocum,
ſed per diſparatas, & uarias quoquomodo; unde fit ut C
genera uniuoca diuidenda ſint in ſuas ſpecies ſemper di-
uiſione bimembri; eſt etenim contrarietas, & oppoſitio
quælibet inter duo tantum, quippe uni unum ſolum ubi
que contrariatur, ſed analoga, & æquiuoca, immedia-
te partiũtur in tot analogata, & equiuocata quot ſunt
differentiæ illæ diſparatæ, ſecundum quas reſpiciunt ſin-
gula minus communia; atque ideo in eis diſtinguendis
obſeruanda non eſt diuiſio bimembris, quæ ſola neceſſa-
ria eſt in uniuocorũ partitione. Ceterũ licet analoga, &

æqui-

A æquiuoca in eo conueniant, ut immediate diſtinguantur in tot membra, quot ſunt naturæ illæ, de quibus prædicantur; differunt nihilominus in aſſignatione membrorum; quia quum æquiuocata nullo prorſus ordine ſeſe inuicem reſpiciant, ideo æquiuocum in ea partiri poteſt nullo ſeruato ordine in aßignatione membrorum; at in partitione analogi ſeruandus eſt ille ordo, quo priora, dignioraque analogata ceteris præponantur; inter analogata enim, quod ex Ariſtotele habetur, unum ſemper 4. meta. t. 2. & 4.

B eſt prius, ac nobilius, à quo reliqua quodammodo dependere dicuntur; & proinde ipſe idem Ariſtoteles dũ partitur Ens, quod eſt analogum, in decem prædicamenta, quod multoties efficit, præmittit ubique ſubſtantiã, ueluti primũ, & principale analogatũ, omnibus alijs prædicamentis. Ex his iam ſatis patere arbitror exiſtentiã longe diuerſum quid eſſe ab eſſentia; quum illa ſit pure indifferens, atque tranſcendens; hæc aũt analogum diuiſum in decẽ prædicamenta, diuerſimodeque à rebus par-

Antepræd. & ultimo.
4. meta. t. 2.
5. meta. t. 14.
9 meta. t. 1.
12 meta. t. 2. & 3.

C ticipatum; indifferentia nanq; ualde differunt ab analogis; quum analoga diuiſibilia ſint in multas naturas, indifferentia uero ſint omnino impartibilia nam dicunt unã naturam ſimplicem penitus, pluribus æque communicatã ſine ullius differentiæ interuentu: Sic etiam æquiuoca, uel ex Ariſtotele, differunt toto cælo ab analogis, quæ altera ab alteris nuncupantur, non minus quã ab uniuocis, quæ priora dicũtur, & ratio huius diſtinctionis eſt, quia uniuocum dicit naturam quandam communẽ pluribus, æque illis omnibus participatam, etiãſi 1. de gen. t. 44.

Digitized by Google

ſub oppoſitis differẽtijs; quæ natura communis prior eſt A
omnibus ijs particularibus, quibus ineſſe dicitur: Analogum vero dicit naturam itẽ communicatam pluribus, at non æque, immo diuerſam in ſingulis, neq. illis reipſa priorem, ſed coæuam: quæ licet in ſingulis diuerſa ſit, non tamen eſt vſque adeo differens, quin aliquam habeat communitatem, & conuenientiam, ſiue habitudinem in partibus ſub differentijs diſparatis, ratione cuius de illa formari poteſt vnus cõceptus communis omnibus analogatis: Quo factum eſt vt analogi aſſignari B
valeat vna definitio communis: At æquiuocum non ponit vllo modo vnam naturã communem, niſi quoad nomen ſed ponit multas eſſentias ita inuicem diuerſas, vt nullam habeant cognationem, aut habitudinem interſe, ratione cuius de æquiuoco formare poſſimus vnum aliquem conceptum communem omnibus æquiuocatis; at ob iſtam æquiuocatorum diſcordiam, ſeu diuerſitatem non poteſt de æquiuoco haberi niſi cõceptus, & ratio, ſeu
1. meta. 47. *definitio multiplex, & propterea ſcite Ariſtoteles quaſi* C
lege ſanxit æquiuocum prius diſtinguendum eſſe quam definiendum, inquiens omnino impoſſibile eſſe quærere elementa entium, quæ multipliciter dicuntur, hoc eſt, æquiuocorum, non diuidendo; per elementa definitionis partes, ac definitionem innuens, cuius partes ſunt elementa, id eſt cauſſæ internæ, ac eſſentiales rei definitæ: indifferentia demum, quæ ponere dicuntur vnam naturam ſimplicem, æque participatam in pluribus abſque vllo differentiarũ interuentu, ab æquiuocis, ab analogis,

A *logis, & ab vniuocis quammaxime differunt: Quamobrem quum Exiſtentia ſit indifferens ad omnia, quæcunque ſunt, tanquam vnum ex numero Tranſcendentium; Eſſentia vero ſit analogum illud Ens, quod partitur in decem prædicamenta, immo cuius paſſiones, & attributa dicuntur eſſe tranſcendentia cuncta; neceſſarium eſt confiteri exiſtentiam longe diuerſum quid eſſe ab eſſentia, quamuis illarum vtraq; ijſdem nominibus à Philoſophis appellari ſoleat promiſcue Ens, & Eſſe.*

B *Addo exiſtentiam eſſe id, quod quæri conſueuit de quauis re per Quæſtionem illam ſimplicem in ordine primam, quam Si eſt nuncupamus: Eſſentiam vero id, quod quæritur per ſecundam Quæſtionem, Quid eſt appellatam: Ceterum quid eſt, & ſi eſt, eſſe quæſtiones inuicem admodum differentes, potiſſimum eo quia diuerſas naturas inquirunt, notius eſt, quam dignum vt Ari-* 1. Poſt c. 1.
ſtotelis autoritate confirmetur.

Amplius Eſſentia, nemine penitus diſcrepante, ſub-
C *ſtantia eſt cuique rei, cuius dicitur eſſentia: quum autem præter hoc Ens, apud Ariſtotelem, ſit aliud eſſe,* 2. Poſt. t. 7.
quod nulli rei ſubſtantia eſt, eſſe nimirum illud, quod alio nomine dicitur Exiſtere, & eſt illud Ens tranſcendens, quod eſt cuique ſubſtantiæ, ac eſſentiæ ſuperadditum; iam liquido conſtare poteſt aſſentiendum haud eſſe Theophilo dicenti non audiendos eſſe illos, qui putant exiſtere eſſe additamentum eſſentiæ, ac præter Ens in decem prædicamenta diſtributum, atque Ens verum, eſſe tertium quoddam Ens ſubſtan-

tiæ, ſeu Eſſentiæ ſuperadditum. A

Præterea Ens, & eſſe illud, quod ſignificat Eſſentiam, additum alicui non facit compoſitionem; ſi enim dixeris eſſe hominis, eſſe corpus, carni eſſe, eſſentia ignis, homo Ens, & ſimilia, non propterea negabis, aut affirmabis, verum, falſumue proferes: Ens autem, ſeu eſſe, quod ſignificat exiſtere, ſeu exiſtentiam, additum alteri neceſſario facit compoſitionem, atque affirmat, aut negat, verumque, aut falſum includit; vt ſi dicamus Hominem eſſe, lignum eſt, corpus eſt ens, animal exiſtit, & id generis alia: ſignum euidentiſsimum haud parum ab inuicem differre Eſſentiam, & exiſtentiam. Verum enimuero huiuſce theorematis diligentior inquiſitio noſtri fortaſſe non eſt inſtituti; redeamus itaque ad Theophili Zimaræ placitum de Vita. B

Quando ergo dicitur, Vita, ſeu Viuere eſt eſſe viuentibus, nomen iſtud Eſſe Ariſtoteli tunc ſignificat eſſentiam, qua differũt animata ab inanimatis, quod faſſus erat antea Philoſophus inquiens differre animatum ab inanimato ipſo viuere; probans enim animam eſſe formam viuentis ait formam eſse cauſsam ipſius eſse omnibus, quorum dicitur eſse forma; ſed viuere, cuius cauſsa eſt anima, eſse ipſum eſse, hoc eſt, eſsentiam viuentibus, non exiſtentiam; vt videtur exiſtimaſse Zimara; ſecus enim falſo dixiſset Ariſtoteles tum formam eſse cauſsam exiſtentiæ; quippe forma immediate conſtituit eſsentiam; at exiſtentia eſt eſse prius ipſo eſſe C

2. de an. t. 36. 37.

2. de an. t. 13.

ſe

A ſe Eſſentiæ, vt abunde oſtendimus; tum vitam eſſe
exiſtentiam viuentium; quum etenim viuentia in eo,
quod reipſa exiſtunt in rerum natura, conueniant cum
elementis, & rebus alijs innanimatis, quæcunque in
Mundo exiſtere dicuntur, vita proculdubio, ſeu viuere
commune quid eſſet animatis pariter, & anima caren-
tibus, ſi eſſet exiſtentia viuentium; neque illud eſſet,
quo animata diſtinguuntur ab inanimatis, aduerſus
omnẽ rationem, & ea, quæ paullo antea ipſe idem Ari-
B ſtoteles profeſſus eſt diſtinguens animatum ab inani-
mato per vitam; Immo etiam quum uiuentia vniuerſa
eodem pene modo exiſtant, nec vlla ratione ab inuicem
differant quantum ad exiſtere; ſi vita eſſet exiſtentia
viuentium, ſane uitæ in uniuerſum una eſſet natura
indifferens, pluribus æque communicata, ſine ullo diffe-
rentiarum interuentu; contra tamen plures eſſe uitæ ſpe-
cies; ſeu potius multa uitæ genera inter ſe uarijs differen-
tiis diſcriminata, illud ſatis apertum facit, quod in ge-
C nere uitæ alia eſt morti obnoxia, ut uita ſublunarium;
alia uero immortalis, ut uita cæleſtium animatorum;
ex Ariſtotele autem ubique perpetuum, ſiue incorrup- 10.meta.t.26
tibile a caduco differt ſecundum ſpeciem, quinetiã gene-
re, niſi adhuc magis; uerum de uitæ differentijs latius
agemus infra ſuo loco. Vltimo etiam falſum illud eſt,
quod Theophilus aſſerit, uiuere eo proprie differre a vita
quod viuere reuera ſit actus ſecundus, ac omnino actio
quædam: vita vero ſit animæ ſubſtantia, & actus
primus; tum quia oua, & ſemina abſque eo quod vllã

edant

edant vitæ operationem, viuere tamen dicuntur Ariſtoteli, & non minus quam ſtirpes, tum etiam quia eſſe, & agere multum a ſeinuicem differunt in omni re, ſed potiſſimum in viuentibus, quorum eſſe ſubſtantia eſt, agere vero accidens; viuere igitur, quod ab Ariſtotele dicitur eſſe viuentibus, non bene a Theophilo ſtatuitur de genere actionis in coordinationibus accidentium. A

2. de gen. an. c. 3. & 4. & lib. de reſp. c. 7.

2. de an. t. 37.

Neque igitur ſatis firma eſt ſententia Zimaræ iunioris, qui cenſuit vitam eſſe animam in actu primo. B

Reſpondetur argumētis propoſitis a Zimara, oſtēdendo quotuplex ſit Ens; an quid mediet inter animam, & operationes ab ea prodeuntes; & quomodo ſe habeant ad inuicem potentia, & actus. Cap. VII.

ET eo magis Theophilo aſſentiendum non eſt, quoniam argumenta, quibus opinio eius niti videtur, haud ſunt vlla ex parte neceſſaria: Quod enim primo loco afferebat inquiens, ſi exiſtere eſſet quid additum ipſi eſſentiæ, ac omnino ab ea diuerſum, fore ut præter Ens, quod diuiditur in decem prædicamenta, & Ens verum (quæ duo tantum a Philoſophis poſita ſūt) numerādum eſſet tertium Ens ſubſtantiæ, hoc eſt eſſentiæ ſuperadditum, id ex antea traditis facile de medio tolli poteſt; Namque uox Entis in communi æquiuoca eſt ad tria genera, quorum unum appellatur Ens uerum C

alte-

A *alterum nuncupatur Eſſentia, & eſt illud Ens Ariſtoteli non æquiuocum, ſed analogum commune, quod partitur in decem prædicamenta; tertium uero Ens proprio nomine dicitur Exiſtere, ſeu exiſtentia, & eſt illud ens e numero tranſcẽdentiũ, quod nulli exiſtens ſubſtantia, ut inquit Ariſtoteles, at ſubſtantiæ cuique ſuperadditũ ſignificat quid commune indifferens in omni re ſigillatim; indifferenter enim extra nihil in rerum natura ſunt ſubſtantiæ, quantitates, qualitates, & uniuerſa reli-*

7. meta. t. 19.

2. Poſt. 4. 7.

B *qua; In eodem cenſu plane ſunt cætera illa uulgata tranſcẽdentia, nimirum bonum, unum, res, aliquid, uerum; propterea quod ſigillatim dicunt naturam quandam ſimplicem æque participatam ab omnibus nullius differentiæ miniſterio, uulgo etiam a Philoſophis nuncupari ſolent conditiones, aut paſſiones, ſeu potius attributa illius Entis, quod partitur in decem prædicamẽta, proprioque uocabulo Eſſentia nuncupatur. Ex quibus liquido conſtare poteſt Ens, quod eſt e numero tranſcẽdendium, &*

C *proprie ſignificat exiſtentiã, non eſſe ullo modo idem cum eo Ente, quod partitur in decem prædicamenta, & appellatur Eſſentia; quoniam eſſentia neque conditio eſt, neque proprietas, neque attributum Entis; neque item ponit naturã ſimplicem æqualiter participatam a pluribus indiferenter, ut ea, quæ tranſcẽdentia uocantur; ſed ſingula prædicamenta propriam obtinent eſſentiam ab alijs diſcretam: Quum ergo apud Philoſophos præter illud Ens, quod ſignificat eſſentiam, quæ eſt natura multiplex immediate diuiſa in decem prædicamenta, ſiue*

ſolum

ſolum mediantibus differentijs diſparatis, mentio ſit apertiſſima de pleriſque alijs ſimplicibus naturis indifferenter participatis a quocunque in hac Mundi uniuerſitate reperitur extra nihil; quæ naturæ ſimplices uulgata ſunt illa tranſcēdentia, bonum, res, unum, uerum aliquid, & Ens illud, quod ſignificat exiſtere: iam ſatis apparet falſo dixiſſe Zimaram a Philoſophis præter Ens, uerum, & Ens, quod ſignificat multiplicem eſſentiam prædicamētorum, non fuiſſe poſitum tertium Ens, quod ſignificat exiſtentiam, quæ eſt attributum indifferens e numero tranſcendentium, diuerſum ab eſſentia quacunque prædicamentali. A B

Quod uero poſtea proponebatur argumentū ꝑ Theophilo, nimirū inter eſſentiam animæ, quæ dicitur actus primus, & operationes ab iſta eſſentia prodeuntes, quas appellant actus ſecundos, nihil omnino eſt medium: ſed ſtatim ac anima corpori eſt adnexa, conſtituitur in eſſe uita, et uiuēs, nō tamē ex neceſſitate ſtatī uitæ operationes obeuntur; uita igitur eſſentia eſt animæ non operantis, quæ dicitur actus primus; nihilominus tolli poteſt, declarato uero ſenſu illius propoſitionis, qua dicitur inter eſſentiam animæ, atque operationes ab iſta eſſentia prodeuntes, nihil omnino mediare; namque operationes uitæ tum ab eſſentia animæ, tum etiam ab animato proficiſcuntur, ab animato quidem, tanquā a principio quod re ipſa operatur; ab anima uero, tanquā a principio quo C
a de an. t. 24. *primo animatum agit: ſic etenim definiebat Ariſtoteles animam eſſe principium, quo primo uiuimus, & ſentimus*

mus

Digitized by Google

A *mus, & mouemur, & intelligimus nos; qui animati ſu-
mus, hoc eſt ex anima & corpore conſtituti; ſic idē prius
dixerat animam non iraſci, neque miſereri, aut addiſce-
re, aut cogitare, ſed hominem iſtas operationes obire ani* 1. de an. t. 64.
*mæ beneficio: Quum igitur actiones vitæ edi nequeant
niſi ab animato, quod eſt compoſitum ex anima & cor-
pore; iccirco animæ ſubſtantia corpori adiuncta anima-
tum repente conſtituit, cuius eſſe eſt vita; poſtea tale vi
uens ex anima & corpore conſtitutum in virtute ani-*
B *mæ tranſit ad operationes vitæ obeundas; & hoc ali-
quando non breui tempore à ſui conſtitutione, vel quia
impediatur alia ratione, vel quia non adhuc in eo for-
mata ſint, aut quouis alio nomine illi deſint oportuna
inſtrumenta, quibus neceſſario indiget ad agendum, vel
etiam quia formata organa, quamuis adſint, nondũ ta-
men apta ſint, ac diſpoſita ad actiones, vt crura, & pe-
des infantis ad ambulandum, & oculi canis nuper na-
ti ad viſionem; quod etenim contingit in oculo, id acci-*
C *piendũ eſſe in toto animali, docet Ariſtoteles aliquãdo:* 2. de an. t. 9.
*Ita ergo conſtare puto inter eſſentiam animæ, ac opera-
tiones vitæ, mediare animatum operatiuum, cuius eſſe
vita eſt; quin & mediare inſtrumenta, quibus viuens
vtebatur ad agendum: Quod autem deducebatur, er-
go qui definit animam per operationes, non definit illam
per immediata; parum officit; quia etſi abſolute inter
animam, & operationes vitæ aliquid interſit, vt di-
ctum eſt, nihil tamen intereſt eiuſdem ordinis, tum quia
definitur anima per operationes, tanquam per cauſſam*

2. de an. t. 49. *finalem, vt admonet Ariſtoteles; operatio vero eſt finis* A
animæ immediatus, quia inter animam, & operationes ab ea manantes, nulla intercedit animæ cauſſa finalis; quo nomine anima per operationes definita per immediata dicitur definita: tum etiam quia operationes ab anima, vt à principio, quo primo, dependent immediate; nullum enim aliud principium, quo primo, mediat inter eſſentiã animæ, ac operationes vitæ; nanq; animatũ eſt principium, quod operatur; inſtrumentum aũt eſt id per quod, aut non ſine quo, ſeu etiam quò ſecundario B
agens operatur; anima vero principium eſt, quo primo agens agit; & ſingula hæc immediate ſuo quæque modo reſpiciunt operationes; atque ideo definiens Ariſtoteles animã per operationes, eam per immediata definit: Quo factum eſt etiam vt ab operationibus immediate aſcen-
2. de an. t. 33. *dere poſſe crediderit Ariſtoteles recto conſilio ad cognitionem eſſentiæ animæ, ſeu tanquam ab effectu ad cauſſam effectricẽ primariam, ſeu potius tanquam à cauſſa finali ad effectum ſuum: Quare ad argumentum,* C
Anima ſtatim ac corpori adnectitur haud neceſſario edit operationes vitæ, quum tamen repente corpus vitam ſortiatur; hoc quidem verum eſt; ſed inter eſſentiam animæ, ac operationes ab ea prodeuntes nihil mediat; verum eſt in eodem genere, vt oſtendimus; non eſt tamen abſolute verum; nam mediat & inſtrumentum, ſine quo non fieret actio; & animatum, cuius eſſe eſt vita, quod eſt id, cui proprie competit operari, & agere; atque ideo colligi non poteſt vitam eſſe animæ eſ-

ſentiam,

A *ſentiam, quæ dicitur actus primus; ſed bene quid ab anima prodiens aliquo modo, vti fuſius oſtendetur infra. Quod exinde afferebatur, Nihil eſſe valet in potentia niſi ad ſuum actum; ſed corporis exiſtentis in potentia ad vitam actus proprius eſt anima, quatenus dicitur actus primus; vita ergo, & anima, quatenus dicitur actus primus, idem ſunt; ſolui ſimiliter poteſt eo quia verum eſt quidem nihil eſſe in potentia niſi ad ſuum actum; at verum eſt etiam actum, ad quem*

B *quidpiam eſt in potentia, non ſemper eſſe vnum, ſed eſſe poſſe multiplicem; ſic etenim tepidum eſt in potentia ad calidum, & ad frigidum; ſic materia prima eſt in potentia ad omnes actus ſublunares; quum tamen ſit vna numero; ſic etiam aeris materia eſt in potentia ad formam & ignis, & aquæ ſeorſum; quare ſicuti ex eo, quod forma aeris eſſe dicitur actus eius materiæ, quæ eſt in potentia ad formam ignis, & aquæ, colligi nequit vllo pacto formam ignis, aeris, & aquæ vnum, & idē*

C *eſſe; ita ex eo, quod corporis exiſtentis in potentia ad vitam actus eſt anima, quatenus dicitur actus primus, non bene concluditur vitam, & animam, quatenus eſt actus primus, eſſe idem omnino; nanque idem corpus eſt in potentia & ad animam, & ad vitam, veluti ad actus diuerſos. At fortaſſe melius, Dum ſcribitur nihil eſſe in potentia niſi ad ſuum actum, id vel de actu præſente dicitur, vel de abſente: ſi de præſente loquamur, falſo dicitur quidpiam eſſe in potentia ad actum præſentem, præſertim ad actum ſubſtan-*

tialem, cuiuſmodi eſt anima, & vita; nam potentia A comitem habet vbique priuationem, quam nemo ambigit eſſe abſentiam actus: at ſi mentio ſit de actu abſente, verum eſt quidem nihil eſſe in potentia niſi ad actum ſuum; at vbi dicitur corporis exiſtentis in potentia ad vitam animam eſſe actum, ſi loquamur de actu præſente ratio erit ex quatuor terminis, ſiue ex medio æquiuoco; quum nomen actus nunc connotet actum præſentem, nempe dum refertur ad animam; nunc vero abſentem, dum ſcilicet refertur ad vitam; B ſed ſi in vtraque propoſitione ſermonem habeas de actu abſente, falſo dicitur corporis exiſtentis in potentia ad vitam animam eſſe actum abſentem; oppoſi-

2. de an. t. 10. tum etenim docuit Ariſtoteles inquiens Corpus potentia vitam habens non eſſe id, quod abiecit animam, ſed quod ipſam reuera in ſe habet: Non ergo valet allata ratio, quæ ſic vrgere videbatur. Quod autem poſtremo adducebatur, ſi in alicuius actus definitione aſſumenda eſt aliqua potentia, manifeſtum C eſt non poſſe actum vllum definiri, niſi per eam potentiam, ad quam habet relationem; quippe relatiuorum proprium hoc eſt, vt mutuo alterum in alterius definitione ponatur; quum ergo anima definiatur eſſe actus primus corporis exiſtentis in potentia ad vitam; neceſſario colligendum videtur idem omnino eſſe corpus in potentia ad animam, & in potentia ad vitam; immo eandem eſſe penitus potentiam, quæ eſt ad vitam, & quæ ad animam; quare idem

omnino

A omnino eſſe vitam, & animam, quatenus eſt actus primus; hoc inquam argumentum non vna ratione tollitur; tota etenim vis eius conſiſtit in definitione animæ ab Ariſtotele promulgata in veſtibulo ſecundi libri de anima: ſed in primis argumenta ex eo loco ducta non omnia neceſſitatem habere ſatis ex ijs apparere poteſt, quæ paullo poſt in eodem libro ſcribuntur ab Ariſtotele admonente ſe ſuperius de anima tractaſſe rudiori formula, nec ſatis accurate; atque ideo poſterius de ipſa ſibi a- tex. 6. tex. 11.

B gendum proponit doctiori minerua.

Deinde vero perperam aſſumitur aliquem actum definiri poſſe per eam potentiam, cuius eſt actus; quoniam potentia vbique radix eſt occultationis, & ignorantiæ; at ratio intelligendi, cognoſcendique ſemper actus eſt, apud Ariſtotelem; quapropter in definitione potentiæ aſſumi debet vbique illius actus; nunquam vero viciſſim in definitione actus poteſtas ad illum; alioquin definitio eſſet per ignotiora; immo etiam per poſteriora; 9. meta. t. 20.

C eſt enim actus Ariſtoteli prior quam ſit potentia. Neque obeſt quod affertur de relatiuis, quorum videtur eſſe proprium, vt alterum in alterius definitione viciſſim aſſumatur; nanque id ſolummodo verum eſt neceſſario de relatiuis, quæ nuncupantur ſecundum eſſe, ac pertinent proprie ad prædicamentum Adaliquid in coordinationibus accidentium, & ſunt Eſſentiæ completæ, vt Dominus, ſeruus, & huiuſmodi; ſecus eſt de relatiuis ſecundum dici, quæ reperiuntur in genere ſubſtantiæ, & ſunt non perfectæ naturæ, ſed completarum 9. meta. t. 13.

eſſen-

eſſentiarum partes, vti eſt forma, & actus primus, ſiue anima in propoſito noſtro; in talium nanque rerum definitione haud aſſumitur potentia, quæ ipſas reſpicit; nã vbi contingat in definitione actus accipi potentiam, tũc nomen potentiæ non ſignificat id, quod eſt oppoſitum actui definito, ſeu quod ad illius actus præſentiam euaneſcit, neque vllo modo ſimul cũ eo permanere poteſt in eodẽ ſubiecto; at vox illa indicat uel potẽtiã oppoſitã alteri habitui, ad quem ille actus, qui definitur, ſubordinetur quouis modo, tanquam ad ſui perfectionem vlteriorem; vel etiam poteſtatem, quæ dicitur facultas, ſeu uis, aut virtus definiti actus: modo quia vita eſt habitus, ad quem ſubordinata eſt animæ natura, tanquam ad ſuum finem; finis enim cuiuſque formæ eſt ipſum eſſe illius, quod per eam formam conſtituitur; vita vero eſt A B

2. de an. t. 37. *eſſe viuentibus; quorum conſtitutio ab anima eſt: propterea definiri apte potuit anima per potentiam corporis ad vitam: Immo quum anima facultatem, ſeu vim, ac poteſtatem habeat producendi vitam in corpore; iccirco item definiri potuit anima per potentiam corporis ad vitam: Niſi etiam dicere velimus, licet rudiori miner-* C

2. de an. t. 3. *ua, magis tamen fortaſſe ad aures Ariſtotelis, qui eo loci admodum improprie nomine vitæ ſignificauit viuentis operationes, vt nutritionem, augumentum, & huiuſmodi; niſi inquam dicere velimus vitam Ariſtoteli eſſe actum ſecundum prodeuntem ab anima, tanquam ab actu primo; quum itaque anima definienda*

2. de an. t. 33. & 49. *eſſet Ariſtoteli ex operationibus ab ea prodeuntibus*

tanquam

A *tanquam a fine, in quem a Natura condita fuit; prop-*
terea iure optimo definita eſt per potentiam ad vitam;
ex quo plane ſequitur vitam diuerſum quid eſſe ab ani
ma prout eſt actus primus; Alioquin ſi vita, & anima
eſſent reuera idem, non poſſet vllo pacto anima definiri
per potentiam ad uitam; definiretur enim per potentiam
ſibi oppoſitã; quod oſtendimus fieri non poſſe. Quod aũt
deinde falſo dicatur corpus exiſtẽs in potentia, ad uitã
eſſe ſimiliter in potentia ad animã; ſeu eãdẽ eſſe potentiã,
B *quæ eſt ad vitã, cum ea, quæ ad animam, clare nos do-*
cuit Ariſtoteles admonens corpus potentia exiſtens, vt 2.de an. t. 10.
viuat eſſe illud, non quod anima priuatur, ſed quod illã
habet; vnde liquido etiam conſtat vitam maxime dif-
ferre ab anima; quod enim habet vitam in potentia,
idem habere dicitur animam actu; atque huius ratio
eſt, vti fuſe ſupra explicuimus, quoniam anima natu
ræ ordine præcedit vitæ, quæ eſt eius effectus; quare cor-
pus habens in ſe animam ob eius participationem reddi-
C *tur aptum ad ſuſcipiendum habitum vitæ, quem ab*
anima ſortitur ſtatim ac illius conſortio gaudet.

Tertia opinio ſtatuens vitam eſſe fuctionem animæ, ſeu animam operantem. Cap. VIII.

P*Lerique uero alij arbitrati ſunt vitam eſſe actionem, ſiue (uti ſcribit Lydus) animæ quandam propagationem, et omnino functionem animæ, quæ tamen functio, ſiue operatio idem ſit omnino cum anima operante,*

ita

Digitized by Google

ita ut uita reipſa nihil aliud ſit, quam anima in actu A
ſecundo: ſuamque iſtam opinionem eo potiſſimum argu-
2. de gen. an. c. 34. *mento roborant, quod inquiunt Ariſtotelem aliquando*
ſcripſiſſe Fetum humanum in vtero matris uiuere qui-
dem primum vitam plantalem, deinde vero proceden-
te tempore uitam animalis, & denique vitam huma-
nam; hoc autem ideo fieri dicunt, quia conceptus in vte-
rò degens animam habet, quæ primis temporibus exer-
cet operationes vegetales, poſterioribus animales, quas
ſenſuales dicimus, ac poſtremis humanas; Cuius ordi- B
nis eam eſſe rationem aſſerunt, quia primum eas opera-
tiones anima edit, quibus inſeruientia organa prius
fuerint fabricata; prius autem a Natura fabricantur
inſtrumenta neceſſaria operationibus vegetalibus; dein-
de inſeruientia ſenſualibus; demum ea quibus opus eſt
ad obeundas functiones humanas; ſiquidem organa ue-
getalia pauciora ſunt, & rudiora ijs, quæ ſunt propria
animalis, & hæc humanis; Natura enim vbique pro-
greditur in condendis rebus ab imperfectioribus, factu- C
que facilioribus ad perfectiora, magiſq; difficilia: Quæ
omnia falſa dicenda forent, ſi viuere vitam ſtirpis ali-
ud eſſet, quam habere animam reipſa obeuntem opera-
tiones uegetales, & uiuere uitam animalis aliud quã
pollere anima edẽte functiones ſenſuales, & uiuere uitã
hominis aliud quã compos eſſe animæ, quæ fungatur of-
ficijs humanis; propterea itaque ſtatuendum eſt uitam
in uniuerſum eſſe animam operantem, ſiue animam in
actu ſecundo. Præterea locum allatum ex Ariſto-
tele

A tele illuſtrare, ac roborare nituntur alia eiuſdem Philo- 2. de gen.an.
ſophi autoritate, qua ſcribitur tum & quæ in ouis, & c. 2.
quæ in animalibus gignuntur, principio viuere vita
plantæ; quippe quæ adhærendo capiunt primum & in-
crementum, & alimentum; quæ ſunt operationes ve-
getales: tum plantas propemodum, qua infantes, vita 1. moral. Eud.
participare; quoniam hæ ſine vlla cognitione creſcunt, c. 2.
vt pueri, qui quamprimum in vtero concepti ſunt, ex-
creſcunt quidem, ſed veluti iugi ſomno ſopiti. Addunt
B poſtremo loco ex eodem Ariſtotele Deum glorioſum eſſe 12. meta. t. 39. & 2. cæl. t. 7.
ſempiternum, optimumque viuens, haud niſi quia ſem-
piterno tempore Diuina Mens iugiter operatur, nec vſ-
quam à ſuo munere deſiſtit; argumentum euidentiſſi-
mum vitam generatim eſſe animam operantem, ſiue
animam in actu ſecundo; quod idem eſt penitus.

Confutatur allata opinio probando idem non eſſe actionem, & animam operantem; & vitam C non eſſe animam in actu ſecundo. Cap. IX.

CETERVM quod inquiunt inſignes Philoſophi actionem iſtam, ſeu functionem, quam putant eſſe vitam, non eſſe accidēs omnino, ſed animam operantem, ſiue in actu ſecundo, non paruas habet difficultates; in primis enim functio, ſeu actio, atque operatio quæuis ſecundum ſe eſt accidens, quomodocunque ſumatur, ſiue in abſtracto, ſiue in concreto: quod manifeſtū

eſſe poteſt ex Ariſtotele, qui in Prædicamentis poſt Ca- A
thegoriam ſubſtantiæ in coordinationibus accidentium
ponit Quantitatem, & Quantum; Qualitatẽ, & Qua-
le; ac præſertim Agere, & Pati in concreto ſolum: immo
& in capite de ſubſtantia perſpicuis verbis diſtinguit
ſubſtantiam ab accidẽte ſumpto & in abſtracto, & in
concreto; quia nimirum ſubſtantia de quocunque ſub-
iecto prædicatur, de illo dicitur tum ſecundum nomen,
tum quoque ſecundum definitionem; quum accidentia
nulla ſic de ſubiecto dicantur; ſed aliqua, nempe concre- B
ta, ſecundum nomen ſolum plurima vero, abſtracta ſci
licet, neque ſecundum nomen, neque ſecundum definitio
6. meta t.4 *nem de ſubiecto prædicari valeant: Addo Ariſtotelem*
7. meta. t.1. & 8. *alibi agentem de accidentibus, prout dicuntur Entia*
Prædicamen. 4. top. c.1. *quædam à ſubſtantijs contradiſtincta, vbique aſſume-*
re accidentia in concreto diſtribuendo Ens in ſubſtan-
tiam, quantum, quale, agere, pati, & alia prædicamen-
ta, vt paſſim cuique conſtat in Metaphyſicis, & ple-
riſque alijs in locis: Quamobrẽ ſi dicatur vita eſſe actio, C
aut functio animæ, ſiue accipiatur in abſtracto, ſiue in
concreto, ſemper erit accidens, nullo modo ſubſtãtia: ſed
forma, & anima, ſiue operans, ſiue non operans, vbique
ſubſtantia eſt, non accidens; vita ergo, ſi dicatur eſſe
actio, aut functio animæ, idem reuera eſſe non poterit
cum anima operante, ſiue in actu ſecundo; vt placuit
viris Doctiſſimis. Amplius in Ariſtotelis doctrina
functio, ſiue actio, atq; operatio qualibet, reducitur ad
prædicamentum in coordinationibus accidẽtium, quod

appella-

Digitized by Google

A *appellatur proprio vocabulo Agere, forma vero, ſiue* 1. Phy t. 30. 31.
anima pertinet ad Cathegoriam ſubſtantiæ; quæ duo 2. de an. t. 2.
genera, ſubſtantia nimirum, & Agere, diuerſa ſunt ab inuicem, & non ſubalternatim poſita; quoniam vero ex Ariſtotele diuerſorum generũ, & non ſubalternatim Prædic. c. 4.
poſitorum diuerſæ ſunt ſpecies, & differentiæ; & quia nihil poteſt eſſe accidẽs, & ſubſtãtia; ſiue quia nihil pertinere poteſt ad prædicamẽtum ſubſtantiæ ſimul & ad Cathegorias accidentium: ſecus enim commutarentur
B *coordinationes; quod tamẽ negat Ariſtoteles, propterea ſi* 1. poſt. t. 31.
vita ſtatuatur eſſe actio, ſeu functio, vel operatio (iſta enim repetere fas eſt, quia inter ea diſcrimen ponunt Doctores, quibuſcum diſputamus) ſane vita idem reipſa eſſe non poterit cum anima operante, quæ eſt forma ſpecifica in ſerie ſubſtantiæ. Præterea ſi dicendum ſit aliquam actionem eſſe ſubſtantiã, profecto id pronunciandum non eſt niſi de actionibus immaterialibus, & incorporeis Mentium abſtractarum; & præſertim Dei
C *Optimi Maximi; cuius operatio non diſtinguitur ab eſſentia; alioquin cęterorum agentium materialium, & corporeorum functiones cunctæ re diſtinguuntur ab eſſentia operante, tanquam accidentia à ſubſtantia; quũ ergo vita ſit commune quid omnibus animatis ſublunaribus, quæ omnia materialem naturam obtinent, corpoream que; proculdubio vita in genere dici non poteſt operatio res eadem exiſtens cum anima operante. Deinceps omne totum cuiuſcunque generis compoſitum ex diuerſis naturis, tantum abeſt vt ſit idem re cum vna*

ſola ex illis naturis ſeorſum accepta; quod maximè con- A
trouerſum ſit inter Philoſophos nunquid totum differat
ab omnibus ſuis partibus ſimul acceptis, vniuerſa Pe-
ripateticorum ſchola vnanimi conſenſu decernente to-
tum quodcunque reipſa diſtingui à ſingula ſui parte ſe-
orſum ab alijs conſiderata: Quum itaque forma, & ani-
ma operans totum quid ſit aggregatum per accidens, ex
anima ſcilicet, quæ eſt actus primus, & operatione, quæ
dicitur actus ſecundus; certe aſſeuerare non poſſumus
operationem eſſe idem cum anima operante, ac omnino B
vitam eſſe operationem, quæ idem ſit cum anima ope-
rante: Quinimmo ſi anima operans eſt totum quid
aggregatum per accidens, ſiue conſtitutum ex ſubie-
cta ſubſtantia, & accidente; vt demus hoc viris do-
ctiſſimis diſputandi gratia, quoniam reuera ex agente,
& operatione nulla fit compoſitio, neque etiam quod
appellant aggregatum per accidens; quia in omni com-
poſitione, etiam qua conſurgit aggregatum per acci-
dens, id neceſſarium eſt, vt fiat compoſitio, & aggrega- C
tio ex ſubiecta ſubſtantia, & forma ſiue ſubſtantiali,
ſiue accidentali in ea ſubſtantia exiſtēte, velut in mate-
ria ſubſtrata; modo actio, & operatio non eſt in operāte,
vt in ſubiecto, ſed ab operante tranſit in patiens; ut ad-
a de an. t.135. & 140. 3 phy. t.18. & ſeq. monet Ariſtoteles, & nos infra latius oſtendemus; ſi
inquam anima operans eſt totum quid aggregatum
per accidens (nanque vnum per accidens ea ſunt, quo-
3.meta. t.7.14. & 16. rum alterum alteri accidit, teſte Ariſtotele; animæ ve-
ro accidit operari, perinde ac homini ambulare; nō enim

ſemper

Digitized by Google

A ſēper anima operatur) plane vita nõ erit anima operãs;
vitam etenim dicere nemo auſit eſſe totũ quid aggrega-
tum per accidens, ſiue tertiũ quid conſtitutum ex ſubſtã-
tia, & accidente, vita ſiquidem ex Ariſtotelis doctrina 2.de an.t.37.
eſt ipſum eſſe viuentibus; atque id quo per ſe primo vi-
uẽtia differunt a nõuiuentibus; ceterum eſſe viuentibus, 2.de an.t.13.
et id quo per ſe primo animata diſcrepãt ab inanimatis,
non eſt quid vllo modo aggregatũ per accidens, ſed mera,
& pura ſubſtantia: verũ et Auerroes alicubi teſtatum 12.meta.t.c.
B reliquit apertiſſime vitã non ſignificare aliquid in ſub- 39.
iecto: ſuſpectum eſt igitur, quod aſſerunt doctiſſimi viri,
vitam eſſe animã operantem. Et eo magis augetur iſta
ſuſpicio, quia ſi vita reuera eſſet actio, ſiue talis functio,
quæ res eadem omnino ſit cum anima, cuius dicitur eſſe
functio, ſane Ariſtoteles non parum culpandus eſſet
vbi definit animam eſſe tum actum primum corporis 2.de an.t.6.
phyſici potentia vitã habentis; tum quoque principiũ, 2.de an.t.24.
quo primo viuimus, & reliqua. nã definiuiſſet idem per
C idem, quam notam Ariſtoteli ne inureret Alexander 2.quæſ na.c.8.
dicere coactus eſt vitam eſſe quid ab animæ ſubſtantia
maximopere diuerſum. Denique ſi uita eſſet anima ope-
rans, proculdubio ſemina, et oua, quorum anima plerũ-
que non operatur, ſiue non eſt in actu ſecundo, ſed quaſi
latet, ac quieſcit in actu primo, nullo modo viuerent:
contra tamen, ad aures etiam Ariſtotelis, dicendum eſt de reſp.c.7.&
ea viuere nihilominus, quam ſtirpes. Non eſt itaque 2.de gen. an.c. 3.& 4.
omnino veritati, aut Ariſtoteli conſentanea Clariſſi-
morum virorum Opinio hac in re, qui exiſtimarunt vi-

tam

Digitized by Google

tam generatim eſſe functionem animæ, quæ functio res A *eadem ſit cum anima operante, atque vt aiunt, cum anima in actu ſecundo.*

Soluuntur aduerſæ rationes, oſtendendo quomodo fetus prius viuat vitam ſtirpis, deinde animalis, denique hominis, & quomodo Deo ſummo ab Ariſtotele adſcribatur vita. Cap. X.

IMmo rationes illæ, quibus dicta opinio B *nititur, tāti non ſunt roboris, quanti eſſet opus ad hoc ůt fieri poſſet vel aliqua ratione probabilis: Quod enim primo loco affertur, Ariſtotelem conſtituiſſe fetum hominis in vtero matris viuere primum vitam plantalem, deinde brutalem, denique humanam, & hoc non niſi quoniam anima in conceptu primum exerceat operationes vegetales, deinde ſenſuales, denique humanas; atque inde fieri vt vita nihil aliud reuera ſit* C *quam anima operans: ſuſpectum eſt multis nominibus,* a. de gen. an. c. 1. *et primo quia Philoſophus nō inquit reipſa loco allegato fetum hominis in utero primum viuere vitam plantæ deinde vitam animalis, denique vitam hominis, vt dicitur; ſed hoc ſolummodo, nempe in ſeminibus, & conceptibus animalium primum haberi animam vegetalem, procedente tempore recipi ſenſualem, qua animal eſt; & adhuc poſteriori tempore rationalem, qua homo; neque ſimul animal fieri, & hominem; nec animal, & equum;*

can-

Digitized by Google

A *eandemque in ceteris animalibus rationẽ eſſe; Iſta certe
rem exactius conſideranti eadem prorſus eſſe non vi-
debuntur, cum ijs, quæ afferuntur a viris doctiſſimis;
quoniam ordine Naturæ fetus, ſeu materia futuri ho-
minis, ut menſtruum verbi gratia, prius induitur ani-
ma vegetali, a qua fit corpus animatum, inde viuit ui-
tam ſtirpis; mox apud Ariſtotelem ſuſcipit animam
ſenſualem, a qua ſtatim fit animal, quod uiuit deinde
uitam ſenſitiuam; Deinceps accipit animam rationalẽ,*
B *a qua ilico fit homo, qui denique uiuit uitam huma-
nam: Eorum etenim, quæ generationi, & ortui obnoxia
ſunt, unumquodque prius fit, deinde eſt id quod factum
fuit, nanque ipſum Eſſe eſt terminus, ad quem tendit
generatio, & ortus; & adhuc poſterius, ubi fuerit id
quod factum eſt, tranſit ad operationes; unumquodque
enim prius eſt id, quod eſt, deinde operatur id quod po-
teſt. Quum itaque in generabilibus primum ſit ipſum
fieri, deinde ipſum eſſe, & poſt hoc ipſum operari; mani-*
C *feſtum eſt ſatis fetum prius animatum, aut animal,
aut hominem fieri, poſtea uero uiuere uitam uegetalem,
aut ſenſualem, aut humanam, ſeu uita dicatur uiuen-
tibus eſſe, ſeu animati operatio: Quare inquiens Ariſto-
teles fetum in utero primum ſortiri animam uegetalem,
deinde ſuſcipere ſenſualem, qua eſt animal, denique ra-
tionalem, qua homo; ſiue non ſimul fieri animal, & ho-
minem; nec animal, & equum; eandemque in ceteris
rationem eſſe, nõ poteſt interpretari quaſi dixerit fetum
in utero primum uiuere uitam ſtirpis, deinde uitam
anima-*

animalis, denique uitam hominis, præciſe intelligendo A
De ort. an.hu. uerba Philoſophi: ſed hæc alias. Præterea & illud aperte refragatur Aduerſarijs, quod loco allegato loquitur Ariſtoteles, de fetu in utero exiſtente; quum tamẽ apud
7 phy. t. 20. Ariſtotelem puer in utero humanas operationes obire non ualeat, ne dicam etiam ſenſitrices. Amplius quod
3. de gen. an. c. 2. ex alio loco Ariſtotelis affertur, uitam eſſe animæ operationem, ſolui poteſt eo quia dum ſcribit Ariſtoteles, Quæ in ouis, & quæ in animalibus gignuntur, principio uiuere uita plantæ, quippe quæ adhærendo capiant primum B & incrementum, & alimentum; leue eſt; nam ibi Ariſtoteles aperte ſatis nomen uitæ improprie nimis accipit ad ſignificandum modum alimentandi, ut alibi etiam
1. Polit. c. 5. nõ ſemel, quæ loca infra expendũtur; ſat illud ſit in præſentia loco citato Philoſophum dicentem animalia & in ouis, & in utero a principio uiuere uita plantæ; quia capiant ſui primum augumentum, & alimentũ adhærendo, de uita loqui ualde improprie, nomine uitæ
1. moral. Eud. c. 2. ſignificans ſpeciem modi alimentandi. Verum quod alibi ſcriptum reliquit Ariſtoteles, Plantas propemodum C qua infantes, uita participare; quippe quæ ſine ulla cognitione creſcunt, ut pueri; qui quamprimum in utero concepti ſunt, creſcunt quidem, ſed ueluti iugi ſomno ſopiti; hoc certe ponit aliquam ſimilitudinem inter uitã plantarum, & puerorum in utero degentium; non ponit autem naturæ identitatem (ut ita loquar) quod exiſtimant Aduerſarij: Quinimmo conſtare cuique poteſt cõſideranti uerba Philoſophi huiuſmodi ſimilitudinem

poni

Digitized by Google

A *poni ab Ariſtotele inter vtriuſque Vitæ operationes, non inter vtriuſque Vitæ ſubſtantiam: Niſi etiam dicamus loco allegato Ariſtotelem improprie nimis abuti Vitæ Vocabulo ad ſignificandas vitæ operationes, non ad connotandam Vitæ ſubſtantiam; quod tamen fas illi fuit in æthicorum libris de vita ſecundum vulgi conſuetudinem loquenti. Quod autem vlterius affertur ex Ariſtotele Deum ſempiternum eſſe, optimumque viuens, ſeu Deum eſſe Vitam ſempiternam, & optimam; eo quia* 12.meta.c.38 & 2.cæl.t.in

B *Diuinus Intellectus iugiter, ac ſemper operatur, ſuoque munere intelligendi fungitur aſſidue; quæ Dei operatio eſt illi vita optima, Vere quidem affertur; ſed quoque id verum eſt, Quod nos carentes proprijs nominibus, quibus apte ineffabilem Dei ſummi naturam, incomprehenſibile illius eſſe, atque imperſcrutabilem eius operationem, qua ſupra omnem Mentis humanæ captum, ſeipſum, ac cetera cuncta contemplatur, ſignificare Valeamus; iccirco ad illã connotandã cogimur Vti (quam-*

C *uis præſtantiori, ac eminentiori ſignificatione) nominibus rerum noſtrarum, cuiuſmodi eſt vitæ vocabulum: Quum itaque vitæ nomen ſignificet naturam, & rem infra Deum inter ceteras pulcherrimam, & pretioſiſſimam, Vel ex placitis Diui Baſilij ad Euſtachium Medicum; proculdubio Deus Optimus, Deique ſummi operatio (quoniam ob egeſtatem linguæ à nobis aliter fieri non poterat) per nomen vitæ non niſi impune ſignificari potuit ab Ariſtotele: Ceterum æquiuoce admodum Vita Deo ipſi conuenit, & alijs, quæ à Deo ſunt, ſi Vitam*

Digitized by Google

Diuinæ naturæ coaptare placeat: Atque hoc illud eſt for- A
1.Polit.c.1.in f. *taſſe, quod aliquando Ariſtoteli etiam in mentem ve-*
niſſe conſtat, dum apertiſſime teſtatur homines Diuinis
Mentibus eo prorſus modo attribuere vitã, quo iiſdem
concedunt formam humanam; certum eſt autem, eodẽ
12. meta. t. 50 *autore, hoc æquiuoce admodũ, ac fabuloſe fieri, ad mul-*
titudinis perſuaſionem, & ad legum, ac eius, quod con-
ferat oportunitatem; quippe Deus nullo modo habet for
mam humanam; vt ſupra in eodẽ volumine fuſius de-
3. meta. t. 7. *monſtrauit Ariſtoteles; At reuera nos eã Diuinis Men* B
tibus attribuimus meliorẽ, ac perfectiorem nõ habentes,
qua ipſarum naturam ineffabilem quoquopacto circun
ſcribere poſſemus: Ita plane ignorantes Intellectus Diui-
ni eſſentiam, & operationem, illam ſignificamus per vi-
tæ vocabulum, vt qui nec perfectiorem eſſentiam co-
gnoſcamus, quam ea ſit, cui vitæ nomen inditum fuit,
qui probe nouimus Diuinas Mentes eſſe rerum omniũ
perfectiſſimas, & nobiliſſimas: Et ſane in loco allegato
12. meta. t. 35. *ab Aduerſarijs de Dei vita in eo ſenſu loqui Ariſtotelẽ* C
dicimus, dum ait Deum eſſe vitam optimam, ſiue ſem-
piternam, optimũque viuens, quo ipſe idem Ariſtoteles
7. æthic. c. 1. *alibi faſſus eſt de Dei virtute inquiens, Nam ſicut be-*
2. mag. mor cap. 6. *ſtiæ neque vitium eſt, neque virtus; ita neque Dei; ſed*
1. rhet. ad Al. c. 2. *hæc præſtantius quid virtute; illa diuerſum quoddam*
1. æthic. c. 8. *à vitio genus eſt (& alio in loco ſcribẽs) Dei virtus nul*
2. mor. Eud. c. 5. *la; præſtantior ſiquidem omni virtute Deus, ac non vir*
2. mag. mor. c. 9. & *tute probus; nam tum virtus ſit Deo melior: Quoniam ſi*
de mund. c. 7. *pleriſque alijs in locis ab Ariſtotele uirtus Deo ineſſe cõ-*

ceditur,

A ceditur, ut quando ab eo dicitur Beneuolus, Amicus hominis, ac præſertim Sapientis, Iuſtus bonorum, ac malorũ ſecundũ merita Diſtributor, & Fortiſſimus; quãuis proprie loquendo Philoſophus agnoſcat huiuſmodi uirtutes eſſe longe infra Diuinæ naturæ conditionẽ, ſiue Deo reuera nõ ineſſe; illas tamen ipſe nobiſcũ Deo attribuere cogitur, quia caremus proprijs nominibus, quibus apte Dei ſummi naturã ſignificare, ac circunſcribere ualeamus: Quamobrem in propoſito illud ipſum Ariſtoteli, & B nobis accidere dicendũ eſt, quod ijs contingit, qui neſcientes Nectar Deos uinũ potare arbitrantur; ut aliquãdo admonet Ariſtoteles; quum tamen Dij uinũ non bibant; quod eſt dictu, eos qui nõ cognoſcunt uoluptates Mentis, ſeu uitæ contẽplatiuæ, Deos corporeis, ac ſenſualis uitæ uoluptatibus frui iudicant; quũ tamen Dij ſenſuum uoluptatibus obnoxij non ſint: ſeſe nãque habet ſenſuum uoluptas ad eam, qua fruitur Mens optima dum contẽplandi munere fungitur, quemadmodũ ſe habere dici- C tur uinũ ad Nectar, & Ambroſiam: Quod autem Ariſtoteles Deo uitam eo modo tribuat, quo & uirtutes, liquido conſtat ex ijs, quæ ipſe alicubi profeſſus eſt inquiẽs ita, Proinde hæc etiam de Deo ſentienda nobis ſunt; illo quidẽ, ſi uim ſpectes, ualẽtiſſimo: ſi decorẽ, formoſiſſimo; ſi uitam, immortali; denique ſi uirtutem, præſtãtiſſimo. Non ergo Deus more noſtro uiuens dici debet, neque uita reuera ipſi cõpetit; quum eius natura ſit ſupra omnẽ uitæ conditionẽ, quæ corpoream compoſitionem reſpicit, à qua longe abeſt natura Dei ſimpliciſſima; quippe Deo

1. mag. mor. c. 12.
10. æthic. c. 8.

1. mag. mor. c. 8.
Poet. c. 25.

de mund. c. 7.

proprie non inſunt attributa illa, quæ connotant aliquã A *imperfectionem, aut compoſitionem: ſed improprie, ac metaphorice; uitam uero, qua de agit Phyſiologus, niſi cõpoſitione animæ cũ corpore, fuſius infra patebit. Non eſt itaque uita uere operatio animæ, ſeu functio, quæ idem ſit cum anima operante, ſiue in actu ſecundo.*

Quarta opinio Alberti Magni dicẽtis cum Platonicis vitam eſſe actum quendam internum, ſeu perfectionem eſſentialem immediate, ac iugiter prodeuntem ab anima in corpus. Cap. XI. B

Lib.2.tr.1.c.6.

SVPERIORI *opinioni proxima quidem ſatis eſt ſententia Magni Alberti, qui in opere ſuo de anima ſcriptum reliquit uitã eſſe, non certe animam operantem, ſed bene opus quoddam animæ, quod ipſe appellat actum internum, ſeu eſſentialem perfectionem immediate prodeuntem ab anima in corpus: ſcribit enim præter animæ ſubſtantiam, quæ dicitur actus primus;* C *& præter operationes, quas edit cõpoſitũ in uirtute animæ, quibus actus ſecundi nomen eſt inditum, in animato reperiri quandam animæ operationem, ſiue functionem immediate prodeuntem ab anima in corpus; quæ quidem functio eſt illa perfectio interna, quã anima ſui præſentia corpori affert; atque iſta perfectio ab Alberto nũcupatur actus eſſentialis immediate profluens ab anima in corpus eodẽ prorſus modo, quo à Sole præſente prodire conſueuit immediate lumen in corpus diaphanũ, &*

quemad-

A quemadmodum lumen eſt perfectio corporis perſpicui
proxime profluens a luce Solis præſentis in corpus dia-
phanum: pari modo vitam dicit eſſe perfectionem inter-
nam, ſiue actum quendam eſſentialem ab animæ præſē-
tis eſſentia immediate prodeuntem in corpus animati;
& huiuſmodi actum, quem dicit eſſe vitam, aſſerit
continue fluere ab anima in corpus, non per modum ſom-
ni, ſed per modum vigiliæ, ita vt ſemper ſit in fieri, nec
vnquam ceſſet anima talem perfectionem cōciliare cor-
B pori; ſed perpetuo inuigilet ad hoc opus, vt corpori hunc
actum communicet; Alioquin vbi quaſi dormiens, ac
ſomno occumbens hanc perfectionem in corpus nō influ-
at, ſtatim mors obrepit, & vita extinguitur, ait ille: At-
que hoc illud eſt fortaſſe, quod alicubi ſcriptum reliquit
Ariſtoteles, & vulgo a Philoſophis circumfertur,
Quietē animæ a ſua operatione eſſe mortem: ſi ergo oppo-
ſitorum oppoſita eſt definitio; vt aperte nobis innuit
Ariſtoteles, quum mors vitæ opponatur, tanquam pri- 7 top.c.1. lo.
C uatio habitui; proculdubio vita erit animæ operatio 24.
propria: ſed anima nullam poteſt habere aliam opera-
tionem ſibi propriam, niſi actum illum internum, quo
perficit corpus, cui eſt adiuncta; quum omnes aliæ ope-
rationes, & functiones ſint coniuncti, ſeu compoſiti ex
anima, & corpore, non animæ, aut corporis ſeorſum; vi-
ta ergo eſt actus internus ab anima ſemper immediate
profluens in corpus; Quod Platonicorum eſt placitum
aſſeuerantium vitam eſſe animæ actum, ceu luminis
cuiuſdam emanātem, & diffuſam colluſtrationem; vt
nota-

Digitized by Google

comm. in lib. de *notauit etiam Leonicenus. Atque ita cenſuit Albertus* A
ſpirat. ad calc. *Magnus de natura vitæ generatim cum Platonicis.*

Expenditur opinio Alberti Magni, & Platonicorum, oſtendendo Vitam non eſſe actum, perfectionemue vllam proxime prodeuntem ab anima in corpus. Cap. XII.

SED neque Platonicis, aut Alberto Magno hac in re poſſumus aſſentiri, non ſolum propter illa, quæ in eius opinionem B
adduxit Turiſanus Cartuſienſis, &
2. de an. c. 24. *ante illum Themiſtius in aurea Paraphraſi ad libros Ariſtotelis de anima; verum etiam ob alia multa, quæ ſubijciam; In primis enim falſo dicit Albertus præter operationes coniuncti, eſſe quandam functionem immediate prodeuntem ab anima in corpus cuiuſque uiuentis; nam vbique reclamat Ariſtoteles*
1. de an. t. 64. 3. de an. t. 1. *actiones omnes eſſe compoſitorum, non animæ, non cor-* C
2. de part. c. 1. 1. de an. t. 12. *poris ſeorſum: Immo ipſe idem Ariſtoteles ait, ſi reperitur aliqua propria operatio animæ, ad quam obeundam corpus non concurrat, tanquam efficiens, ita ut nō ſit actio compoſiti, ſed ſolius animæ, huiuſmodi actionē vllā eſſe non poſſe, niſi eā, quæ dicitur intelligere: quare ſi vita eſſet illa operatio, quæ ab anima ſola proficiſcitur, non item a corpore vllo modo; ſane bruta, & ſtirpes non viuerent, quibus non ineſt ea functio, quæ non eſt actio coniuncti, ſed animæ ſolius: Quinimmo*

&

A *& homo non ſemper, hoc eſt, non continue viueret ab ortu ad interitum, quum eius anima non aſſidue fungatur munere intelligendi, ſed vacet ſæpenumero a contemplatione, quæ ſola ex Ariſtotelis doctrina poteſt eſſe operatio ab anima prodiẽs abſque miniſterio corporis vt operantis, vel cooperantis; & quum homines multoties intelligendi munus intermittant, deinde ad illud redeant; ſane poſſemus a morte ad vitam, & viciſſim a vita ad mortem millies regreſſum facere: quæ*

B *omnia uel ſenſui repugnat. Amplius ex eodem Ariſtotele non ſemel colligitur animam, quæ habet operationẽ aliquam ita ſibi propriam, vt in ea edenda non communicet cum corpore, ſiue non vtatur corpore, vt cooperante, neceſſario eſſe a corpore ſeparabilem, & immortalem; ſi ergo vita eſt actio ſic animæ propria, vt nulla ratione a corpore dependeat, quod aſſerit Albertus; oportebit ſane confiteri vel animam vegetalem ſtirpium, & ſenſualem brutorum eſſe a corpore ſeparabiles, & immortales;* 1. de an. t. 12. 2. de gen. an. c. 3.

C *vel ſtirpes, & bruta non adipiſci vitam ab anima propria, nec eſſe viuentia vllo modo; quod certe nemo dixerit non mente captus; vita ergo non eſt actio immediate profluens ab anima in corpus. Deinde iſta operatio Platonicorum, & Alberti, quæ dicitur eſſe perfectio aſſidue profluens ab anima in corpus, habet eſſe in fieri; quod admonet etiam Albertus; at ex Ariſtotele vita eſt viuentibus eſſe, viuentia vero non habent ſuum eſſe in fieri; atque in continuo fluxu, ſed permanens, ac vt aiunt, in facto eſſe: Ita ergo conſtat uitam reuera non eſſe huius-* 2. de an. t. 37.

iuſmodi actum iugiter prodeuntem ab anima in corpus, quem commentus eſt Albertus, & Platonici. Præterea neque illud uerum eſt, quod vir iſte aſſerit ſcribẽs vitam eſſe actum internum, ſiue perfectionem eſſentialem, quam tribuit anima corpori; quoniam internus iſte actus eſt ipſamet anima, quæ ſeipſam corpori communicat; neq; enim anima vllã aliã perfectionẽ eſſentialem corpori conciliat, quam ſeipſam; eſt nanque anima ipſa ſecundum ſe actus internus, & eſſentialis perfectio corporis, cuius eſt forma; quare coincidere videtur Alberti ſententia cum opinionibus antea confutatis, quæ conſtituebãt vitam eſſe animæ ſubſtantiam; aut ſaltem videbitur Albertus exiſtimare corpori ab anima prouenire alium actum internum, aliamque perfectionem eſſentialem præter animæ ſubſtantiam; quod eſt omnino falſum; cõmunicat enim anima corpori ſeipsã tanquam actũ internũ, & eſſentialem perfectionem, non aliũ actũ huiuſmodi vllum; quo nomine ipſa ſola definitur eſſe corporis actus primus, & eſſentialis, ſiue internus ab Ariſtotele. At vero illud etiam valde ſuſpectum eſt, quod ſtatuit Albertus, in uiuente, præter actum primũ, qui eſt animæ ſubſtantia, & præter actum ſecundum, qui eſt operatio viuentis ab anima prodiens, tanquam a principio, quo primo viuens operatur, dari actum quẽdam alterius generis, quẽ internũ vocat, & eſſentialem, immediate prodeuntem ab anima in corpus; neque enim huius actus vſpiam meminit Ariſtoteles; qui propterea non parum defeciſſet in ſecundo de anima, vbi ſolius

[illegible]

2.de an.t.6.

t.2.& 5.

A lius primi actus, & ſecundi mentionem habet, ſi præter
hos actus in viuente reperiretur etiam iſte inuectus ab
Alberto: Immo neque bene dixiſſet Ariſtoteles, neque
Albertus ipſe operationes viuentis, quod compoſitum
eſt ex anima & corpore, eſſe actus ſecundos; quum enim
inter operationes iſtas, & eſſentiam animæ, neceſſario
mediet Alberto ille ſuus actus internus, quem dicit eſſe
vitam; primo nanque apud ipſum Naturæ ordine ani
ma eſt, quæ dicitur actus primus; deinde ab anima fluit
B perfectio quædam interna, ſeu actus iſte eſſentialis, quē
vitam appellat; denique animatum, viuenſque totum
in virtute animæ, ac beneficio iſtius actus interni, tran-
ſit ad obeundas operationes ſibi conſentaneas; & ideo
poſt actum primum, qui eſt animæ ſubſtantia, ſecūdus
actus deberet eſſe vita, quæ dicitur perfectio profluens
immediate ab anima in corpus; operationes autē, quas
edit coniunctum ex anima & corpore iam conſtitutum
in eſſe viuentis, deberent vocari actus tertij, vt quæ fo-
C rent perfectiones tertij cuiuſdam generis duo alia per-
fectionum priora genera ſupponentes: At hoc non modo
Albertus ipſe, atque Ariſtoteles negabunt; ſed omnes
etiam Peripatetici. Amplius iſte actus internus, quem
Platonicus, & Albertus dicit eſſe vitam, neceſſario vel
eſt ſubſtantia, vel eſt accidens: ſi eſt accidens, haud po-
teſt eſſe actus internus, & eſſentialis perfectio corporis;
corpus etenim, quod ſubſtantia eſt, ab accidente vllo in-
trinſecus actuari, & eſſentialiter perfici nequit: Si vero
ſubſtantia, neceſſario vel eſt anima, vel corpus, vel cō-

poſitum: ex his, vel demum eſſentia, ſeu quidditas com- A
poſiti. nulla enim alia ſubſtantia præter has in viuente reperiri poteſt; ſed actus ille internus, & eſſentialis perfectio immediate ab anima prodiens in corpus, vel ipſi Alberto neque eſt eſſentia, ſeu quidditas compoſiti. nam & hæc ordine Naturæ eſt illo actu poſterior; prius enim anima ſociata corpori, ei eſſentialē hūc actū tribuit, quo à corpore ſuſcepto, mox conſtituitur eſſentia viuētis; & eſſentia viuentis non eſt quid ab anima in corpus prodiens, ſed quid ex anima & corpore conſurgens; Neque B
cōpoſitum ex anima, & corpore, iiſdē rationibus; Neq; purum corpus, tū quia corpus nō profluit ab anima, quæ eſt prius origine; tū quia corpus nō eſt perfectio ſui ipſius; immo nec perfectio ſimpliciter, ſed imperfectū quid ab alio perfectibile; Erit fortaſſe anima, quæ reuera eſt actus internus, & eſſentialis perfectio corporis; ceterum quum non poſſit anima realiter exire, ac fluere à ſeipſa in aliud; ſane vita, quæ dicitur eſſe actus internus ab anima prodiens in corpus, anima eſſe nequit: Sed & opi- C
niones, quæ ſtatuunt vitā eſſe animam, ſat ſuperque improbauimus omnes; quinetiam illas reſpuit Albertus: Reliquum eſt igitur vt iſte actus internus, perfectioque eſſentialis ab anima prodiens immediate in corpus, ſit nouum quid, ac voluntarium Alberti commentum. Non eſt itaq; Platonicis, aut Magno Alberto aſſentiendum, qui exiſtimauit vitam eſſe quendam actum internum, ſiue perfectionem eſſentialem iugiter promanantem ab anima in corpus ſibi ſubiectum.

Di-

A Diluuntur Platonicorum,& Alberti rationes, demonſtrando vitã non æmulari lumen in Diaphano: & quomodo quies animæ à ſua operationes ſit mors. Cap. XIII.

NEQVE *ſane rationes illæ, quibus opinionẽ ſuã roborat Albertus cum Platonicis, vllam habent neceſſitatem; Quod enim ante omnia ſcribit, quemadmodũ lumen*
B *eſt actus quidã internus, & eſſentialis perfectio corporis diaphani, prodiens immediate à luce Solis præſentis in corpus perſpicuum: pari modo vita dicitur eſſe actus quidam internus, & eſſentialis perfectio corporis viuentis immediate, aſſidueque profluens ab anima in corpus, cui præſens eſt, & adnexa; non eſt argumentum magni admodũ ponderis; quoniã fundatur, ac nititur exẽplo, & analogia Solis ad animã, & luminis ad vitam; exempla nanque ad fidẽ aliqua de re faciendã in rebus phyſicis infirmum nimis argumentum*
C *præbent, nullamque vim habent probationum. Ceterum neq; vera eſt allata ſimilitudo, ſeu proportio animæ ad Solem, & vitæ ad lumen; anima etenim ſecundum ſe ipſamet eſt actus primus, perfectio eſſentialis, & interna corporis illius naturalis, quod eſt potentia viuens, ut docet Ariſtoteles, non aũt cõſimiliter Sol dici poteſt actus* 2. de an. t. 6.
primus, perfectioq; interna, & eſſentialis corporis perſpicui, quod eſt potentia illuminatum; ſed lumen eſt potius tale quid, nempe actus, ſiue perfectio corporis perſpicui;

a. de an. t. 69. *quemadmodum nos docuit Ariſtoteles; & ideo anima proportione reſpondet lumini, non Soli, à quo lumen proficiſcitur; ac proinde potiori ratione veluti ex coniunctione luminis cũ perſpicuo, ſeu ex præſentia luminis in diaphano naſcitur hoc, quod perſpicuum eſt actu tale, quod dicitur eſſe viſibile, ſeu eſſe illuminatũ; ita ex coniunctione animæ & corporis, ſeu ex præſentia animæ ipſi corpori oritur eſſe uiuentis, quod proprio nomine uita nuncupatur ab Ariſtotele, qui aliquando apertiſſime in hæc uerba prorumpit, Ipſum autem viuere viuentibus eſſe eſt, cauſſa autem, & principium horum, anima: Et ſane ſicuti lumen diaphano nullam aliam perfectionem internam tribuit, quam ſeipſum; ita prorſus anima nullum alium actum eſſentialem corpori communicat, niſi ſeipſam: Quare hinc faceſſat actus ille internus, eſſentialiſque illa perfectio ab anima immediate prodiens in corpus, tanquam aliquid ab anima diuerſum, cuius inuentor chorus Platonicorum, & comprobator extitit Albertus. Quod autem poſterius affertur ex Ariſtotele, mortem eſſe quietem, & ceſſationem animæ à ſua operatione; quum mors uitæ opponatur, ueluti priuatio habitui; & oppoſitorum ubique oppoſita ſit ratio, ac definitio, proinde fieri ut uita nihil aliud ſit, niſi propria operatio animæ: ſed iſta operatio animæ propria nil aliud eſſe poteſt, quam actus ille internus, eſſentialiſque perfectio immediate, ac iugiter ab anima profluens in corpus; tollitur id multifariam; in primis enim falſo ab Aduerſarijs aſſumitur Ariſtotelẽ alicubi*

A (beside line 1), B (beside "hæc uerba prorumpit"), C (beside "extitit Albertus") — margin letters.

e. de an. t. 37. (margin note beside "nuncupatur ab Ariſtotele")

præ-

A *præciſe pronunciaſſe mortem eſſe quietē animæ a ſua operatione: Bene dixit aliquando Philoſophus animatum nutriri quouſque ſaluum fuerit; & alibi animatum eouſque eſſe, quouſque alitur; ſeu etiam vegetans priuatum alimento eſſe non poſſe: Quæ loca fuſius alibi nobis explicantur; ſat illud ſit in præſenti ea non fauere Alberto, neque Academicis. Sed concedamus illis nunc diſputandi gratia, Ariſtoteleam eſſe propoſitionem illam famoſam, qua dicitur Quietem animæ nutritiuæ a* 1. de gen. t. 41. 2. de an. t. 47. 48.

B *ſua operatione eſſe mortem; ex ea certe colligere non poterit Albertus, niſi vitā eſſe operationē animæ vegetalis, quam nutritiuam nuncupare ſolemus; quod tamen longe abeſt a veritate, tum quia vltra vitæ ſpeciem, quæ prodit ab anima vegetali, pendent quoque duo alia vitæ genera ex anima ſentiente, ac rationali, ſiue intellectrice, quod fuſius apparebit ſuo loco: tum quia Mundus, & Cæli viuunt, quibus non ineſt anima vegetalis; cælos autem, ac Mundum viuere, ac eſſe de numero ani*

C *matorum corporum, inferius late demonſtratur: Non eſt ergo vita in vniuerſum functio animæ vegetalis. Amplius communi omnium interpretum conſenſu in propoſitione, qua dicitur quietem animæ nutritiuæ a ſua operatione eſſe mortem, per huiuſmodi operationem intelligitur nutricatio; quæ reuera etſi non ſit operatio animæ, vt habentis; non enim anima eſt, quæ nutritur, habetque actionem in ſeipſa; ſed compoſiti viuentis; nam quod reipſa nutritur, eſt totum coniunctum ex anima, & corpore viuens appellatum; quia tamen altio eſt operatio*

ratio, quam edit viuens proprio munere huius animæ, A quæ vegetans appellatur; iccirco nutritio paſſim a Philoſophis dici conſueuit operatio animæ vegetalis; & ita in vniuerſum ceteræ operationes animatorum quamuis ſint viuētis prout illud eſt quid ex anima & corpore conſtitutū: quia tamen uiuēs illas functiones obit in virtute animæ, a qua dependēt, ſi non tanquam ab agente adæquato, ſaltem veluti a principio quo primo agens operatur; quod adnotare licet ex Ariſtotele definiente animā

2. de an. t. 24.

eſſe principium, quo primo uiuimus, ſentimus, loco moue B mur, & intelligimus; eapropter operationes aliæ omnes propriæ coniuncti, dicuntur tamen non raro a Philoſophis, licet minus priopric, actiones animæ: ſiue igitur aſſumas nomen operationis proprie, ſiue improprie, ex eo quod aſſeritur quietem animæ vegetalis a ſua operatione eſſe mortem, non poteſt Albertus colligere vitam generatim eſſe functionem illam internam ab anima immediate, aſſidueque prodeuntē in corpus. Vlterius abſolute iſta propoſitio falſa eſt non minus quam vulgaris, Quie C tem animæ nutritiuæ a ſua operatione eſſe mortem, oua etenim tum fœcunda, tum quæ citra maris actionem ſubuentanea naſcuntur; immo & ſemina plantarum viuunt, ſuntque animata, quieſcente in eis anima ſimul ab omni operationum genere, ſæpe quidem per multum temporis tractū, aliquādo etiā quouſque vita fruūtur. Quare neque in propoſito ſubſcribendum eſt Alberto Magno, vllique Platonico exiſtimanti vitam eſſe functionem, ſiue actum quendam internum, perfectionemque

A *que eſſentialem immediate, ac inceßabili fluxu prodeun*
tem ab anima in corpus.

Quinta Opinio Galeni, qui cenſuit vitam eſſe aut animæ facultatem, aut facultatis operationem. Cap. XIV.

GALENVS *autem non parum anceps fu-*
it de natura vitæ; quãuis enim apertiſ-
B *ſime fateatur aliquando vitam eſſe ope-* De vtil. reſpir. cap. 1.
rationem quandam a ceteris particula-
ribus actionibus vniuerſis longe variã;
nihilominus alibi ſuam hæſitationem nobis facit comper 9. method. c. 13.
tiſſimam quicquam certi non aſſerens de vita, ſit ne fa-
cultas quædam animæ, an potius facultatis cuiuſpiam
operatio, inquit enim, Maxima igitur dignitas ipſarũ
eſt virium quando viuere ipſum nobis ex harum cuſto
dia conſtat, vt pote quum vitam aut ipſas eſſe vires,
C *aut earum actiones ſit neceſſe. At vita ipſa nihil eſſe*
prius in animantis corpore poteſt; propterea quod nec ſa-
nos eſſe citra vitam liceat. Hæc ex Galeno. In cuius opi
nionis confirmationem afferunt Clarißimi viri, & præ-
cipue in doctrina Galeni non vulgaris eruditionis, hu-
iuſmodi argumentũ dicentes, Vita eſt quid ordine Na-
turæ poſterius anima, animamque in corpore exiſten-
tem ſequitur neceſſario & immediate, uelut vmbra cor
pus; ſed ab anima in corpore degente immediate, ac ne-
ceſſario proficiſcuntur vel facultates, vbi hæ diſtin-
ctum

ctum quid ab animæ ſubſtantia eſſe ſtatuantur; vel operationes, ubi facultates ab eſſentia animæ non diſtinguantur. Vita ergo neceſſario eſſe uidetur aut animæ facultas aliqua, aut facultatis actio quædam, quemadmodum cenſuit Galenus. A

Examinatur Opinio Galeni, & oſtenditur vitam non eſſe facultatem animæ, neque facultatis operationem. Cap. XV.

B

AT uero ex allata ſententia Galeni conſtare cuique poteſt ipſum de natura uitæ multum dubitaſſe: atque ideo hac in re non plane ſatisfeciſſe; & eo magis, quia quod aſſerit uitam eſſe facultatem quãdam animæ, illa quoque aduerſantia habet argumenta, quæ ſuperius adducta fuere aduerſus opinantes uitam eſſe animam: ſiquidem, ut abunde alias oſtendimus,

De ort. an. hu. facultas animæ idem reipſa eſt cum animæ ſubſtantia. C

Sed etiamſi demus, diſputandi gratia, facultates re diſtingui ab anima, & eſſe accidentia, non tamen poterit Galenus aſſerere uitam eſſe facultatē, tum quia huiuſmodi facultas, quæcunque ſit illa, quum pendeat ab anima, neceſsario eſt poſterior in corpore animalis, quam ſit anima; unde aſſerendum erit in animantis corpore animam priorem eſse iſta facultate, quam dicit eſse uitam; ſed ex aduerſo uita ipſi Galeno ea res eſt, qua nihil prius eſse poteſt in corpore animantis: tum quia facultates om

nes

A nes huiuſmodi quum ſint potentiæ quædam naturales
in doctrina aduerſariorum, & de ſecunda ſpecie quali-
tatis, ab ijs profecto corpus nanciſcitur ut ſit poteſtate
tale, non actu; ita enim oculus à facultate uiſiua hoc ha
bet ut ſit potentia uidens, non actu; alioquin ſemper actu
videret, quum perpetuo habeat huiuſmodi facultatem
viſoriam; & quod de facultate videndi pronunciatum
eſt, hoc ipſum de quacunque alia facultate, ac potentia
naturali dicendum eſt; verum enimuero à vita corpus
B habet hoc vt ſit actu viuens, nō poteſtate ſolum; ſic er-
go vita non eſt ullo modo animæ facultas, vt exiſtima-
uit Galenus; immo neque alia vlla potentia naturalis
de ſecunda ſpecie qualitatis. At vero propterea ſta-
tuendum non eſt vitam eſſe operationem, nam primo lo
co viuens, qua viuens eſt, ſubſtātia eſt; igitur vita, quæ
illud eſt, cuius participatione animatum dicitur eſſe ui-
uens, ſubſtantia non eſſe nequit; ex quo ſatis conſtare
poteſt uitam non eſſe actionem, neque accidens omnino.
C Deinde quum quicquid animatum eſt, tandiu viuens
ſit, & appelletur, quandiu animam retinet; quumque
multa reperiantur animata, ſeu viuentia, quæ per no-
tabile ſpatium temporis ab omni ſimul actione ferian-
tur; uti ſunt ſemina cum animalium, tum euidentiſſi-
me plantarum; neceſſarium eſt proculdubio confiteri
vitam non eſſe actionem penitus: Quòd quidem ſemi-
na per differentiam temporis eſſatu dignā ſimul à qua-
cunque actione otientur, ſatis apertum facit vel ipſe ſen
ſus in ſtirpium ſeminibus, quæ per multos menſes extra

humum fecunda ſeruantur in horreo abſque eo quod A
ullam penitus edant operationem: Quod autem ſemina reipſa ſint animata, & viuant nihilominus quam ſtirpes, id apprime demonſtrat eorum vis prolifica, ut Ariſtoteles, & nos ipſi alibi diſputauimus. Hijce addi poteſt argumentum ſimile deſumptum ab ouis, tum fecundis, quæ nemo ſanæ mentis inficiabitur eſſe animata, & uiua; tum quoque ſubuentaneis appellatis; quibus Ariſtoteles aliquando probat ineſſe animam, & uitam, eo quia morte pereant; nihil autem mori poteſt, quod ui- B
uens non ſit, atque animatum; compertiſſimum uero eſt oua extra ouiparæ aluum perdurare poſſe multo tempore, nec illo unquam ullam obire operationem uiuentibus propriam; uita ergo non eſt actio. Aſſentiendum non eſt itaque Galeno dicenti uitam generatim eſſe aut animæ facultatem, aut facultatis operationem.

De reſpir. c 7.
2. de gen. an. c. 3.
De ort. an. hu.
2. de gen. an. c. 4.

Soluitur allata ratio pro Galeno, & monſtratur actiones, facultateſq;, & vitam non immediate ſequi animam, ſicuti nec vmbra immediate, ac neceſſario ſequitur corpus. Cap. XVI. C

NEQVE *uero ſatis firmo nititur fundamento iſta opinio Galeni; quod enim ad eius confirmationem afferebatur argumentum, Vita ordine Naturæ eſt quid poſterius anima, animamque in corpore exiſtentem ſequitur, uelut umbra corpus, neceſſario, &*

A & immediate; ſed ab anima in corpore exiſtente immediate, ac neceſsario proficiſcuntur non niſi uel animæ facultates, uel facultatis actio aliqua; multis in rebus peccat; in primis enim falſo aſsumitur uitam pendere ſolum ab anima; pendet nanque etiam à corpore. Alioquin anima rationalis à corpore ſeparari poſset aut non moriente homine, aut poſt hominis obitum uita humana ſuperſtite; quorum utrunque implicat contradictionem: ſed hac de re infra latius: Sic enim Vmbra quo-
B que, ſecus ac dixerit Aduerſarius, non ſolum corpus immediate, aut neceßario ſequitur, primo quia non omne corpus Vmbram parit; non enim luminoſum ſecundum ſe, non item perſpicuum, ſed opacum ſolummodo; immo neque opacum corpus neceſſario, aut immediate, aut per ſe vmbram efficit; non enim noctu, ac in tenebris; ſed ſolum interdiu, ſiue ad præſentiam externi luminis; quare Vmbra non à corpore opaco ſolummodo, ſed ab eo, & à lumine ſimul neceſſario dependet; verum
C & hoc non abſolute; nam corpus opacum à luminoſo corpore vndique circundatum, ſiue omni ex parte illuminatum Vmbram non efficit vllam; ita ligna in medio igne, & elichnia candelarum ardentium Vndique à flamma circundata, & illuminata vmbram non effundunt; quare immediate ac neceſſario dependet Vmbra nonniſi à corpore opaco ſecundum partem illuminato: Deinde vero quia corpore opaco immoto, ſeu quieſcente, ſi luminoſum moueatur, neceßario ad eius lationem auerſa motione mouebitur Vmbra corporis opa-

ci; ſignum euidentiſſimum non à corpore opaco ſolo, ſiue immediate umbram pendere, at etiam quammaxime à luminoſo, ſiue mauis à lumine. Falſum eſt præterea quod ſcribitur ab anima in corpore degente nihil immediate proficiſci niſi vel facultates, vel operationes; anima etenim, vel ipſomet Ariſtotele demonſtrante, forma eſt viuentis; at munus formæ eſt, eodem autore, nec reclamante Galeno, vt tribuat eſſe illi, cuius dicitur eſſe forma; quare ab anima, præter facultates, atq; operationes, immediate, ac neceſſario pẽdet ipsũ eſſe viuentis; quod quidẽ eſſe vita eſt; vt aperte conſtat ex Ariſtotele; quapropter aſſerendũ potius eſt oppoſitũ, nempe vitã non eſſe actionem, aut facultatem animæ, contra Galeni placitũ. Amplius quid eſt quod credatur facultates ab anima immediate prodire, velut umbra e corpore profluit, ſi reuera facultates idem ſunt omnino cum eſſẽtia animæ, ut alibi fuſe demõſtrauimus? Quod autẽ ſcribitur actiones immediate, ac neceſſario ab anima prodire, falſum eſt item; licet enim aliqua ratione operationes pendeant ab anima, hoc eſt, tanquam à principio quo primo agens operatur; haud tamen ab ea pendent neceſſario, quoniam perſæpe viuens, otiatur, & ſimul ab omni operatione uacat, uti oua, & ſemina ſtirpium in horreo; neque ab anima pendent actiones immediate, quia non obeuntur functiones uiuentis niſi mediante aut inſtrumento aliquo; aut ſaltem ipſo agente adæquato, quod eſt uiuens totum ex anima, & corpore conſtitutum, cuius proprie ſunt

2. de an. t. 4. 24. 25. 36. 37. 12. meta. t. 17. 2. phyſ. & alibi.

2. de an. t. 36. 37.

opera-

A *operationes, non animæ, ut late ſupra oſtenſum eſt: Quamobrem aptius dicuntur actiones immediate ſequi eſſe uiuentis, quam eſse animæ in corpore; nam ordine Naturæ anima ubi primum in corpore eſt, ſtatim conſtituit eſse viuens, quod exinde in virtute animæ fungitur officio ſuo, propriaſque obit operationes. Non ergo ſatis tuto, ac firmo innixa eſt fundamento ſententia Galeni exiſtimantis vitam generatim eſſe aut facultatem quandam animæ, aut potius facultatis cuiuſpiam operationem*

B *rationem aliquam.*

Sexta opinio illuſtrium Medicorum iudicantium vitam eſſe actionem facultatis vitalis a Corde aſſidue influentis per arterias in totum corpus. Cap. XVII.

VERVM *plerique graues Medici arbitrati ſunt vitã eſſe actionẽ facultatis uitalis*

C *a Corde iugiter influẽtis per arterias in vniuerſũ corpus, inter quos vir ſane Clariſſimus de hac re ſcribere non dubitauit, Et Ariſtoteli, Galenoque videri quod vita ſit a motu Cordis, & arteriarum; & quod virtutes motiuæ, quæ ſunt viuificantes, ſunt fixæ in Corde, & currunt in arterijs ad vnamquamque partem corporis, & acquirunt eis vitam ſibi propriam, & caliditatem innatam propriam. Huius autem opinionis aſſertores ſententiam in ſuperioribus ex Galeno propoſitam ſic explicare,*

care,

care, & confirmare nituntur, vt cenſeant animalis ani A
mam habere facultates varias, atque diſtinctas, non
ſolum penes vſus, quos habent diuerſos; verum etiam
penes membra, e quibus ad alias corporis partes tranſ-
mittuntur; quas quidem facultates ad tres redigi vo-
lunt principales; quarum vnam appellant Naturalem,
aliam Animalem, reliquam aũt Vitalem: Et quemad-
modum tum Naturalem facultatem ab Hepate per
venas in ſingulas corporis partes ferri aſſerunt ad obe-
undas operationes vegetales; quas dicunt eſſe Nu- B
tritionem, Auctionem, & ſobolis Propagationem; tum
Animalem a Cerebro per neruos ad alias partes influe-
re iudicant ad motum, & ſenſationes in eis peragẽdas;
ita prorſus vitalem facultatem autumant a Corde per
arterias vna cum calore, ac ſpiritu vitali pariter appel
lato, tranfundi in totũ corpus, & vitam ſingulis parti-
bus impertiri: ſuamque huiuſmodi opinionem; de vitæ
natura ea ratione confirmatam ſatis exiſtimant, qua
dicunt, Niſi vita in animali eſſet actio quædam facul- C
tatis vitalis utentis calore, ac ſpiritu, non ſolum quibus
tanquam vehiculis a Corde per arterias feratur in to-
tum corpus; ſed etiam maxime quibus tanquam inſtru
mentis vitam conciliet uniuerſis corporis noſtri particu
lis; certe tria iſta, calor, ſpiritus, facultas, influentia per
arterias a Corde, non poſſent uitalia nuncupari, neque
ullum habere uſum in animali, neque demum prohibito
transfluxu caloris, & ſpiritus, ac facultatis influentiũ
a Corde ad partem aliquam, pars iſta interiret; quorũ

duo

Digitized by Google

A *duo prima rationi refragãtur, tertium vero ipſi vel experientiæ, qua compertum eſt, ſi vincta fuerit arcte, vel diſſecta arteria, partes omnes, quæ ſitæ ſunt infra vinculũ, aut ſectionem, hoc eſt, quæ magis a corde diſtabũt, repente omni ſenſu, omnique motu, ſimul & omni vita priuari: ſignum euidentiſſimum vitam a Corde tranſmitti per arterias ad alias corporis noſtri particulas vniuerſas. Addunt ad ſuæ opinionis confirmationem Hippocratis autoritatem, qui alicubi, dum ageret de ventriculis Cordis, iſtam de propoſito ſententiam attulit inquiens, Hi ſunt fontes humanæ naturæ, & hinc flumina ſunt, quibus totum corpus irrigatur; atque hi etiam vitam homini conferunt; & vbi reſiccati fuerint, homo moritur. Quapropter neceſſario concludendum eſſe aiunt vitam a Corde influere per arterias ad omnes alias corporis partes, atque nihil aliud eſſe, quam opus, ſiue actionem facultatis vitalis.* lib. de Corde.

B

C Perpenditur opinio Medicorũ, & oſtenditur facultates non tranſmitti ab vna parte principe in alias; Et vitam non eſſe opus, aut actionem facultatis vitalis. Cap. XVIII.

Eterum *neque deſunt in iſta opinione difficultates & arduæ, & multæ, quæ animum ab eius fide auocant non parum: ſi quidem ante omnia illud falſo ſtatui videtur a Viro Clariſſimo virtutes motiuas Cordis, & arteriarum (quæ virtutes alias*

ar-

appellantur ſub nomine facultatis Vitalis) eſſe Viuifi- A
cantes ita Vt Vitā cōcilient Vnicuique parti; ſecus enim
Vincta qualibet arteria, quum partes infra ligaturam
De cauſ pulſ c.2. an ſang. in art. c. vlt. *longinquiores a Corde, Vel ex Galeni ſententia, priuen-*
tur pulſu, eo quia impeditur quominus ad eas a Corde
influat calor, ſpiritus, facultasque vitalis, repente quo-
que priuarentur vita; neque ſoluto vinculo rurſum re-
uiuiſcere poſſent; quoniam a priuatione ad habitum in-
phyſicis non datur ulla ratione mutatio; reuiuiſcūt at-
tamen, redeuntque ad priſtinum ſtatum, & ad cōſue B
tas operationes; qua de re infra latius adhuc eſt agen-
dum. Deinde nihil magis a Veritate abeſt eo, quod
uulgo Medici conſtituunt, facultates animæ, ut uiſori
am, uitalem, motricem, & huiuſmodi alias in animali
ab una parte principe ad reliquas tranſmitti; tranſmit-
tuntur quidem a partibus nobilioribus, ut a Corde, uel
Cerebro, per arterias, uel neruos in alias partes calor, &
ſpiritus uitalis, uel animalis: ut qui res quædam corpo-
reæ ſunt, ac elementares in membris principalibus ab C
eorum temperamento genitæ; qui calor, ac ſpiritus quū
oriri nequeant a partibus minus præcipuis, quibus ta-
men, ut cæteris omnibus, utroque illo eſt opus ad obeun-
da munia uitæ; utrunque ideo, calorem ſcilicet, ac ſpiri-
tum a principibus membris ad alias partes uniuerſas
tranſmitti neceſſe eſt: Sed facultas uitalis, & quæuis
alia poteſtas animæ, non ab elementis ortum habet ulla
ex parte, neque materiale quidpiam eſt, atque corpore-
um; uerum proficiſcitur abſque miniſterio corporis im-
mediate

Digitized by Google

A *mediate ab eſſentia, ſiue ab intima animæ ſubſtantia; ſi dicere nolint nobiſcum Aduerſarij eam eſſe ipſammet animæ ſubſtantiam; Quapropter vbicunque eſt animæ natura, & eſſentia, ibi quoque neceſſarium eſt reperiri animæ facultatem; quum ergo animæ ſubſtantia æque ſit in quauis parte animalis, eo prorſus modo, quo alibi obſeruauimus, & infra etiam commodiori loco adnotabimus; in ſingulis item partibus opus eſt æque ineſſe facultatem vitalem; quæ vtens calore, ac ſpiritu à Corde influentibus, vitam in omnibus corporis noſtri particulis, non quidem efficiat, ſed præexiſtentem conſeruet.* De corp.na.

B *de influentibus, vitam in omnibus corporis noſtri particulis, non quidem efficiat, ſed præexiſtentem conſeruet. Quod autem de facultate vitali à nobis nunc eſt conſtitutum, id ipſum eadem ratione dicendum eſt quoque de motrice, ac de alia quauis animæ poteſtate; nimirũ potentias, ſeu facultates animæ non influere ab vna parte corporis in aliam, ſed æque infixas eſſe ijs omnibus particulis, quibus ineſt eſſentia illius animæ, cuius dicũtur eſſe facultates: Quæ tamen facultates omnes (vna exce-*

C *pta Vitali, cuius opera neceſſaria eſt vnicuique particulæ in corpore viuentis) proprias operationes edunt; non quidẽ in qualibet corporis parte, ſed in ea ſolũmodo, quæ accommodatum inſtrumentum habeat ad talia munera obeunda: Quocirca ſapienter aliquando ſcripſit Ariſtoteles, quod pes videre poſſet, ſi oculum haberet, qui eſt organũ viſionis; quippe habet pes in ſe animæ ſenſitiuæ ſubſtantiam; quare omnes etiam ipſius facultates, inter quas viſoria connumeratur: vnde quamuis mirum ſit,* 16.de ciu.Dei c. 7. lib.7.cap.2. *quod ſcribitur à Diuo Auguſtino, Plinio, Iodoco Hõdio,*

Geograp. lib. deſc. regn. Guian. & *Leuino Hulſio, nunc etiam, nedum antiquitas alibi, in Regno Guianæ, quod noſtra tempeſtate detectũ eſt per Gualtherum Ralegh Equitem Anglum, reperiri hominum genus abſque collo, & capite, oculos uero, & reliquas facici partes in pectore geſtantium; Haud tamẽ mirum eſſe debet Ariſtotelis alumno iſtorum hominum pectora videre, loqui, audire, aliaſque omnes operationes edere, ad quas obeundas obtinent inſtrumenta opportuna: Sed redeamus ad penſum. Quamuis autem eſſentia, & qualibet facultas animæ ſenſitricis coextẽdatur* B *corpori, quod informat, & omnes eius partes actuet ſigillatim, in ijs tamen ſingulis non obit cunctas operationes, quas edere apta eſt: ſiquidem oſſa nullam habent operationem ſenſualem; neque enim tactum, quippe nequaquã ſentiunt diſſecta, terebrata, vel vſta oſſa per ſeipſa: immo neque mouentur, niſi ratione partium, quibus alligantur, mouentur autem reuera oſſa per aliud, nempe ad motũ neruorum, ſeu etiam muſculorum, quemadmodum calamus ad motionem digitorũ ſcribentis, & bacu* C *lus itinerarius ad motum brachij, ſeu manus hominis illius, qui baculo innixus incedit. Quin & illud falſo aſſerunt Aduerſarij vitam iugiter à Corde alijs partibus impertiri, tum quia non omnia viuentia Cor habẽt, neque illud, quod appellant Cordi proportionale; ut Calũ, ſtirpes, ſemina, oua, Zoophita, & inſectorum animaliũ plurima; tum quia illorũ animalium, quibus Cor datũ eſt à Natura, pleraque viuere poſſunt etiam per notabilem differentiam temporis exempto Corde; quod in holo-*

cauſtis

A cauſtis obſeruatũ fuit ſæpenumero teſtimonijs, & experimentis Ariſtotelis, Alexandri, Auerrois, Galeni, Columbi, Laurentij, & aliorum anatomicorum; tum quia in conſtitutione hominis iuxta placita Galeni, & Medicorum, prius formatur Hepar quã Cor; ſed Hepar in animali ne tantillo temporis eſſe poteſt abſq; vita; illam igitur non haurit à Corde, ſed neq; ab anima materna, ſiue à corde matris; quippe viuit fetus in vtero tãquam animal à matre diuerſum, & beneficio animæ diſtinctæ

De iu. & ſen. c. 1. & de vit. & mort. c. 14. de an cap. vlt. 7. phyſ com. 4. 2 de plac. c. 4. & 2. method. c. 6. & de viu. ſect. in f.

B à materna; qua de re ſatis alibi: Quum igitur Hepar in ſui prima conſtitutione apud Medicos à Corde vitam non habeat, ſed ex ſeipſo viuat; par eſt in poſterum quoque, vel Corde iam efformato, Iecur à Corde vitam non mendicare; atque idem omnino iudicium facere oportet de alijs omnibus corporis noſtri particulis; ſupra quas Hepar id priuilegium habere non debet, vt ſolum inter cetera membra vitam à Corde non ſortiatur, ſed eam à ſeipſo habeat. Amplius quum Aduerſarijs vita omni-

De ort an. hu.

C bus alijs corporis noſtri particulis communicetur à Corde per miniſterium facultatis vitalis, quæ eſt poteſtas animæ illius, quæ in Corde habet proprium domicilium; quumque Medici Galenum, Platonemque ſequuti conſtituant in homine animæ partem Rationalem totam in ſolo Cerebro reſidere, ita vt nihil ipſius alijs partibus communicetur; Iraſcibilem vero, quæ à Peripateticis appellatur ſentiens, in ſolo Corde conſimiliter totam habitare; & Concupiſcibilem, quam vocat Ariſtoteles vegetalem, totam pariter in Hepate ſolo domicilium

Digitized by Google

habere; plane confiteri coguntur vitam pendere ab anima ſenſitrice, ſiue Iraſcibili tantummodo, non item à rationali, neque à vegetatrice, ſiue concupiſcibili; quinimmo tum cælos, & plantas, quibus non ineſt anima ſentiens iraſcibilis appellata, non habere vitam; tum quoque hominem, perinde ac bruta, viuere beneficio animæ ſentientis, non autem merito animæ rationalis; quæ omnia falſa ſunt euidentiſſime. Præterea huius opinionis aſſertores in eo deflectunt à Galeno, quem tamen in omnibus tueri omni ſtudio profitentur, quod ſtatuunt vitam eſſe opus, aut actionem facultatis vitalis; atque ideo quid ea facultate poſterius; quum ex aduerſo Galenum ſupra viderimus apertiſſime conſtituentem in corpore animantis nihil prius eſſe poſſe illo, quod uitam appellamus. Vlterius quum uita ſit quid, in quo aliqua ratione communicant animata vniuerſa, Mundus nimirum totus, cælorum quodlibet, homo, bruta, & ſtirpes; quod alicubi nos docuit Ariſtoteles; ſane tum uita in uniuerſum definienda eſt per aliquod commune; quod reperiatur in omnibus animatis prædictis; tum etiam in definitione vitæ vniuſcuiuſque aliquid aſſumi debet, quod ſaltem ſecundum quandam analogiam reperiatur in omni viuente; Quocirca bifariam peccarunt Aduerſarij, & quia non attulerunt definitionem conuenientem vitæ in vniuerſum, ſiue vnicuique vitæ ſpeciei; ſed vitæ brutorum ſolummodo: & quia definientes uitam animalium brutorum eſſe opus, aut actionem

A B C

1 de plant. c. 1

A *nem facultatis vitalis a Corde ipſo per arterias inſlu-
entis in totum corpus, nihil aſſumpſerunt, quod com-
mune ſit, vel analogice ad vitam ouorum, ſeminum,
plantarum, cælorum, ac totius Mundi: Ne taceam
Medicos in iſta definitione proprios limites tranſgreſſos
fuiſſe, quippe qui definire debuiſſent vitam homini pro-
priam, non item communem alicui brutorum generi.
Medicinæ ſiquidem ſubiectũ eſt corpus humanum, ad
quod omnẽ ſui cõtẽplationẽ referre tenetur; ſi vero ali-*
B *quaratione Medici vitam brutorum conſiderare po-
tuerunt, in eo tamen culpa non vacant, quod non defi-
nierint vitam hominis, prout contradiſtinguitur a vi-
ta brutorum; quum vltimus Medicinæ ſcopus, ac
finis exiſtat vitam hominis diu ſeruare incolumen.*

Diluuntur Medicorum rationes, monſtrando quem vſum vere habeant facultas vitalis, calor, & ſpiritus a corde influẽtes, & cur vitales appel-
C lentur ſigillatim tres iſtæ res. Cap. XIX.

NEque uero magni admodum ponderis eſſe videntur argumenta illa, quibus Medicorum opinio munitur; nam quod primo loco dicitur Galeno, & Ariſtoteli vitã videri eſſe a motu Cordis, & arteriarũ, ſoluitur eo quia reuera quum per talem motum continue refocilletur calor natiuus, qui dicitur eſſe vinculum alligans animam corpori, ac ideo illud, quo proxime fo-

uetur

Digitized by Google

ſuetur, & conſeruatur vita, vt infra latius apparebit; A
fortaſſe non repugnabit Ariſtoteli vitam pendere a motu Cordis, & arteriarum, tanquam a cauſſa conſeruante, atque fouente; non tanquam a cauſſa principaliter efficiente; Alioquin falſo dicitur Ariſtotelem alicubi pronunciaſſe motum Cordis, & arteriarũ reuera producere aſſidue vitam in partibus vniuerſis: Neque tale quid, ſi a Galeno aſſeueratur, vltro concedere poſſumus abſque vlla probatione. Dum vero deinde aſſerunt Aduerſarij, Niſi fateamur vitam eſſe operationem quandam B
peculiarẽ animæ ab alijs omnibus longe diuerſam, quæ a Corde per arterias omnibus corporis noſtri particulis impertiatur miniſterio caloris, & ſpiritus, facultatiſque vitalis propterea nũcupatæ; factum iri vt iſta tria, calor nimirum, ſpiritus, & facultas, a Corde per arterias in totum corpus influentia, vitalia non poſſent appellari; neque vllum habere vſum in animali, ſiue in corpore noſtro; neque prohibito eorum transfluxu a Corde ad partem aliquam, pars illa iccirco interiret; quæ omnia C
& rationi refragari uidentur, & quotidianis experimentis, quibus non ſemel compertum eſt, ſi arcte vincta fuerit arteria ita ut prohibeatur quominus per eam a Corde aliquid influat ad partem determinatam, ea pars repente concidit ſenſus, motuſque, ac uitæ expers, Dum inquam talia proferunt Aduerſarij, eam rationẽ proponunt, quam nos funditus euertere poſſumus rei naturam altius introſpicientes; Quamuis enim aſſumpti ultimã partẽ radicitus extirpet Galenus eorum Magi

ſter

A *ſter non vno in loco, vbi apertiſſime teſtatur ſe oppoſitũ ſæpenumero expertum fuiſſe, nos tamen omiſſa nũc Galeni experientia, quam oportuniore loco inferius expendemus diligentius, negamus totum coniunctum, ſiue tres illas conſequentias, quas faciunt in adducto argumento Viri Clariſſimi; Dicimus enim vitam reuera nõ eſſe quid a corde per arterias cõmunicatum ceteris partibus miniſterio caloris, & ſpiritus, facultatiſque vitalis; nihilhominus tria iſta per arterias a Corde in vni-* De vtil. reſpir. c. 5. & alibi.

B *uerſum corpus influentia, iure appellari vitalia, & habere proprium vſum in corpore animalis, & demum prohibito eorum trãsfluxu a Corde ad partem aliquã, eam ilico amittere ſenſum, motum, & denique vitam: Et ſane huius rei ea ratio eſt, quoniam ſi qui a Corde per arterias in vniuerſum corpus influit calor, ac ſpiritus, atque ſi uis etiam ipſa facultas (quam tamen ſupra oſtendimus reuera influere nullo modo poſſe ab vna parte corporis in aliam) certe tria iſta vitalia nuncu-*

C *pari debent, non quod uitam, quaſi actionem quandam partibus concilient, aut eam quauis alia ratione illis a Corde deferant, vt aiunt Medici: ſed quod præexiſtentẽ vitam in qualibet parte animalis aſſidue foueant, atque conſeruent; Quod plane præſtant iugiter conſeruãdo calorem inſitum, quem primigenium appellant, & fixũ vnicuique parti; qui calor, vt abunde ſuo loco patebit, vinculum eſt quo animæ ſubſtantia detinetur in corpore animalis, ac proinde quo animalium vita innititur; calor namque iſte primigenius in animalibus conſerua-*

tur

tur maxime tum ſui euentilatione, ac refrigerio ab aere A
de reſpir. paſſim. *inſpirato, attractoue intra corpus, ut docuit ſæpe Ariſto-*
de mort. & vit. *teles, & Medici omnes confirmant; tum etiam expulſi-*
one fuliginoſi excrementi; ita enim temperatus caloris æſtus, & ſubtracto fomite feruori ſuo, non tam cito depaſcitur humidum radicale, quo calor detinetur; qui calor propterea ſeruatur diutius in animalibus attractione aeris, & expulſione fuliginum: quæ duo peraguntur optime motu Cordis, & arteriarum, quando ſcilicet in iſtarum partium dilatatione intromittitur aer per tra- B
cheam, & pulmones, ac per poroſum corporis habitum, in quem deſinunt arteriarum oſtiola; atque in earundem partium cõſtrictione fuligines expelluntur per eoſdem meatus: Qui ſane duo Cordis, & arteriarum motus obiri ſolent opera facultatis uitalis, quæ ad hoc opus efficiendum calore utitur, ac ſpiritu uitali, tanquam accomodatis, & neceſſarijs inſtrumentis; Quare omnium iſtorum, quæ merito uitalia nuncupantur, uſus proprius eſt, non quidem uitã efficere, ut aiunt Medici, ſed effe- C
ctam aliunde conſeruare attractione aeris, & fuliginũ expulſione, temperato æſtu caloris, fomiteq; feruori eius ſubtracto, diu incolumen in animali ſeruando inſitum calorem, quo uita per ſe primo niti uidetur: Ex quo ſi alicui parti tria illa non adſint a Corde influentia, uel ipſi non opitulentur quauis de cauſſa, tandem pars illa emoritur deſtituta, & priuata, non cauſſa effectrice ſuæ uitæ, ſed conſeruatrice ſolum, ac ſine qua non poteſt pars illa uiuere. Ceterum neque abſolute uerum eſt ſi prohibea-

A *hibeatur fluxus caloris, & ſpirituum à Corde ad partem aliquam, iccirco illam repente, ac neceſſario mori; nam ſi arcte vinciatur arteria, & ita prorſus tollatur fluxus caloris, ſpirituumq; à Corde ad partes reliquas, profecto partes infra ligaturam remotiores à Corde ceſſabunt quidem à pulſu, & omnino à motu, & ſenſu;* Vide lib. 3. cap. 3. *quippe munia iſta edi nequeunt, niſi à calore inſito partis illius, cuius ſunt opera; & ab inſito eius calore non eduntur, niſi interuentu caloris, & ſpirituum influentium à Corde; nam ſicuti ad omnes operationes anima*
B *vbique, ceu primario inſtrumento, vtitur calore primigenio, quem implantatum nuncupant, ac fixum, ſiue inſitum; ita iſte calor innatus nil penitus preſtare poteſt, niſi excitatus, quaſi à ſomno, ab actu primo ad opus, & adiutus à calore, & influente ſpiritu, tanquam ab inſtrumento quodam ſecundario; partes inquam infra vinculum arteriæ à Corde diſtantiores ceſſabunt quidem ab omnibus operationibus conſuetis, non tamen*
C *protinus, ac neceſſario interibunt; alioquin ſoluto vinculo in priſtinum ſtatum rurſus non redirent; quandoquidem à morte ad vitam, & omnino à priuatione ad habitum impoſſibilis eſt regreſſus in Natura, neque uiribus Naturæ ullis id fieri poteſt ut pars aliqua in animali vitam recuperet, quam ſemel amiſerit; at contra uidemus id euenire, quod ubi ſoluta fuerit paullo poſt arteria, partes infra ligaturam iterum continuo redeunt ad priſtinum ſtatum, & omnino ad conſuetas uitæ operationes: Dixi paullo poſt, quia ſi diu multum-*

que aut uincta stricte arteria, aut ligatum arcte membrum aliquod detineatur, partes infra ligaturam tandiu refrigerio destitutæ moriuntur non ſolum ob concurſum humorum calore ipſarum inſito ſuffocato: ſed etiam ob retentas fuligines, quarum aut ubertas calorem itidem innatum ſuffocat; aut ardor caloris eiuſdem primigenij æſtum adauget, uireſque acuit in perniciem humidi radicalis; hoc enim conſumpto calor itē fixus exoluitur, quo exoluto vita morti cedere cogitur, vnde pars illa tota gangrænam contrahit, & ita ſphacelata iam non amplius reuiuiſcit, reditue ad priſtinum statum, ſed putreſcit, proximaſque ſibi partes facile corrumpit, ni ferro, vel igne ſtatim à corpore tollatur: Hac in re ſagax illud occurrit callidi circulatoris ingenium, qui filo ſerico ſic artificioſe ligauerat capræ cuidam arterias circa collum aſcendentes ad caput, quas Carotidas appellant, ſiue ſoporarias, vt dum manu ceruici caprinæ impoſita clandeſtine filum traheret aliquantiſper, nodus arterias perſtringebat arcte, confeſtimque capra veluti mortua humi procumbebat, omnis motionis, ac ſenſus expers; id quod fieri poſſe agnouit quoque Ariſtoteles aliquando inquiens Quibus in collo venæ apprehenduntur inſenſibiles fieri, nomen venæ applicans etiam ad arterias, more veterum, qui ſolum pulmonis tracheam arteriæ nomine appellabant: ſed redeamus ad lepidam circulatoris hiſtoriam; eodem autem vafro homine paullo poſt filum in oppoſitam partem clam item diducente, & ita laxante vinculum arterias perſtringens, repen-

A

B

C

Vide lib. 3. cap. 3.

De ſom. & vig. c. 2.

Digitized by Google

A te proſiliebat animal, quaſi à morte ad vitam: ſignum, & argumentum euidentiſſimum vitam partibus alijs à Corde non impertiri, tanquam opus, aut actionem facultatis vitalis. Quod vero deinde afferunt illuſtres Medici ex Hippocrate aſſerente ventriculos Cordis homini conferre vitam, & vbi reſiccati fuerint hominem interire; nihil noui affert: Quum enim ſtatuamus vitam conſeruari calore; calorem vero itidem incolumem ſeruari ſui refrigeratione, ac euentilatione; quæ fieri ſolet B in vnaquaque particula, miniſterio caloris, & ſpiritus vitalis, quæ duo à ventriculis cordis per arterias feruntur in ſingulas corporis noſtri particulas; plane aſſentientem habemus Hippocratem, non reclamantem, dum conſtituit ventriculos Cordis eſſe fontes humanæ naturæ, à quibus tanquam flumina prodeunt arteriæ ſanguine, ac ſpiritu totum corpus irrigantes; atque vitam homini conferre, non quidem veluti cauſſæ vitam efficientes, aut quaſi vehicula illam à Corde ferentes (vt C opinantur Medici) ſed ſolum veluti cauſſæ vitam præexiſtentem in partibus conſeruantes; & propterea vbi Cordis iſti uentriculi, ſeu fontes reſiccati fuerint, ita ut aliqua de cauſſa iam amplius non influant ſpiritum, & calorem uitalem ad reliquas corporis partes, illarum partium uita iccirco priuata ſui cauſſa conſeruatrice morti cedere cogitur, & ita contingit hominem emori, quemadmodum animaduertit Hippocrates. Quare iſta Medicorum opinio, quod uita ſit actio, ſiue opus facultatis vitalis à Corde per arterias una cum calore,

De Corde.

Loc. cit.

ac ſpiritu influentis in corpus uniuerſum, haud plane A
firmis ſuffulta eſt fundamentis.

Septima opinio Alexandri, & ex doctiſſimorum virorum ſententia, quod vita ſit opus animæ, ſiue animæ præſentia. Cap. XX.

ALEXANDER *ille Aphrodiſienſis, Peripateticæ familiæ lumen præclarum, de natura uitæ breuiter admodum* B
duobus in locis eſt philoſophatus, unus
3.de an.c.44. *eſt in ſua Paraphraſi de anima, ubi nihil aliud aſſerit, niſi quod uita eſt animæ præſentia;*
lib.2.cap.8. *alter uero eſt in Quæſtionibus Naturalibus, in quibus aperte confeſſus eſt uitam non eſſe animam, ſed operatum, ſiue opus animæ perſpicuis uerbis hunc in modum ſcribens, Præterea non eſt idem anima, & uita; ſed quod eſt operatum uita eſt; quum per ipſum ſit nutrimentum, & augumentum; Quod autem potentia ui-* C
tam habet dicetur utique organicum; quum per ipſum habeat potentiam ut nutriri poſſit, & augeri, quod æquale non eſt ei, quod eſt animam habere. Addunt uero Clariſſimi uiri in explicationem ſententiæ ab Alexandro propoſitæ uitam dici operatum, ſiue opus, græce quidem Energiam animæ; non quomodocunque, ſed quum nomen iſtud Energia ſignificet proprie functionem; functio autem animæ operatio eſt; operatio uero duplex, alia eſt imperfecta, partibilis, temporaria, ſeu

A *ſeu tēpore menſurabilis, cuius eſſe eſt in fieri, & non peni
tus abſque motu, quæ proprio vocabulo appellatur actio;
alia vero eſt perfecta, impartibilis, motionis, ac temporis
expers (licet diu perdurare valeat) quæ proprie non fit,
ſed potius eſt, ita vt illius eſſe ſit non quidem (quod aiūt)
in fieri, ſed permanens; quæ operatio apte magis appella
tur functio; ſecundum eam namque dicitur quid fungi
ſuo munere; atque huius operationis perfectæ ſpecies
quædam dicitur eſſe vita; anima etenim corpori præſens*
B *ſuo munere fungitur illud viuificando: quæ quidem ope-
ratio animæ in corpus, etſi protrahi valeat in longum
tempus, eo tamē per ſe primò, ſiue intrinſece, ac eſſentia-
liter non admetitur; velut etiam viſio, exempli gratia,
quæ functio quædam eſt momentanea, & impartibilis;
id tamen haud tollit quominus per temporis tractum
continuum, & effatu dignum poſſimus intueri quod-
piam viſibile; ſic fundamenta ſuo munere fungi dicun
tur, vbi ſuſtinent, ac fulciunt totum ædificium; &*
C *quamuis iſta operatio multo tempore perdurare valeat;
hoc tamen non prohibet quominus actus ipſe fulciendi,
ac ſuſtinendi, quantum ſit ratione ſui, non indigeat,
nec menſuretur intrinſecus menſura temporis: Ita pror-
ſum vita eſt opus, ſiue operatio animæ in corpus, quæ
non niſi per accidens tempore menſuratur. Ad cuius
opinionis confirmationē illud primum occurrit ex Ari-* 2. de an. t. 33.
*ſtotele, qui quum animæ quidditatem ſibi cognouerit
inueſtigandam ex eius operationibus, animæ naturam
ſemper definire voluit per vitam, tum vbi ſcribit Ani-*

mam

2. de an. t. 6. *mam eſſe actum primum corporis phyſici potentia vitam habentis; tum quoque vbi doctiori minerua pronunciauit* A
2. de an. t. 24. *Animam eſſe principium quo primo viuimus, ſentimus, loco mouemur, & intelligimus; propoſitam ſane methodum non obſeruaſſet Ariſtoteles in indaganda vitæ natura, ſi vita, per quam animam definiuit, non eſſet animæ operatio. Amplius operationes uiuentis dependent omnes ab anima, vt à principio quo primo ipſum compoſitum operatur; ſiue anima, vt eſt principium quo primo animatum operatur, ſuas* B
2. de an. t. 24. *reſpicit operationes; quum ergo Ariſtoteli definiatur anima eſſe principium quo primo viuimus; liquido iam conſtare poteſt vitam eſſe animæ operationem. Ita ergo videtur Alexandro, & pleriſque alijs viris doctiſſimis vitam non eſſe animam, ſed præſentiam, ſiue operatum, uel opus animæ, ac ut inquit Priſcianus Lydus, animæ quandam propagationem.*

Expenditur opinio Alexandri, oſtendendo vitam non eſſe præſentiam animæ, nec illius operationem, nec aliquid momentaneum, ſed metiri tempore. Cap. XXI. C

VERVM *neque iſta mentem ſatis firmare uidentur: In primis enim haud parum inconſtans ſeſe nobis offert Alexander modo*
2. de an. c. 44. 2. quæ. nat. c. 8. *ſtatuens vitam eſſe animæ præſentiam, modo aſſerens eam eſſe animæ operatum; non enim idem ſunt præſen-*

A tia animæ, & opus, ſiue operatum animæ: immo tantum differt in quauis re præſentia ab opere, ſiue operato, quantum eſſe, ac exiſtere ab operari; nam animæ præſentia re idem eſt atque animæ exiſtentia, nuſquã ab anima ſeparabilis; ſemper enim, ac anima eſt, alicubi eſt, quamuis non vt in loco; at vbicunque anima eſt, ibi præſens eſt: at vero animæ opus, ſiue operatum, uel etiam operatio re differt ab animæ ſubſtantia; quin etiam multoties ab ea ſeparari poteſt; ſiquidem nõ vbi-
B cunque eſt anima, ibi neceſſario operatur, ſed poteſt aliquando latere, ſeu quieſcere in actu primo, vt in ouis, & ſeminibus. Deinde vero abſolute concedendum non eſt vitam eſſe animæ præſentiam, pluribus de cauſſis; primum quidem eo quia rationalis anima immortalis quum ſit (hoc enim uel ab Ariſtotele tanquam axioma, & principium ſcientiæ proprium promulgatur, quicquid ſenſerit Alexander) poſt mortem eidem Ariſtoteli permanet incorrupta; & ex conſequenti, 2. mag. mor. c. 2. 1. de an t. 21. 12. meta. 17.
C vbicunque ſit, ibi erit præſens; non tamen vitam ullo modo poterit producere, nanque apta non eſt efficere niſi vitam hominis; atuero poſt mortẽ hominis ab eius anima citra corpus morante iterum vita humana effici non poteſt; vita igitur reuera non eſt animæ præſentia, ut opinatur Alexander. Poſtea definiens vitam eſſe animæ præſentiam abſolute, in eo deficere uidetur, quod non explicat cuinam ſit referenda hæc animæ præſentia: præſentia enim conſignificat habitudinẽ ad aliud; & anima multis rebus poteſt eſſe præſens, ut puta cor-

pori

Digitized by Google

pori, & à corpore ſemota alijs naturis; male itaque A *omiſit Alexāder cuinā rei animæ præſentia ſit id, quod*
1. de an. t. 51. 52. 53. *vitā appellamus: Quo etiā genere criminis Ariſtoteles*
2. de an. t. 26. *nō uno in loco culpat Antiquiores, qui de anima tractā-tes eam non aptabant corpori, aut illam corpori aptan-tes non explicabant qualenam foret illud corpus. Sed eſto quod intelligendum ſit Alexandri dogma de animæ præſentia ipſi corpori, & corpori tali, cuius eſt actus; hinc etiam multa contingunt difficilia; primum eſt, quoniam animæ ſubſtantia à corpore ſeparata, ſed non* B *longe ab eo diſtans, at prope illud manens, ei præſens eſt, vt architectus ædificio, & faber ligno; non tamen ideo vitam producit: vita ergo non eſt pura præſentia animæ. Deinceps ſi conſideremus ſpeciatim animas uiuentium ſublunarium, hæ non ſunt præſentes corpo-ri, ſed in eo inſunt; præſens eſt nauta naui, Intelligen-tia cælo, & lumen perſpicuo: at anima noſtra, inſuper & brutorum animalium, atque plantarum, quæ om-nia vitam in ſe habent, in corpore ineſt, non ſolum cor-* C *pori eſt præſens; quare non bene definitur vita genera-*
ſigur. nat. c. 8. *tim eſſe animæ præſentia. Circa illud autem, quod aſ-ſeritur vitam eſſe Opus, aut operatum, ſiue operationem animæ, non minora dubia contingunt; quum enim opus, & operatum, ſit quid ab operatione diſtinctum; immo*
1. ethic. c. 1. *ſit finis actionis, vti admonet quandoque Ariſtoteles; concedimus quidem Alexandro vitam eſſe opus ani-mæ; nam reuera vita eſt quid ab anima productum, tanquam effectus a cauſa ſua; & id aperte alicubi te-*

ſtatur

Digitized by Google

A ſtatur Ariſtoteles inquiens & animam eſſe principium, 2. de an. t. 37.
& cauſſam vitæ; & opus animæ proprium eſſe vitam 2. mor. Eud. c. 1.
rebus inferre; ſed tum ab Alexandro, & Lydo diſſentimus, non modo quia ipſe conſtituit vitam eſſe ſolius animæ, non item corporis opus; quum tamen anima citra corpus vitam non efficiat; licet Ariſtoteli anima dicatur eſſe id, in quo primo viuere ipſum eſt: verum etiam (5 metaſ. t. 3.) quia nimis tenuis eſt hæc notio ijs, qui exactam illius contemplationem profitentur: tum maxime ab Alexan-
B dreis, qui non diſtinguentes opus, ſiue operatum ab operatione vitam eſſe ſtatuunt functionem, ac operationem animæ; quippe vitam diuerſum quid eſſe à quauis animæ functione, non minus quam ex Ariſtotele diuerſum quid ſit opus ab operatione, fuſe iam oſtenſum eſt ſupra, & infra quoque oportuniore loco demonſtrabitur. Præterea ſuſpectum eſt quod aſſerit Alexander vitam eſſe id, per quod eſt nutrimentum, & augumentum in actu, ita vt quod habet potentia tantum ipſum nutriri,
C & augeri, habeat quoque potentia vitam; quum illud vel ſenſui notum ſit multa actu viuentia neque reipſa nutriri, neque augeri, ſed habere ſolummodo facultatem obeundi huiuſmodi operationes; qualia ſunt ſemina, & oua, ipſomet Ariſtotele aſſertore; qui etiam faſſus De reſpir. c. 7.
eſt aliquando animal haud ſemper augeri quouſque 2. de gen. an. c. 3. & 4.
viuit; & alibi vegetalia omnia viuere ſemper quouſ- 2. de an. t. 47.
que accipere poſſunt alimentum, non (ut ait Alexan- 2. de gen. t. 41.
der) quouſque illud actu accipiunt, dum ſtatuit eo mo- 2. de an. t. 14.
do prorſus animatum ſe habere ad vitam, quo ſe ha-

Digitized by Google

bet ad augumentum, & alimentum. Maiorem deinde ſuſpicionem illud incutit, quod ſcribitur vitam eſſe actionem, ſiue functionem animæ; nam functio iſta ſiue actio eſt accidens quoddam; vitam autem eſſe quid ſubſtantiale, non vnum eſt, quod doceat, præter ea, quæ ſuperius in Galenum adnotauimus, primum quidem illud eſſe videtur; quia omne accidens eius naturæ eſt; vt à ſubiecto, cui ineſt, deleri valeat vel reipſa, vel miniſterio Intellectus, præter ſubiecti corruptionem ea ratione ſcilicet; quia poteſt ſubiectum aut reuera eſſe, aut ſaltem mente concipi abſque illo accidente: ſed vita nullo pacto ab animato abeſſe poteſt ſine interitu ſubiecti; neque enim quis mente concipiet animatum ſine vita; quamobrem neceſſe eſt confiteri vitam non eſſe accidens vllo modo: quare neque actionem, ſeu functionem animæ in corpus, vt aiunt Clariſſimi viri. Amplius apud Ariſtotelem vita dicitur eſſe id, quo differt animatum ab inanimato; at vero tale quid, quo vna ſubſtantia differre dicitur ab alia, ſubſtantia eſt, non accidens; loquimur autem de differentia eſſentiali, & propriiſſima: vita igitur non eſt accidens; propterea neque actio, neque functio. Vlterius vitam aſſumit Ariſtoteles in definitione animæ, quæ ſubſtantia eſt; licet autem ſubſtantia poni valeat in definitione accidentis; quippe ſolet accidens definiri per additamentum, vt ſæpe monet Ariſtoteles; fieri tamen haud poteſt, vt accidens ingrediatur definitionem ſubſtantiæ; alioquin poſſet definiri ſubſtantia per poſteriora; quod inde falſum eſſe A B C

2. de an. t. 13.

2. de an. t. 6.

Vide lib. 3. cap. 4.

7. meta. t. 12. 17. 18. 19. & ſeq.

con-

A *conuincitur, quia definitio explicat definiti partes eſ-*
ſentiales, quæ toto ipſo priores exiſtunt: Immo & cla-
re docet nos Ariſtoteles, vbi unum quid ponitur in 1.phy. t. 19.
definitione alterius, hoc uiciſſim non poni in definitio-
ne prioris, niſi relatiua ſint; quum ergo ſubſtantia
ponatur in definitione accidentium, ſubſtantiaque non
habeat ſecundum ſe relationem ad accidens, quippe
ſubſtantia reperitur, cui nullum penitus adhæret acci-
dens, vt Deus optimus, quem aliquando vocat Ari- 2 Periher. ca. in f.
B *ſtoteles Primam ſubſtantiam, & alibi ſubſtantiam* 12.meta. t. 29. vſque ad 52.
immobilem, intelligibilem, ac ſeparatam; liquido iam
conſtat non poſſe accidentia ingredi definitionem ſub-
ſtantiæ; vita ergo, quæ animæ definitionem complet,
non eſt accidens vllo modo; quare nec operatio, nec fun-
ctio. Deinceps ex eodem Ariſtotele, vita eſt viuenti- 2. de an. t. 37.
bus eſſe, & profecto ſiue per hæc velit Ariſtoteles vi-
tam impertire ipſum eſſe viuentibus; ſiue potius vi-
tam eſſe ipſummet eſſe viuentium; ex eo ſemper, ac ne-
C *ceſſario ſequetur vitam eſſe quid prius quacunque a-*
ctione, ac operatione, quæ fiat, ſiue quouis modo in ui-
uente; & proinde uitam non eſſe ponendam in genere
actionis, aut functionis ab anima prodeuntis: ſi ete-
nim uita illud eſt, quod tribuit eſſe uiuentibus, quum
omne, quod eſſe alicui tribuit, eo ſit prius, ſaltem natu-
ra; uita proculdubio prior erit animato, ac uiuente; qua-
re omni etiam functione, quæcunque in animato ſit,
aut eſt quouis modo; quum autem idem ſeipſo prius
eſſe nequeat, uita certe non erit actio, uel functio in ui-

O 2 *uente:*

uente: Sin autem, quod textui magis congruit; nam A
2. de an. t. 36. 37. probans Ariſtoteles animam eſſe formam uiuentis, ait formam eſſe quod quid erat eſſe rei, ſiue cauſſam eſſentiæ; at anima eſt cauſſa ipſius uitæ, ſeu uiuere, quod eſt eſſe uiuentibus; quare fit ut anima dicatur eſſe cauſſa, tanquam forma corporis uiuentis: Ceterum quamuis obiter, non poſſum tamen hic non admonere male diuiſos, ac potius laceratos fuiſse contextus Ariſtotelis; nam allati argumenti maior propoſitio habetur in fine contextus trigeſimi ſexti, minor uero cum ſui proba- B tione, atque intenta concluſione in principio trigeſimi ſeptimi: ſed redeamus ad rem: Si inquam Ariſtoteli uita ſit eſse uiuentium; quum eſſe ubique ſit prius ipſo Agere, ac operari, prius etenim quodcunque eſt id quod eſt, deinde agit id quod poteſt; neceſsario item concludendum eſt uitam eſse quid prius omnibus operationibus, quæcunque in uiuente obeuntur. Neque plane tuta euaſio eſt, allatas rationes oſtendere uitã non eſse actionem, ſeu functionẽ uiuẽtis, atq; animati, quod C compoſitum eſt ex anima & corpore; quum ab Alexandro ſtatuatur uita eſse actio, ſiue functio ſolius animæ: ſiquidẽ (ne dicam ex Ariſtotele actiones, operationeſque omnes in viuente uere, ac proprie eſſe totius ſuppoſiti animati, non animæ ſolius, quæ eſt pars ſuppoſiti) ſatis conſtare puto ex antehabitis argumentis vitam nullo pacto dici poſſe actionem, functionemue vllam ex ijs, quæ in viuẽte obſeruantur, ſiue ab anima ſola prodeat, ſiue a compoſito viuente: ſed eſſe quid in genere ſubſtan-

tiæ

A *tiæ prius quacunque operatione. Quod autem afferunt Doctiſsimi viri vitam eſſe functionem animæ in corpus. & tunc animatum viuere, quãdo anima fungitur ſuo munere corpori præſens, illud viuificando, coincidere videtur apertiſſime cum ijs, quæ de vita philoſophatus eſt Magnus Albertus, cuius opinionem in ſuperioribus confutauimus. Quod vero exinde proponunt, vitam ſcilicet eſſe operationem, ſiue functionem, quæ non fit, ſed eſt potius, hoc eſt, quæ non habet eſſe in fieri, ſed permanens, ac in facto eſſe, id ſane mentis noſtræ captum longe*
B *ſuperat; dari ſcilicet aliquam operationem, quæ nõ fiat, ſed habeat eſſe permanens, ac in facto eſſe: repugnat enim operationem habere ſuũ eſſe in facto eſſe, nõ in fieri; re uera nanque operatio non eſt, niſi dum fit, & quatenus fit; quare maxima indiget probatione hoc placitum, quod ſibi gratis aſſumere non dubitarunt viri Clariſſimi. Quod poſterius addunt vitã eſſe actionem, ſeu functionem, quæ impartibilis eſt omnino, ac tempori ſecundũ ſe*
C *minime ſubiecta, vt quæ intrinſecus non neceſſario metiatur tempore, ſed momento conſiſtere valeat; hoc ipsũ Ariſtoteli, & rationi aduerſatur apertiſſime: Ariſtoteli quidem primum dicenti cælum ſuis motibus admetiri ſpatia vitæ omnibus viuentibus ſublunaribus: deinde alibi clarius aſſerenti vitam vniuſcuiuſque numerum habere, & hoc determinari, eo quia omnium ſit ordo, & omne tempus, & vita menſuretur circulo, vt puta, circulari cælorum latione, non tamen eadem menſura omnia metiri; ſed hæc quidem minori, hæc autem* de mund. c. 6 / 2. de gen. t. 56

maiori;

maiori; & his enim annum, his autem maiorem, alijs A *autem minorem circuitum eſſe menſuram: tertio demum definienti vitam eſſe moram animæ nutritiuæ* de reſpir. c. 7. *cum calore; at mora, ſiue permanſio intrinſece tempus includit aut ſenſibile, ac effatu dignum; aut minimum, ac ſenſibus imperceptibile. Sed & rationi quam maxime aduerſatur hoc dogma, quia notum eſt vnicuique, vel ex doctrina Philoſophi alicubi ſcibentis Neceſſarium fuiſſe mūdum hunc inferiorem contiguum extare ſuperioribus lationibus, vt omnis eius virtus gubernetur inde;* 1. meteo. c. 2. B *manifeſtum eſt inquam actiones, & operationes cuiuſcunque generis omnium agētium naturalium ſigillatim (ſolam excipias mentem, ac voluntatem hominis, quæ a cælo non pendet, ſicut alias oſtendimus)* De ort an. hu. *ita dependere a motu cæleſti generatim, vt eo ceſſante tota ſublunaris natura ab omni operatione vacaret; quod alibi etiam innuit Ariſtoteles; quum autem ex eodem* 8. phy. t. 33. *Ariſtotele tempus ſit proprie menſura, ſeu numerus motus cæleſtis, ac propria illius affectio; ſatis apertum eſſe* 4. cæl. t. 133. C *reor actiones agentium omnium naturalium; quæcunque in agendo aliqua ratione dependēt, ac gubernantur a motu cæli, per ſe menſurari tempore; nullamque illarum eſſe vere momentaneam, & ſupra conditiones temporis: Bene uerum eſt aliquas operationes agentium phyſicorum abſolui poſſe in differentia temporis breuiſſima, ſenſibuſque vel imperceptibili, et quaſi momentanea: ſiquidem non omnia eadem menſura metiuntur, vt nuper adnotauimus ex Ariſtotele; vita ergo, ſi dicatur eſſe*

Digitized by Google

A actio, neceſſario temporaria eſt, non momentanea. Deinde ſi vita ſit actio animæ, proculdubio vel in ea obeunda vtitur anima inſtrumento corporeo, vel non; ſi primum, certe momento edi non poterit; quippe organum materiale, ſiue corporeum agendo mouetur; at moueri corpus nequit in inſtanti, ſed cuiuslibet corporis motus tempore menſuratur Ariſtoteli: Sin autem anima in o- 4 Phy paſſim.
beunda illa operatione, quam vitam appellat Alexandrei, non vtatur organo corporeo, profecto anima omnis
B a qua vita producitur, eſſet immortalis: quoniam nullũ eſt aliud argumentum efficacius apud Ariſtotelem ad 1. de an. t. 13.
probandam animæ immortalitatem, quam habere ali- & 2. de gē. an. c. 3.
quam operationem, in qua edenda corporis miniſterium non interueniat: ceterum a vegetali, ſenſualique anima vita plantarum, brutorumque prouenit, quum earũ vtraque morti obnoxia ſit. Amplius in Prædicamē- De Quant.
tis Ariſtoteles euidentiſſime ſcriptum reliquit actionem quamlibet appellari breuem, aut longam, & hoc non ni-
C ſi quia tempus multum ſit, & motus multus; indicium apertiſſimum actionem omnem fieri cum motu, vt clare 3 meta. t. 3.
alibi ſcripſiſſe conſtat Ariſtotelem, & de neceſſitate menſurari tempore. Adde clarius ibidem, & alibi ex eodē Ariſtotele conſtare actionem quamlibet eſſe motum; id 2. mor. Eud. c. 7.
quod etiam euidentius alibi fatetur Ariſtoteles, dum 1. de gen. t 45.
inquit quod mouere eſt in plus ipſo facere; quod perinde eſt ac ſi dixiſſet operationem in communi eſſe ſpeciem quandam motus generatim accepti; quum autem motus nullus momento fieri poſsit, ſed vnaquæque motus

Species

Digitized by Google

4 Phy.t. 111. & alibi.

ſpecies tempore menſuretur; quod fuſius docuit Ariſtoteles in Phyſicis; neceſſario plane aſſerendum eſt vitam tempore menſurari, non eſſe momentaneam, ſi eſt de genere actionis. Non eſt igitur Alexandri, & ſectatorũ opinio de vita ueritati omnino conſentanea. A

Satisfit argumentis allatis in confirmationem ſententiæ Alexandri, oſtendendo qua ratione Ariſtoteles animam definiuerit; & quomodo actiones ab anima pendeant. Cap. XXII. B

SEd neque videtur propoſita ſententia ex Alexandro, & ſectatorum hac in re iccirco probari poſſe; quia validis innixa ſit argumentis: Quod enim primo loco adducitur, Quum Ariſtoteles animæ quidditatem ſibi inueſtigandam cognouiſſet ex eius operationibus, & animam ſemper poſtea per uitam definiuerit, ſignum hoc eſſe apertiſsimum uitam ex Ariſtotele eſſe operationem, ſiue opus animæ; multifariam dilui poteſt; In primis illud animaduertendum cenſeo animam conſideratam fuiſſe ab Ariſtotele tum quatenus eſt actus primus, ſiue quædam abſoluta natura in ſeipſa, nullamque relationem obtinens niſi ad corpus, ad quod habere dicitur habitudinem eſſentialem; eſt enim eius forma ſubſtantialis: tũ etiam quatenus eſt in actu ſecundo, ſiue principium, & cauſa operationũ uiuentis. Adnotandum eſt inſuper animam in utroque ſtatu à C

Phi

A *Philoſopho definitam fuiſſe; Quia enim ſat eſſe nõ iudicauit Ariſtoteles ad perfectam animæ notitiam illam definire, quatenus eſt in ſe natura quædam abſoluta, & actus primus nullam habens habitudinem, niſi eſſentialem ad corpus, cuius eſt forma; ideo poſterius illam ſibi definiendam propoſuit, quatenus eſt in actu ſecundo, & habet relationem ad operationes viuentis; nanque accidentia quoque, vt ipſe admonet Ariſtoteles, magna ex parte conferunt ad cognoſcẽdum ipſum quid* 2.de an.t.12. 1.de an.t.11.
B *eſt: Propterea igitur ante omnia dum definit Ariſtoteles animam, prout eſt natura quædam ſecundum ſe abſoluta ab operationibus, ſolumque habens eſſentialem habitudinem ad corpus, cuius eſt forma, eam definit per vitam, nulla facta mentione operum, dicens Animam eſſe actum primum corporis phyſici potentia vitam habentis: Verum quoniam hoc haud ſatis erat de anima explicaſſe ad perfectam illius notitiam, iccirco poſtea illam definit Ariſtoteles vt eſt in actu ſecundo, altera de-* 2.de an.t.6.
C *finitione in reſpectu ad operationes, quas producit, inquiens Animam eſſe principium, quo primo viuimus, & ſentimus, & loco mouemur, & intelligimus: Quare ſatis cõſtat Ariſtotelem non ſemper ex ſolis operationibus animam definiuiſſe, vt gratis ſibi aſſumunt Aduerſarij: Quinimmo ex traditis aperte conſtat vitam non eſſe operationem, quum ea vtatur Ariſtoteles in definienda anima, non prout reſpicit operationes, ſed prout eſt forma corporis tantummodo, & in actu primo. Amplius fatemur quidem & nos Ariſtotelem aliquando ſi-* 2.de an.t.24.

bi proponere methodum venandi quidditatem animæ A
2. de an. t. 33. *ab operationibus; ſed obſeruamus quoque Ariſtote-*
2. de an. t. 6. 24. *lem definiuiſſe animam tum antequam ſibi proponeret*
2. de an. t. 49. 62. *huiuſmodi methodum, tum etiam poſtea; quare in dua-*
bus primis animæ definitionibus, quæ præcedunt iſti
methodo, non opus eſt, ſi mentio fit vitæ, vitam propte-
rea dici operationem; at vero in definitionibus animæ
aſſignatis poſt illam methodum non meminit vſpiam
Philoſophus de vita; definit enim Animam vegeta-
2. de an. t. 49. *lem eſſe principium generatiuum noui indiuidui in ea-* B
2. de an. t. 62. *dem ſpecie: Senſualem vero principium, quod fieri poteſt*
tale, quale actu eſt ipſum ſenſibile, hoc eſt principiũ quo
dignoſcit animal ſenſibilia recipiendo in ſe illorum ſpe-
cies, ac ſimilitudines: Præterea Philoſophus definit ani-
mam & in vniuerſum, & ſpeciatim; generatim quidẽ
2. de an. t. 6. *primo loco antequam ſibi proponat methodum eam de-*
finiendi ex operibus; ſpeciatim vero poſterius, vbi iam
2. de an. t. 49. 62. *dixerat ſe velle animæ vniuſcuiuſque definitionem ve-*
2. de an. t. 33. *nari ex operationibus: Quum ergo clare pateat intuen-* C
tibus Ariſtotelem non poſuiſse vitam niſi in prioribus
definitionibus, quibus explicat eſsentiam animæ in cõ-
muni; ne verbum quidem de vita in definitionibus ani
mæ ſpeciatim conſideratæ; liquido conſtare puto non re-
cte colligere Aduerſarios uitam eſse operationem ani-
2. de an. t. 6. *mæ, quia ponatur ab Ariſtotele in communi animæ de-*
finitione, quum ipſe idem Ariſtoteles poſtea ſibi proponat
2. de an. t. 33. *definire animam ſpeciatim ex operationibus. Vlterius*
cõcedamus animam definiri etiam anteaquam ſibi pro-
poneret

A *poneret dictam methodum Ariſtoteles, per operationes, dum ſcribit Animam eſſe principium quo primo viuimus, & ſentimus, & mouemur loco, & intelligimus;* 2.de an. t.14. *quum tamen certum ſit operationes (vnam ſemper excipias mentem, cuius actiones edi poßunt etiam citra corpus, ob rationes ſæpe commemoratas) ab anima non prodire, niſi prout eſt forma, & perfectio corporis; iccirco in definienda natura animæ non ſolum operationum meminiße oportet, verum etiam corporis, & illius habi-*
B *tudinis, quæ inter animam, & corpus intercedit; immo & eius eſſe, quod neceſſario conſtituitur ex corporis & animæ conſortio; Quare ex eo, quod anima definienda ſit per operationes, & in eius definitione aſſumatur vita, neceſſario non ſequitur vitam eſſe operationem quandam: Secus enim eadem ratione oporteret corpus quoque, quod ingreditur definitionem animæ, operationem eſſe; quod nemo dixerit vel parum in Philoſophia verſatus: Sed fallacia rationis eſt in ea propo-*
C *ſitione, qua dicitur Animam definiri per operationes; vera eſt enim abſolute, ac de poſſibili; nam poteſt definiri, & reuera definitur anima quandoque per operationes, quarum eſt principium, & cauſa; non tamen eſt vera uel neceſſario, uel præciſe, ita vt in animæ definitione nihil ponendum ſit, quod non ſit operatio, aut in definitione animæ ſemper ponenda ſit operatio; quo ſenſu eam accipiunt Aduerſarij; nam in prima definitione animæ nullam operationum mentionem facit* 2.de an. t.6. *Ariſtoteles; & in quauis alia definitione animæ poſtea*

meminit item corporis, & illius habitudinis, quam habet anima eſſentialiter ad corpus, quorum nullum eſt operatio. Deinde operationes illæ, quibus animæ naturã venari decreuit Ariſtoteles, ſunt proprie functiones coniuncti ex anima & corpore, non ſolius animæ, cuiuſmodi ſunt uegetare, ſentire, moueri, & intelligere; adde quoque ex Aduerſariorum mẽte ipſum viuere; quarum meminit Ariſtoteles definiens animam tum humanam eſſe principium quo primo uiuimus, & ſentimus, & loco mouemur, & intelligimus; tum uegetalem eſſe principium, quo primo uiuens generat aliud quale ipſum; tũ etiã ſenſitricem eſſe principium, quo primo animal percipit ſenſibilia recipiendo in ſe illorum ſimilitudines; Quare ſi ex eo, quod anima definitur aliquando per vitam; nam & uegetalis prius definita fuit eſſe principium, quo primo uiuunt omnia uegetabilia; non ſecus ac ſenſualis eſſe principium, quo primo ſunt, ſeu uiuunt omnia animalia noſtratia; ſi inquam ex eo, quod anima definitur per uitam, colligendum eſſet uitam eſſe operationem, proculdubio uita dici deberet operatio uiuentis, quod eſt compoſitum ex anima & corpore; non ſolius animæ, quæ eſt pars componens; uiuit enim homo, animal, planta, non anima ſola; quum autem ubique eſſe ſit prius ipſo agere; ac proinde uiuens prius ſit quam quidquam operetur; ſane uiuens ſaltem mente concipi poſſet abſque uita; illud enim ea eſſet prius; quippe omne agens prius eſt ſua operatione; ſed omne prius abſtrahi poteſt à ſuo poſteriori;

2. de an. t. 33.
1. de an. t. 64.
2. de an. t. 24.
2. de an. t. 49.
2. de an. t. 62.
2. de an. t. 16.

riori;

A riori; at uiuens eſſe ullo modo poſſe ſine uita, ſeu uiuens eſſe ante uitam, neque imaginari poteſt, ſi fingere liceat: uita ergo non eſt operatio animæ, ut putant Alexandrei: quinimmo neque operatio coniuncti, ſiue operatio ſimpliciter. Deinceps reuera in allatis animæ definitio- 2. de an. t. 6. 16. 24.
nibus accipit Ariſtoteles nomen uitæ ad ſignificandas operationes animæ uegetalis, quæ ſunt nutricatio, augumentum, & generatio ſobolis; quod apparet tum ex pri 2. de an. t. 6.
ma definitione, qua dicitur anima eſſe actus primus cor
B poris naturalis potentia uitam habentis, ducta ex ijs 2. de an. t. 3.
quæ paullo antea dixerat, uitam ſcilcet eſſe nutritionem ex ſe, augumentum, decrementumque; tum etiam ex altera, qua dicitur anima eſſe principium, quo primo 2. de an. t. 24
viuimus, & ſentimus, & loco mouemur, & intelligimus; in qua ſatis apertum eſt nomen vitæ vſuuenire Ariſtoteli ad ſignificandas operationes animæ vegetalis: ſicus enim eas perperam omiſiſſet in illa definitione, in qua de operationibus ceterarum ſpecierum animæ, ſē
C tientis nimirum, ac rationalis, apertam mētionem fecit: At vero vitam improprie nimis aſſumi ad ſignificandas operationes animæ vegetalis, & præſertim vt con- 2. de an. t. 3.
tradiſtinctas a reliquis aliarum animarum operationibus, primo quidem manifeſtum eſt conſideranti omnes viuentis actiones ſigillatim æque ſe habere ad vitam; vt conſtare cuique poteſt ex Ariſtotele alicubi ſcribente 2. de an. t. 13.
vitam ſignificare pariter omnes operationes, quæcunque a quauis anima proficiſcuntur, vt intellectionem, ſenſum, motum, & ſtatum ſecundum locum, adhuc autē,

mo-

Digitized by Google

motum ſecundum alimentum (nutritionem ſcilicet) & A
augumentum, & decrementum: deinde vero notum id
6.top. c.2.loc. 73. eſt animaduertenti alio in loco Ariſtotelem damnare
illos, qui definiunt vitam communem animalibus, &
plantis per nutritionem: Poſtremo autem apertum eſt
contemplanti ea, quæ profeſſus eſt Ariſtoteles paullo
2.de an.t.11. poſtea, dum admonet ſe rudiori formula, & pingui mi-
nerua ſuperius de anima philoſophatum fuiſſe, neque
tradita in ſuperioribus contextibus habere vllo modo ne
ceſſitatem, aut vim probationis; at in ijs dixerat vi- B
2.de an.t.3. tam eſſe altionem, augumentum, & decrementum; quæ
ſunt operationes animæ vegetalis: Et certe ſi quid eſt in
illis contextibus, propter quod Ariſtoteles poſtea moneat
ſe rudiori ſtilo de anima tractaſſe, illud præſertim dog-
ma eſt, quo ſcribitur vitam eſſe nutritionẽ, augumentũ,
et decrementũ, quia nõ ſolũ cõfuſã doctrinã continet, ut
alia dogmata, & ſpeciatim illud, quo definitur anima
1.de an.t.6. eſſe actus primus corporis phyſici potentia vitam haben
2.de an.t.11. tis; ex quo non conſtat diſtincte cuiuſnam generis a- C
ctus anima eſſe dicatur, an ſcilicet vt nauta nauis, hoc
eſt, actus aſſiſtens; an potius informans; verum etiam
quia ſententia eſt manifeſte falſa, uel ſaltem maxime
impropria; e tali ergo loco deſumptum argumentum nõ
eſt magni admodum põderis. Quod autem poſterius ad
ducitur, viuẽtis operationes depẽdere ab anima, ut a pri
cipio quo primo, ſiue animam, vt eſt principium quo pri-
mo uiuens operatur, reſpicere uitæ operationes; atque
2.de an.t.24. ideo quum Ariſtoteles definiat animam eſſe principium,

quo

A quo primo uiuimus; neceſſario fieri ut uita nihil aliud ſit quam operatio, ſoluitur iiſdem rationibus, quibus etiã ſuperius argumentum ſolutum fuit; inſuper illud adnotabimus uere quidem operationes uiuentis dependere ab anima, ut a principio quo primo; ſiue animam, ut eſt principium, quo primo uiuens agit, reſpicere operationes uitæ; id tamen haud efficere quin uiuentis eſſe itidem pendeat ab anima, ut a principio quo primo uiuens eſt; nanque anima eſt principium, & quo primo uiuens eſt,
B & quo primo uiuens operatur; idem enim ubique eſt principium quo quid eſt, & quo quid agit: ſic ergo anima eſt principiũ quo primo uiuens, & eſt, & agit. Quũ itaque anima, ut eſt principium quo primo, reſpiciat nõ ſolum uiuentis operationes, ſed etiam uiuentis eſſe; plane ex eo, quod anima definitur eſſe principium quo primo uiuimus, neceſſario non ſequitur uitam eſſe operationem: ſed uel operationem, uel uiuentis eſſe, cum diſiunctione. Ceterum apud Ariſtotelem de anima ſerio 2. de an. 37.
C loquentem uita eſt uiuentibus eſſe, non autem operatio: Quod ſi quandoque uita ex Ariſtotele dicenda uideatur operatio, ea ſane ſtatuenda erit, non quidem operatio animæ in corpus, ut opinantur Alexandrei, ſed operatio uiuentis, quod eſt tertia quædam ſubſtantia compoſita ex anima & corpore, ut inquit Ariſtoteles; etiamſi tũc minus proprie Philoſophus utatur, ſed potius abutatur uitæ uocabulo, quemadmodum adnotauimus. Non eſt itaque hac in re Alexandro, aut ſectatoribus aſſentiendum. 2. de an. t. 3. 13

Octaua

A

Octaua Opinio Turiſani, qui cenſuit vitam eſſe nutritionem. Cap. XXIII.

POſt Alexandream ſeſe nobis offert examinãda ſentẽtia Monachi Turiſani, quem Pluſquamcommentatorem vulgo appellare conſueuerunt; hic enim Vir in ſuo Pluſquamcommento ad Artem Medicam Galeni ſcriptum reliquit vitam eſſe illã

lib. 1. com. 12. B

viuentis operationem, quam uocamus proprio nomine Nutricationem; ſuamque ſententiam multiplici ratione confirmare conatur; At vero uerba ipſius afferamus, ex illis eius mentem penitius introſpecturi; ſcribit igitur hunc in modum, Dico ergo quod vita (ſicut dicit Philoſophus) eſt actus viuentis. Viuentis autem duo ſunt ſoli actus, ſcilicet primus, & ſecundus; ſed primus actus viuentis aſſimilatur habitui, uel ſomno, ſicuti

2. de an. C

uult Philoſophus; ſecundus actus aſſimilatur actui ab habitu prodeunti, ut conſiderationi, uel uigiliæ, et eſt operatio ipſa animæ in corpore. Non eſt autem uita primus actus, quoniam uita non eſt anima, ſed cauſſatum ipſius; anima autem eſt uiuentis corporis cauſa, & principium; derelinquitur ergo quod ſit actus ſecundus, qui eſt operatio ipſa. Quod etiam confirmatur, per definitionem Ariſtotelis; ait enim quod anima eſt actus primus corporis phyſici organici, uitam habentis in potentia;

2. de an.

eſt autem in potẽtia uitã habens (ut dicit Auerroes)

A ſicut animal dormiẽs; nõ eſt enim abijciens animã quod In com.
potẽtia ens vt viuat, quũ potentia ſit viuere, ſicut dici-
tur in textu. Si ergo potentia viuẽs eſt vt dormiens, dor
miens autem eſt vt non operans; priuatum erit actu po-
tentia viuens: & quum ſit actu viuens vt vigilans,
& vniuerſaliter vt actu operans; ergo viuere eſt ope-
rari, & vita eſt operatio. Hoc autem ex multis locis
æthicorum licet autorizari; ait enim primo quod viue- 9. æthic. c. 11.
re determinat animalibus potentia ſenſus, & potentia
B intellectus: potentia autem ad operationem reducitur;
principale enim eſt in operatione; eſt ergo viuere princi-
paliter ſentire, & intelligere. Deinde autem expreſſe 10. æth. c. 10.
dicit quod vita operatio quædam eſt. Hoc enim & Ga- De ingen. sa-
lenus ſenſiſſe videtur, quum ait, oportet aut virtutem, nit. c. 5.
aut eius actionem, eſſe vitam: ſed impoſſibile eſt poten-
tiam eſſe vitam; nam ſicut eſſentia animæ ſe habet ad
totum corpus, ſic eius aliqua potentia ad organum pro- 2. de an. t. 9.
prium, vt dicit Philoſophus: ſicut ergo anima non eſt
C vita totius, ſed cauſſa; ita nec potentia eſt vita par-
tis, ſed cauſſa. Eſt ergo ſecundum hoc omnis operatio
quodammodo vita organi eam perficientis; vnde vi-
ta oculi, ſecundum quod oculus, eſt videre; auris au-
dire, linguæ autem, ſecundum quod huiuſmodi, loqui,
& guſtare; & omnino hominis, ſecundum quod eſt ho-
mo, eſt intelligere: Immo & vita ſubſtantiarum ſepa- [illegible]
ratarum eſt ſuum intelligere. Et hoc eſt, quod Philoſo- 2. de an. t. 13.
phus ait, multipliciter dicto viuere ipſo, ſi alicui aliquid
horum inſit ſolum, ipſum viuere dicimus; vt intelle-

ctus, & motus, & ſtatus ſecundum locum, & adhuc motus ſecundum alimentum, augumentum, & decrementum: Hæc enim omnia ponit pro operationibus poteſtatum animæ: quod manifeſtatur ex hoc, quod dicit, motus, & ſtatus ſecundum locum, & motus ſecundum alimentum, &c. motus enim, & ſtatus ſecundũ locum ſunt operationes virtutis motiuæ; motus autem ſecundum alimentum eſt operatio virtutis nutritiuæ. Similiter ergo & intellectum, & ſenſum poſuit pro operationibus, & non pro potentijs; propter quod recte in primo æthicorum vocauit ſomnum dimidium vitæ: dormientes enim non dicuntur uiuere ſecundum operationes ſenſus, & motus, quæ ſomno ligantur; ſed ſecundum operationes uegetationis, quæ non ſolum tunc non ligantur, ſed magis uigent. Sed ex his nunquam ſcitur niſi in communi quid ſit uita; quæramus autem ſpecialius. Manifeſtum eſt enim quod uiuere eſt continuus actus uiuentis nullo modo interceptus: non enim ceſſat niſi per mortem, à qua non fit reditus ſecundum naturam, niſi ſicut de priuatione ad habitum; animal enim etiam uiuit, quando non uigilat, & oculus quando non uidet, & auris quando non audit, & homo quando nõ intelligit; & ideo hoc quoniam animatum eſt; animatum autem ab inanimato differt in uiuendo, ſicut dicit Philoſophus. Si ergo aliqua eſt animæ operatio non interceptà, dum anima ineſt corpori, illa proculdubio maxime, & principaliter dicitur uita; unde manifeſtum eſt quod hæc eſt nutritio; unde in principio ſecundi de

3. de an. t. 13.

anima

A anima dicit, Dico autem uitam per ſe alimentum, id 2. de an.t.3.
eſt, alitionem; ſi enim mors eſt corruptio uiuentis, opor-
tet ut uita ſit ſicut generatio quædam; talis autem eſt
alitio, ſicuti poſt apparebit; unde ait, Quæcunque enim 1. de gen.t.38. 39.41.
aluntur, & in finem ueniunt, quouſque poſſunt acci-
pere alimentum: Deinde autem concluſit, uiuere qui- 2. de an.t.14. 2. de an.t.16.
dem igitur propter hoc principium ineſt omnibus uiuen-
tibus: animal autem propter ſenſum primum: haben-
tia enim ſenſum animalia dicimus, & non uiuere ſo-
B lum: cuius ſimile etiam alibi declarauit. Hæc ad uer- De reſpir.
bum Pluſquamcommentator: Ex quibus apertiſſime
conſtare cuique poteſt Turiſanum arbitrari uitam
eſſe operationem illam uiuentis, quæ Nutritio nun-
cupatur.

Deſtruitur opinio Turiſani, demonſtrando vitam non eſſe Nutritionem. Cap. XXIV.

C Cvivs tamen opinio multis de cauſſis
mihi nunquam probari potuit; In pri-
mis enim Cælum ex Ariſtotele reue-
ra eſt corpus animatum, & uiuens; 2. cæl. t. 13.
quod fuſius etiam nobis oſtendetur in-
fra commodiori loco; quum ergo Cælum non nutria-
tur, uel Ariſtotele hoc demonſtrante; ſatis apertum 2. meteo. c.2.
puto uitam in uniuerſum non eſse Nutritionem ullo
modo. Amplius inter uiuentia ſublunaria de men-
te Ariſtotelis connumeranda ſunt ſemina cum ani- 2. de gen. an. c. 2. & 4.

de respir. c. 7. *malium, tum etiam plantarum; inſuper his adiungenda ſunt oua & fecunda, & hypenemia, ſiue ſubuentanea vocata, quæ aſperſa non fuere ſemine maſculeo; quoniam vero ſatis clarum eſt ſemina, præſertim plantarum extra humum in horreo, & oua extra ouiparæ aluum, haudquaquam nutriri; non minus apertum eſſe cenſeo vitam ſublunarem generatim non eſſe actum Nutritionis. Immo quum viuentium ſublunarium, quibus nutritionis actus ineſſe conſueuit, nonnulla poſſint etiam per multum temporis tractum, durante vita, à nutritione vacare; quod abunde alibi monſtramus, & infra etiam oportuniore loco demonſtrabimus; neceſſario colligendum exiſtimo vitam in genere non eſſe Nutritionem vllo modo. Deinde quum nutritionis actus, quantum ſit ratione ſui, in homine ſit eiuſdem rationis atque in brutis animalibus, & ſtirpibus vniuerſis; ſi verum eſt vitam plãtarum ex ſe diuerſam naturam habere à vita brutorum animalium, & vtramque iſtam ſeorſum à vita hominis; quod infra veriſſimum eſſe demonſtrabitur; plane concludendum eſſe iudico vitam non eſſe Nutricationem. Vlterius quum nutritio ſit actio,* A B C

2. de an t. 37. *cuius eſſe eſt in fieri; vita vero apud Ariſtotelem ſit eſſe viuentium, quorum eſſe eſt permanens, ſiue, vt aiunt, in facto eſſe, non autem in fieri; proculdubio aſſerendum eſt vitam non eſſe Nutritionem.*

Id quod ex ijs etiam omnibus argumentis confirmari poteſt ſigillatim, quibus fuſe ſupra oſtendimus vitam

A tam non eſſe de genere actionis, neque omnino in Coordinationibus accidentium; quum nutritio ſit accidens eius generis, quod appellamus Agere, ſiue Operationem. Vera itaque non eſt opinio Turiſani exiſtimantis vitam eſſe operationem illam viuentium, quam vocamus Nutricationem.

Tolluntur Turiſani rationes, monſtrando vitam non eſſe actum ſecundum, nutricationem nõ B eſſe actionem omnino non interceptam; cui mors opponatur; & quomodo viuere viuẽtibus omnibus inſit ab anima vegetali. Cap. XXV.

CETERVM neque valida ſatis habet fundamenta, quibus innitatur ſententia Turiſani; Quod enim ante omnia profert, vita eſt actus viuentis ex Ariſtotele; non primus, quia tale quid eſt ani- C ma; ergo ſecundus, qui eſt animæ operatio in corpore, tollitur negando vitam eſſe actum viuentis; neque enim vſpiam hoc præciſe dixit Ariſtoteles: neque rationi vllo pacto conſentit; nam quum duo tantum ſint actuum genera, quod etiam Turiſanus confitetur, primus nempe actus, & ſecundus; quũque inter huiuſmodi actus hoc potiſſimum diſcrimen reperiatur, quod ordine Naturæ actus primus vbique prior eſt ipſo compoſito, cuius dicitur eſſe actus; at ſecundus actus, qui dicitur operatio, viciſſim poſterior eſt eodem compoſito; quippe compoſitũ illud

2.de an.t.6.64. *illud eſt vel Ariſtoteli, quod in virtute actus primi* A
actus ſecundos, ſiue operationes efficit: vita dubio procul non eſt actus primus uiuentis, quia talis actus eſt anima; quam non eſſe vitam & Aduerſarius ipſe concedit, & nos abunde ſupra probauimus; ſed vitam neque dici poſſe actum ſecundum viuentis, illud apertum facit quod vita ex ordine Naturæ non eſt poſterior viuente:
2.de an. t 37. *ſed ſimul cum ipſo; quum proprie ſit viuentis eſſentia, & conuertatur ſecundum ſubſiſtendi conſequentiam: ſi enim vita eſt, protinus eſt & uiuens, viciſſimque ſi* B
uiuens eſt, ilico & uitam eſſe neceſſe eſt. Quod autem ſecundo afferebatur argumentum deſumptum ex defi-
2.de an.t.6. *nitione animæ, qua dicitur eſſe actus primus corporis phyſici potentia uitam habentis, hunc in modum; Corpus potentia uitam habens ex Auerroe eſt ut dormiens; dormiens autem eſt ut non operans; ergo potentia uiuens eſt ut non operans; tunc ultra, ſi potentia uiuens eſt ut dormiens, & ut non operans; ergo actu uiuens eſt ut uigilans, & ut operans; ex quo ſequitur uiuere eſſe* C
operari, & uitam operationem: tolli poteſt multis modis; Inprimis enim falſum eſt quod aſſeritur animal dormiens non operari; quippe in ſomno ex Ariſtotele
De ſom. & vig. c. 1. *maxime fiunt coctiones, immo & ipſa nutritio; licet a ſuo munere feriari ualeant facultates animæ ſentientis, & rationalis, non tamen ex neceſſitate otiantur; nam etiam dormientes reſpiramus, quandoque ambulamus, ſomniamus, & diuinamur; quorum duo prima ſunt opera facultatis motricis, tertium phãtaſiæ, quæ omnia*

perti-

A *pertinent ad animam ſenſualem; at quartum intellectus, ſiue animæ rationalis: Quare ex eo, quod corpus potētia uiuēs ut eſt animal dormiens, colligere non potuit Aduerſarius corpus potentia uiuens eſſe ut non operans, & ſpeciatim ut non ſe ſe nutriens; quamuis hoc ab alijs principijs deduci ualeat, de quibus poſtea ſuo loco fuſius. Deinde ex eo, quod potentia uiuens eſt ut non operans nequit Aduerſarius neceſſario colligere corpus actu uiuens eſſe ut operans; quia operationes ſunt ipſius actu ui-*
B *uentis: at omne id, cuius eſt aliqua operatio, prius eſt illa ſua operatione; quare ſaltem per opus mentis abſtrahi poteſt ab operatione ſua; nimirum intellectu illud contemplante in ea prioritate, ſecundum quam præcedit operationi propriæ; ita enim corpus potentia uiuens primum fit actu uiuens, deinde tranſit ad operationes obeundas; perinde ac dormiens antequam edere queat operationem ſenſus communis, quæ eſt animaduertere ſe ſentire, ut docuit nos Ariſtoteles, neceſſario expergiſci-* 2. de an. t. 136. & ſeq.
C *tur: Et quemadmodum uigilia ſecundum naturam præcedit ei quod eſt animaduertere ſe ſentire, ac proinde uigilans ex ſe eſt in potentia ad animaduertendum ſe ſentire; ſic prorſum uita prior eſt operationibus uiuentis, & actu uiuens in potentia eſt ad operandum: Neque enim quod ſupponit ratio Turiſani, uigilare eſt operari, aut uigilia eſt operatio ullo modo: etenim homo uigilans poteſt ab ijs omnibus operationibus uacare, a quibus uacat in ſomno ſic pueri dum in utero degunt, licet magnā partem temporis tranſigant ſomno occupati; & quum*

pri-

primum ſuſceperint animam ſentientem, fere totum A
tempus in vtero dormiendo conſumant; videntur tamen etiam in vtero multoties expergiſci, & aliquantiſper vigilare, vt probat alicubi Ariſtoteles; qui alibi
5. de gen. an.
apertiſſime fatetur pueros in vtero, etiamſi ſentiendi potentiam ſuſceperint, ea tamen haudquaquam vti poſſe, ac ſenſibilia diſcernere, perinde atque ij, qui ſunt prouecti magis ætate, ſiue extra vterum conſtituti; & hoc ob vehementem turbationem, & motum, qui viget in illis: quem motum, turbationemue in eis ſedari non contingit B
7. phy. t. 20.
niſi uel a natura, hoc eſt, ab ortu, ſeu naſcitura; uel poſt ortum ab alijs cauſſis: Immo et adulti homines, ne dum pueri nuper nati, noctu quandoque in tenebris, addo etiam interdiu, ac ſummo rerum omnium ſilentio, nihil per corpus patientes, ut monet Ariſtoteles poſſe fieri, & nullis curis ſolicitati animo cur uigiles nequeat ab omni ſimul & ſenſuali, & intellectuali operatione otiari, ego quidem non aſſequor; ſed potius exiſtimo, ut Galeno, & mihi, ita etiam alijs id ſæpius contigiſſe; ſi ergo uita uigiliæ aſsimilatur, uita non erit operatio, quum nec tale quid vigilia exiſtat. Deinceps & ex eo, quod potentia uiuens eſt ut non operans, concludi nequit actu uiuens eſſe vt operans; quoniam ratio peccat per fallaciam conſequentis; neque enim ſimiliter ex eo quod potentia animal eſt ut non reſpirans, inferre poſſumus actu animal eſſe ut reſpirans; nam uerum eſt potentia animal non reſpirare, quũ tamen inter animalia piſces, & alia plurima ſint, quæ non reſpirent; ſic uerum eſt potentia uiuens

2. Phy. t. 14.
4. phy. t. 98.
1. de diff. mor. c. 2. C

uens

A *uens non operari, quum inter actu viuentia multa ſint, quæ plerunque non operantur, vt oua, & ſemina. Praeterea ex eo quod actu viuens eſt vt operans (ſi hoc Turiſano concedendum ſit diſputandi gratia) non poteſt protinus concludi viuere eſſe operari, aut vitam eſſe operationem; quia peccat item argumentum in forma; ſecus enim eadem ratione nos colligere poſſemus vitam eſſe vigiliam, & viuere nihil aliud quam vigilare, ex eo quod apud Turiſanum corpus actu viuens eſt vt vigilans;*
B *quod tamen colligi non poſſe dicet vel Turiſanus, qui probe nouit & plantas, quibus non ineſt vigilia, nec ſomnus, & animalia in ſomno etiam reuera viuere; quanquam vita potius vigiliæ ſimilis exiſtat, & ſomnus ſit veluti mortis imago, ſiue ut ait Ariſtoteles, quaſi quoddam interliminium viuendi, & nonuiuendi; ac neque omnino ſit qui dormit, neque non ſit; nanque omnino eſſe eſt perfecte eſſe, hoc autem eſt fungi ſuo munere, ſiue operari; quippe operatio eſt quædam agentis per-* 5. de gen. ani. c. 1.
C *fectio; dicitur enim actus ſecundus; at omnis actus perfectio eſt: ſomnus autem plures animalium operationes tollere conſueuit, ſed præcipue animaduerſionem operandi; quo fit vt animal dormiens perfectum eſſe non habeat, vt vigilans. Quod autem deinde Turiſanus ait licere ſibi ex multis æthicorum locis autorizari (vt eius phraſi vtar) vitam eſſe operationem, quia hominē infra diſtinctius ab Achillino proponentur, cuius opinionē ſumus expenſuri, propterea iſtorum Ariſtotelis locorum examen in illud tempus reijcimus, dum cum Achillino*

no diſputabimus; in præſenti vero ſufficiat admonuiſſe A Ariſtotelem ijs omnibus in locis de vita loqui ſecun-
2.de.an.t.3.& 11. dum vulgus, & admodum improprie, non ſecus atque alibi, eo ipſo atteſtante, dum ſcribit vitam eſſe nutritionem ex ſe, augumentum, & decremẽtum. Sed quod
9.æthic.c.11. explicite arguit ex Ariſtotele Turiſanus inquiens Potentiam ſenſus, & intellectus animalibus determinare vitam, quum autem eadem potentia reducatur ad operationem, tanquam ad principale; propterea fieri vt animalium viuere ſit principaliter ipſum ſentire, & in- B telligere: parum fauet Aduerſario, qui exiſtimat vitam eſſe actum continuum, & non interceptum viuentis, ac omnino nutritionem; quum ſentire, & intelligere ſint operationes interruptæ, & multum à nutritione diuerſæ, iudice vel Aduerſario; qui ſibi etiam in hoc contradicit, quod inferius ait animal quoque viuere dum non ſentit, & hominẽ dũ non intelligit; Non eſt ergo animaliũ viuere principaliter ipſum ſentire, ac intelligere: Sed vti parum fauet allata ratio Turiſano, ita multo mi- C nus intentum colligit; nam argumentũ eſt paralogizans ex pluribus terminis quam par ſit; quod enim ſcribitur potentiam ſenſus, & intellectus determinare ipſum viuere animalibus, verum eſt in eo ſenſu, non quod tales poteſtates ipſæ ſecundum ſe ſint uiuere animalium, nam potentiæ ſunt re idem cum anima, cuius dicuntur eſſe potentiæ, adeo quod potentia ſenſus ſit anima ſenſitiua, & potentia intellectus ſit anima intellectiua, ut abunde iam oſtendimus; at uiuere, ſeu uitam non eſſe animam,

ſat

A *ſat ſuperque demonſtratum fuit: ſed allatæ propoſitionis ſenſus ille uerus eſt, quod potentia ſenſus, & intellectus determinet uitam animalibus, quia quum animalium duo ſint genera, brutorum ſcilicet, ac rationalium, a ſeinuicem diſcreta participatione diuerſarũ animarum; quumque uiuere uiuentibus pendeat ab anima, ex Ariſtotele; iccirco illud, quod determinat, hoc eſt, tũ tribuit, tum diſtinguit uitam animalibus, eſt anima ſenſitiua, & intellectiua; ſenſus enim uitam brutis cõciliat,* 2.de an.t.37.
B *intellectus autem homini; & in eo brutorum uita diſtinguitur ab humana, quia illa per ſe primo à ſenſu prodit, quod admonet Ariſtoteles; hæc uero ab intellectu: Potentia itaque ſenſitiua, & intellectiua, quum ſit id, à quo pendet animalium uita, ueluti à cauſſa formali; uita enim eſt eſſe uiuentibus Ariſtoteli, & hoc ab anima dependet, qua forma eſt; quumque formæ, atque actus propriũ ſit dare eſſe rei, & diſtinguere, ac ſeparare, apud Ariſtotelem; propterea probe dicitur potentia ſenſus, &* 3.de an.t.16. 2.de an.t.37. 7.meta.t.49.
C *intellectus determinare, nimirũ tribuere, ac diſtinguere uitam animalibus: Quod autem deinde ſcribitur potentiam reduci ad operationem, quia principale ſit in operatione, id uerum non eſt in eo ſenſu, quo dici poſſit potentia eſſe operatio, ſiue reduci ad operationem, ueluti ſpecies ad genus; quoniam potentia prior eſt operatione: ſed bene reducitur ad operationem potentia, tanquam ad ſuum finem; finis etenim potentiæ, ſiue facultatis cuiuſque animæ, eſt operari, ac fungi officio ſuo; quod plane conſtat ex Ariſtotele: Ceterum ex eo, quod potentia* 2.de an.t.49.

ſenſus, & intellectus determinet uiuere animalibus, & reducatur, ſiue dirigatur ad operationem, tanquam ad finem, non ſequitur ullo modo uiuere principaliter eſſe ſentire, & intelligere; ſumpto nomine uitæ in ſui propria ſignificatione, ac phyſice; non improprie, ac ſecundum opinionem uulgi, quo ſenſu de uita ibi loquitur Ariſtoteles, uere per uiuere ſignificans, more uulgi, id quod eſt operari, ſeu fungi uitæ muneribus: Niſi forte arguat Aduerſarius hoc ex eo quod potentia iſta tribuat ipſum uiuere animalibus; iiſdem uero à tali potentia inſint operationes; at nihilominus ratio infirma eſt: nam à potentia ſenſus, & intellectus, ſiue ab anima ſenſitiua, & intellectiua ineſt animalibus & uiuere, & operari, ſed nõ propterea hæc unum ſunt; quippe ab eodẽ principio animalibus multa ineſſe poſſunt, nimirum eſſe, & agere; idẽ enim ubique eſt principium quo quid eſt, & quo quid agit; licet eſſe, & agere diuerſa ſint ab inuicem; ſic ab anima uiuentibus ineſt ante omnia ipſum eſſe, quod Ari-
3.de an.t.37. *ſtoteli uiuere appellatur; deinde uero ipſum operari, ſiue agere. Quod autem mox affertur ex Galeno, id ſupra expenſum fuit abunde, ita ut inde ualidum argumentum ſibi haurire nequeat Aduerſarius in propoſito. Quod exinde proponitur omnem operationem in uiuẽte eſſe uitã organi eã perficientis, unde uita oculi ſecũdum quod oculus eſt, ſit uidere; auris audire; lingua loqui, & guſtare; ac hominis intelligere; immo & ſubſtantiarum ſeparatarum ſuum intelligere; contradictionẽ ijs affert, quæ paullo poſt adducũtur his notis, Animal enim etiã uiuit,*

A *viuit, quando non vigilat, & oculus quando non vi-*
det, & homo quando non intelligit; quippe horum v-
numquodque etiam non operans animatum eſt; ani-
matum autem ab ipſo inanimato differt in uiuen-
do apud Ariſtotelem: Neque ſane quidquam adiu- 2. de an. t. 13.
menti attulit Aduerſario Ariſtoteles loco citato; ibi
enim non ſcribit Philoſophus ullo modo vitam eſſe intel
lectionem, ſenſum, motum, ſtatumque ſecundum locũ,
motumque ſecundum alimentum, & augumẽtum, &
B *decrementum, ut opinatur Turiſanus; ſed ſolum quum*
vitæ nomen ſit æquiuocum fere, ac ſignificet multas na-
turas; noſci tamen aliquid viuere ex vitæ operationibus
enumeratis, ita ut ſi alicui vna vel plures inſint, hoc
ideo viuere dicendum ſit, non quia operationes iſtæ vi-
ta ſint, ſed quia sũt vitæ effectus, et ſigna, veluti fumus
ipſius ignis. Quod adducitur ulterius ex Ariſtotele ſom- 1. æthic. 13.
num eſſe dimidium vitæ, quia dormientes non dicantur
uiuere ſecundum operationes ſenſus, & motus, quæ
C *ſomno ligantur; ſed ſecundum operationes vegetationis,*
quæ non ſolum tunc non ligantur, at magis vigent; non
multum firmius eſt argumentum; nam inprimis conce-
dimus ſomnum recte vocari ab Ariſtotele tum vitæ di- 1. æthud. c. 13.
midium, tũ quoque uiuendi, & nonuiuendi interlimini- 2. mor. eu. c. 1. 5. de gen. an.
um; Concedimus item ſomnum haud eſſe operationem, c. 1.
ſed potius animæ, ac vitæ otium; hinc tamen colligi ne-
quit vitam eſſe operationem; quia ſomnus locis allega-
tis dicitur dimidium vitæ, ſumpto vitæ vocabulo in
vulgari, & minus propria ſignificatione, pro eo tempo-

ris

ris tractu, quo animatũ uiuere dicitur, ſeu quo anima- A
lib. de mund. c. 6. torum eſſe, ac uita menſuratur, ut ait Ariſtoteles; &
2. de gen t 57. hoc ſenſu dicere ſolemus uitam longam, aut breuem, ut
1. aphor. 1 inquit Hippocrates; Quod ſane ſpatium temporis in animalibus quum admetiri ſoleat vigilia, & ſomno propterea ſomnus dicitur uitæ dimidiũ, quaſi qui occupet
1 æthic. c. 13 dimidium uitæ ſpatium, & iccirco inquit felices in dimidia parte uitæ a miſeris nihil diſtare; atque alibi, media uitæ parte boni, honeſtique (inquit idem Ariſto-
1. mor. eud. c. 1. teles) prauos nihil antecellunt; nihil enim diſcriminis inter dormientes eſt; ſomnus enim eſt uitæ otium, non operatio: Quare licet ſomnus ſit uitæ otium, & appelletur uitæ dimidium, non tamen ideo fit ut uita ſecundum ſe ſit operatio. Sed & illud, quod affert Ariſtoteles, ſomnũ eſſe otium, & non operationem, caute intelligendum eſt; non enim loquitur Ariſtoteles de quacunque animæ operatione, ut putat Aduerſarius, at ſolum de illa, quæ felicitatem, aut miſeriam reſpicit, ſiue probitatem, aut prauitatem; hæc autem eſt operatio cum aſſenſu uoluntatis, & animaduerſione; alioquin operationes citra uoluntatis actum, & abſque animaduerſione plurimæ fiunt in ſomno, nec ijs differunt felices a miſeris, probiue ab improbis; quippe non ſunt actiones ſecundum uirtutem, aut uitium; ut reſpirare, ſomniare, nutriri, creſcere, in ſomno moueri, & ambulare: Quocirca falſo Turiſanus conſtituit ſomno ligari operationes ſenſus, & motus; & omnino functiones uirtutum cognoſcitiuarum; phantaſiam etenim, quæ ſenſus eſt interior, & uirtutē

motri-

Digitized by Google

A *motricem non ſemper in ſomno quieſcere, ſed multoties*
operari apertiſsime demonſtrant inſomnia, & ambu-
lationes dormientum: verum animæ rationalis facul-
tates item ſomno haudquaquam ligari probant riſus in
ſomno; hæ nanque functiones omnes non raro contingũt
dormientibus, ſæpiſsime autem pueris; quod aliquan-
do animaduertit Ariſtoteles, dum etiam clare teſta-
tur facultates ſenſitrices exteriores in ſomno ſuo mune-
re fungi poſſe, ſuaſque exercere operationes, vt in vi-
B *gilia contingit, ac ſine ſomnio, inquit enim hoc pacto,*
Quum pueri vigilant non rident, quum dormiunt ridẽt; 5. de gen. an
interdum etiam lachrymant: Accidit dormientibus eti- c. 1.
am animalibus ſenſus, non modo quæ ſomnia uocantur,
ſed etiam præter ſomnia, vt ijs qui dormientes reſurgũt,
& quidem pleraque agunt ſine ſomnio: ſunt enim qui
dormientes reſurgant, & ambulent, videntes eo modo,
quo qui vigilant: ijs enim ſenſus accidentium contin-
git, quanquam non vigilantibus, tamen non vt ſomni-
C *um: Hæc Ariſtoteles, quæ fuſius etiam nobis explican-* vid. lib. 3. c. 5.
da ſunt infra commodiori loco. Intellectum vero ſomno
quoque non ligari quominus obire valeat ſuas operatio-
nes, compertiſſimum eſſe poteſt vnicuique tum ex riſu,
& lachrymis puerorũ dormientium, quæ ſunt functio-
nes vitæ humanæ ab anima rationis compote prodeun-
tes; tum etiã ex ijs, quæ hac de re adnotauimus alias in lib. 3. cap. 5
libris De Ortu Animæ Humanæ; *tũ demũ ex Ari-*
ſtotele alicubi aſſerente in ſomno facultatem ſenſitiuã, 2. mor. eud. c. 1.
& concupiſcentem, ad nutricis differentiam, eſſe imper-
fectio

Digitized by Google

fectiores; phantaſiam vero Sapientum efficaciorem, niſi morbo, aut alio quopiam malo præpedita fuerit: vbi ſane per phantaſiam ſapientum intelligi debet Intellectus; Alioquin vulgaris phantaſia & eſt ſenſitiua facultas, & in ſomno efficacior eſt, vehementioreſque habet operationes, ſiue agitationes in pueris, & morbis, et animi perturbationibus, quam in ſapiētibus, in bona valetudine, atque animi tranquillitate; terribilia nanque, ac magis crebra inſomnia patiuntur pueri ſapientibus, ægroti ſanis, & turbati animo tranquillis; ſomnia uero ſunt opera phantaſiæ: at modeſtorum, & ſapientum uirorum mentes in ſomnijs Ariſtoteli meliora viſa percipiunt, ſiue melius diuinantur, meliuſque veritates aſſequuntur, quam Intellectus prauorum, & ignauorum, ac etiam deſipientium: Somnus itaque a Turiſano male conſtituitur ligare, ac impedire omnes facultates animæ, vna excepta nutritoria, quominus obeant proprias operationes, ac proinde, quum ſomnus dicatur vitæ dimidium, uitam eſſe operationē: Quin etiam dicens Ariſtoteles ſomnum eſſe uitæ otium, non operationem, haud negat in ſomno poſſe actiones obiri, ut putat Aduerſarius; ſed hoc ſolum ſignificat quod eſſentia ſomni, quantum ſit ratione ſui, conſtituta eſt in otio, neque reſpicit neceſſario, aut per ſe primo actiones, licet hæ in ſomno edi ualeant. Quod ulterius adducitur, uiuere eſt continuus actus uiuentis nullo modo interceptus; ſi ergo aliqua eſt animæ operatio non intercepta, dum anima ineſt corpori, ea proculdubio prīcipaliter, et

1. æthic. c. vlt. 30. ſect. probl. vlt.

maxime

A maxime dicitur vita; ſed talis operatio eſt ſola nutritio; ergo nutritio ſola vere eſt vita, multas ob cauſſas reprobatur; nam primo loco etſi vita ſit quid in viuente continuum, & non interceptum, haud tamen eſt actus viuentis, vt oſtendimus; quare falſa eſt aſſertio prior, qua dicitur vita eſſe actus viuentis. Deinde falſum eſt aſſumptum; nutritionem ſcilicet in viuente penitus eſſe continuam, & nullo modo interceptam; nam plerunque adoleſcentes in ætate augumenti, ubi vehementi aliqua
B paſſione animi diu multúque ſolicitentur, vt puta odio, vel amore, vel mæſtitia, vel alia id generis, non modo augumentum, ſed nutritionem quoque multoties intermittunt; cuius illud eſt ſignum euidentiſſimum, quia illorum corpora in ijs affectionibus contabeſcunt, nec debitum augumentum ex aſſumpto cibo ſuſcipiunt, ſecus ac faciant ſedatis affectibus; id enim propterea contingit, non quia iſtæ paſſiones magis abſumant noſtræ ſubſtantiæ, quam alimentis inſtauretur, & corpori ad-
C iungatur, quippe in affectibus animi multum imminuitur caloris innati, qui viribus refractis, & languentibus parum ſubſtantiæ abſumere poteſt; ſed quia in homine, vt alias abunde oſtendimus, nutritio, & augumentum pertinent ad facultates animæ vegetalis, quæ in eodem homine ad ſentientem relata quum habeat rationem materiæ ad ſui formam; quumque materiæ ſecundum ſe proprium ſit pati, nec aliquid agere ualeat niſi adiuta à forma ſua, ideo vegetalis anima in nobis nihil operatur niſi à ſenſitrice gubernetur; perinde ac

De ort an. hu.

uſque ſentiens in homine ſuo munere fungitur niſi ab intellectrice fuerit adiuta; vnde fit ut anima ſentiente, aut rationali vehementius occupata circa obiectum aliquod, ut in magnis animi paſſionibus, conſuetum auxilium vegetali animæ intercipiatur; & iccirco hæc à ſolitis officijs ſæpe deſiſtere cogitur, ac nutritionem, aliaque ſui munia multoties intermittere; quocirca emaciatur corpus, & contabeſcit calor, ac omnia languent. Poſtea longe à ratione abeſt ſolam nutritionem in viuentibus eſſe actionem continuam, & penitus non interceptam; quum reſpiratio non minus continua ſit, ac non interrupta functio in uiuente, quam nutritio; immo etiam magis, ſi credendum eſt Hippocrati alicubi ſcribenti hominem aliquando uacare poſſe ab omnibus alijs operationibus, præter quam à reſpiratione: quare ſi uita dicenda eſt eſſe illa operatio uiuentis, quæ continua eſt, ac nullo modo intercepta, ea potius dicenda eſt (in homine potiſſimum) reſpiratio, quã nutritio; quia ſola reſpiratio eſt actio reuera nutritione minus interceptibilis: Quo ſenſu alibi dixerat etiam Hippocrates animam hominis, hoc eſt ſpiritum, ſeu reſpirationem, hanc enim antiquitus animam uocabant; animam inquit hominis produci, ſeu protrahi, & continuari uſque ad mortem; qui ſane ſpiritus, animæ uocabulo appellatus, ſi efferbuerit, una cum morbo etiam corpus depaſcitur; certum eſt enim animam proprie non poſſe feruorem concipere, & corpus depaſcere; proinde Hippocratẽ per animæ uocem ſignificare ſpiritum, ſeu reſpirationem,

[Margin: A; B; C; lib. de flatib.; 6. epid. ſect. 5.]

A nem, aeremue inſpiratum, aut etiam calorem Cordis, qui ferueſcere poteſt, & feruens corporis ſubſtantiam conſumere: cui calori deſeruiens reſpiratio ſola inter omnes operationes continuari poteſt uſque ad mortem: quamuis hoc etiam perpetuum, neceſſariumue non ſit ex Ariſtotele, qui ab Hippocrate hac in re diſſentiens ait aliquando dari facultatem uiuendi, etiamſi deſit reſpiratio: quod adnotauit etiam Laurentius noſtra tempeſtate illuſtris Anatomicus, reſpirationem ſcilicet non 1. Hiſt. cap. 11.
B eſſe homini ad uitam abſolute neceſſariam, uerum & hac de re infra ſuo loco latius. Quod autem proponebat deinde Turiſanus, ſi mors eſt corruptio uiuentis, ergo uita eſt ſicut generatio quædam; ſed altio eſt quædam generatio, per quam generatur caro, uel os, ergo uita eſt nutritio, ideo ſoluitur; quia mors ut motus, & mutatio quædam, quæ dicitur corruptio uiuentis, quum ſit mutatio totius nullo remanente ſenſibili, ut ſubiecto eodem, haud opponitur nutritioni, quæ reuera non eſt ge-
C neratio, in qua producitur nouum ſuppoſitum, ſiue indiuiduum ad originem nouæ formæ per nutritionem ſiquidem non exoritur noua forma in alimento, neque ex eo nouum ſuppoſitum: ſed forma, quæ præexiſtebat in ueteri ſuppoſito, id eſt in corpore nutriendo præexiſtente, illa eadem numero communicatur, ac impertitur adiuncto ſibi alimento, quare nutritio ab Ariſtotele uocatur, non quidem generatio ſimpliciter, ſed cum particula diminuente generatio quædam: Atque hoc illud eſt, quod inquit Ariſtoteles, augumentum fieri ſecundum for- 1. de gen. 38. & 41. 1. de gen. t. 35. & 37.

S 2 mam,

mam, non ſecundum materiam; quoniam forma eadem numero permanet ſemper in uiuente; materia uero nunquam in codẽ ſtatu permanens in continuo ſemper fluxu uerſatur: At in uera generatione forma eius, quod fit, non præexiſtit ullo modo eadem numero ante generationis actum; generatio ergo illi corruptioni oppoſita, quæ mors appellatur, non poteſt eſſe nutritio; ſed erit proprie totius uiuentis cõſtitutio, quæ peculiari nomine uocatur origo, ſiue ortus; recta nanq; diametro inter ſe opponuntur ortus, & interitus, tãquam generatio, & corruptio; & hac ratione uita non eſt nutritio. Verum eſto, diſputationis gratia, mors oppoſita nutritioni, tanquam corruptio generationi, non tamen propterea ſequitur uitam eſſe nutritionem; ſiquidem generatio & corruptio, ſiue ortus & interitus, ad inuicem opponuntur ut cõtraria, non ut habitus, & priuatio; ſed uita, et mors inter ſe opponuntur priuatiue, non ut contraria; mors itaq; quum ſit per ſe primo priuatio eſſe uiuentis; eſt etenim mutatio de eſſe uiuens ad nõ eſſe uiuens; profecto uita erit ipſum 2. de an. 2. 37. *eſſe uiuentibus, quod aliquando ſcripſit Ariſtoteles, non autẽ nutricatio, quæ eſt quid conſequens huiuſmodi eſſe uiuentis. Quod autẽ in hac difficultate ſerio dicendum puto, illud eſt, mortẽ in duplici oppoſitionum ſpecie reperiri, nimirũ in contrarietate, ac illi tunc opponitur generatio uiuẽtis, quã uocamus ortũ, quo uiuens cõſtituitur in eſſe; quũ mors ſit corruptio uiuentis, quã appellamus interitũ, quo uiuẽs ſuũ eſſe deperdit, atq; ab entiũ numero deletur: ſed in oppoſitionis altera ſpecie morti, ut priuationi,*

A *uationi, vita opponitur, veluti habitus; nutritioni aūt propriè mors nō eſt oppoſita vllo modo; quare hinc probari nequit vitam eſſe nutritionē. Quod vero poſterius* 2. de an. t. 36 *adducitur in veſtibulo ſecundi de Anima Philoſophū dixiſſe vitam eſſe nutritionem, tenue ſatis eſt argumentum; quoniam idem Ariſtoteles paullo infra teſtatur* 2. de an. t. 11. *ſe ſupra rudiori formula philoſophatum: Immo neque multum fauet Aduerſario locus allegatus exiſtimanti Vitam eſſe meram Nutritionem, quum clare*
B *ibi Ariſtoteles aſſerat vitam eſſe non ſolum nutritionem, ſed augumentum quoque, & decrementum. Quod tandem affertur ex Ariſtotele, vitam ineſſe omnibus uiuentibus,* 2. de an. t. 16. *hoc eſt, omnibus uegetantibus ab anima vegetatrice, verum eſt quidem, ſed inde colligi non poteſt vitam eſſe nutritionem, at potius ipſum eſſe; quum non omnia viuentia nutriantur, veluti ſemina, & alia; omnia vero ſint; quare ab anima vegetatrice omnia vegetantia habent hoc vt ſint, non ut nutriantur; ex quo*
C *ſane ſequitur vitam non eſſe nutritionem, ſed ipſum eſſe viuentibus, vt ait Ariſtoteles: ab anima uero* 2. de an. t. 37. *vegetatrice viuētibus omnibus, hoc eſt vegetalibus vniuerſis ineſſe ipſum eſſe non negabit ille, qui concedit animam eſſe formam viuentis, & formam omnem dare eſſe, ſiue conſtituere in eſſe id, cuius dicitur eſſe forma.*

Amplius allata Philoſophi autoritas nihil Turiſano prodeſt, tum quia in ea vtitur Ariſtoteles vocabulo viuentium, non vniuerſaliter, ſed ad ſignificanda ſola vegetabilia, ut contradiſtincta ab animalibus; quæ

mox

mox viuere ſubdit, ac ineſſe cōſtitui per ſenſum primos: A
quæ loca diligētius infra etiam expendemus: tum quia
ſi viuere ſit operari, quum vegetantibus, aut etiam vi-
uentibus ab anima vegetali non ſolū inſit nutritio, ſed
etiam augumentum, & ſobolis propagatio; dubio procul
ex eo, quod Ariſtoteles dixerit omnibus vegetabilibus
ineſſe ipſum viuere propter animam vegetalem, haud
minus colligi poteſt vitam eſſe augumentum, aut ſobolis
generationem, quam nutritionem. Cæterum ſi volue-
rit quiſpiam obſtinate contendere loco citato Ariſtote- B
lem, per nomen vitæ ſignificare operationem, ac omnino
nutritionem, vbi rationem aliam non adducat, dice-
mus Ariſtotelem tunc de vita philoſophari non exa-
a.de an. t. 3. *ctius, quam prius, dum vitam dixit eſſe nutritionem*
ex ſe, augumentum, decrementumque; ideſt, rudiori ſti-
a.de an. t. 11. *lo, & ſatis craſſa minerua, vt ipſe Ariſtoteles mox ad-*
monet. Non eſt itaque ſententia Turiſani multum
firmis munita propugnaculis.

C

Nona Opinio Pernumiæ iudicantis vitam eſſe ſupremam totius animæ operationem, quaſi cumulum omniū actionū animæ. Cap. XXVI.

SEd longe aliter de vita philoſophatur Pernu-
mia, vir ſatis eruditus, qui in ſua Phyſiolo-
lib.4.cap.2. *gia ſcriptum reliquit vitam eſſe analogum*
quid ad omnes operationes animæ, quaſi vita ſit prima,
& ſuprema totius animæ operatio, ſiue cumulus omni-

um

A *um operationum animæ; ait enim, Vita eſt ſumma, ac ſupprema totius animæ operatio; cuius quidem cognitio manifeſta nobis fiet, ſi procedamus ex cognita natura animæ, quum operationes ſequatur eſſentiam, & qualis eſt eſſentia, talis etiam ſit eſſentiæ operatio. Porro quũ anima in vniuerſali, prout dicitur de omnibus ſpeciebus animarum, non ſit vniuoca, ſed analoga; analogo autem non correſpondeat aliqua natura diuerſa a ſpeciebus analogatis: ſed in ſpeciebus totum ſuum eſſe habeat:*

B *ſequitur igitur quod ipſa animæ operatio, quæ vita appellatur, analoga erit, & quod non erit diſtincta a ſpecialibus animæ operationibus, ſed nutrire, augere, ſentire, intelligere, vt ait Philoſophus, erunt viuere: ac vita nihil aliud erit, quam vnitas, & communitas omnium animæ operationum ſimul; vnde non immerito Ariſtoteles omnes animæ partes, & facultates ſigillatim enumerans vitalem omnino, tanquam nulla ſeorſum eſſet, prætermiſit; vitam nutritione definit, & hoc*

C *quod quouſque vita erit, nutritio quoque perſtabit, hac autem deficiente, vita pariter tolletur; quare quum idẽ ſint, vt ait Philoſophus, vita, & nutritio, viuere, & nutriri; ergo eademmet facultas, quæ corpus alit, eadẽ quoque vitam tuebitur; ergo recte vis naturalis, & vitalis eædem erunt. Quum igitur non ſit ponenda vita in certo numero, vt contra alias diſtinguatur, quum omnibus ſit communis, nec aliud ſit uita, quã actionum omniũ unio, et cõmunitas; ſequitur igitur præter rationẽ, ac neceſſitatem Galenum poſuiſſe vitam prouenire ab*

vna

vna animæ facultate diuerſa a facultatibus ab Ariſtotele enumeratis, quam facultatem vitalem appellauit. A

de vit. conſer. c. 25. *Hæc de natura vitæ in vniuerſum habentur a Pernumia; cōſimilia vero ab Albertino Bottonno ſcribēte vitam eſſe totius animæ genericam, & indefinitam operationem, & omnino communionem quandam omnium operationum animæ.*

Examinatur allata opinio, monſtrando vitam nō eſſe cōmunitatem, ſiue cumulum omnium actionum animæ. Cap. XXVII. B

QVIBVS *Doctoribus hac in re proculdubio & illa refragātur apertiſſime, quæ ſupra in medium adduximus argumēta oſtendentia vitam nullo modo eſſe actionem, ſiue functionē, ac omnino de genere accidentis: ſed alia nonnulla etiam addere licebit peculiari ratione infringentia propoſitam opinionem;* C

2. de an. t. 24. *quorum primum eſt, quoniam definiens alicubi Philoſophus animam eſſe principium quo primo uiuimus, & ſentimus, & loco mouemur, & intelligimus, apertiſſimū conſtituit intereſſe diſcrimē inter uitam, ſeu uiuere, & operationes animæ tū ſenſualis tum rationalis: alioquin definiens animam ſat habuiſſet dicere illam eſſe principium quo primo uiuimus, ſi uita eſſet cumulus omnium operationum animæ; aut ſaltem qua ratione in definitione animæ mentionem facere debuit de ſenſu, ac*

motu

Digitized by Google

A *motu, & intellectione; quæ ſunt operationes animæ ſentientis, ac rationalis; pari ratione in eadem illum meminiſſe oporteret nutritionis, augumenti, & propagationis; quæ ſunt operationes prodeuntes ab anima vegetali. Deinde vero actiones omnes animæ non ſemper obeuntur ſingulæ; ſed nunc pauciores, nunc autem plures eduntur; aliquando enim ſolas vegetales operationes admolimur, vt plerunque in ſomno; aliquando ijs addimus & ſenſuales, & intellectrices, vt quandoque in*
B *ſomno, ſed frequentiſſime in vigilia, quod vnuſquiſque quotidie in ſeipſo experitur: Si ergo vita eſſet cumulus omnium operationum ab anima prodeuntium; quum huiuſmodi operationes modo augeantur, modo imminuãtur & quoad numerum, & quoad intenſionem, ac remiſſionem: ſuſcipere nanque poſſunt magis & minus, labefactantur ſæpenumero, nec vnquam in eodem tenore ſeruantur; id quod uel in ſenſuum operationibus eſt euidentiſſimũ; profecto aſſerendum eßet uitam quo-*
C *que ſuſcipere magis, & minus, neque in eodem gradu ſemper conſiſtere; quare Socrates eſſet magis viuens quam Plato, qui minores, ſeu pauciores cæcus exiſtens, vel ſurdus, caſque remiſſiores, ſiue languidiores edit ſenex vitæ operationes: Immo idem nunc eſſet proprie magis viuens vigilando, quam prius dormiendo, & in negotio degens quam in otio; neque vllus homo eſſet ſemper æque viuens in toto ſuæ vitæ curriculo; quæ omnia falſa ſunt: vita ergo non eſt cumulus omnium operationum ab anima prodeuntium. Tertio quum ſæpenu-*

mero contingat vt idem homo nunc ſolum obeat eas A
operationes, quæ per ſe primo proficiſcuntur ab anima vegetatrice; quod in ſomno multoties fieri ſolet; aliquando uero ijs addat illas, quarum principium immediatum eſt anima ſentiens, ut in vigilia olfaciendo flores; aliquando etiam his adiungat eas, quæ proxime pendent ab anima rationis compote, vt dum ſcribit epiſtolam; quumque, ſi uita nihil aliud eſt in uniuerſum, quam cumulus omnium operationum animæ, neceſſario aſſerendum ſit vitam vegetalem eſſe communionem B
illarum duntaxat operationum, quibus origo eſt proxime ab anima vegetali; uitam vero brutalem eſſe cumulum earum operationum, quæ per ſe primo emanant ab anima ſentiente; uitam denique humanam eſſe communitatem omnium operationum, quæ immediate proueniunt ab anima intellectiua, ſiue humana; ſane contingeret hominem iam in lucem editum non ſemper uſque ad mortem uiuere uitam hominis, ſed modo uitam plantarum, modo vitam brutorum animalium, modo uitã C
hominis propriam; & hoc ſine ulla ratione ordinis, ita ut nunc a uita uegetali tranſeat ad humanam immediate, nunc ab humana ad brutalem, nunc uero ad uegetalem, nunc item à vegetali ad brutalem, prout uarie, ac promiſcue nunc à uegetalibus operationibus ſe ſe trãs fert ad humanas, nũc ab humanis ad uegetales, aut ad animales, nunc à brutalibus ad rationales, aut ad uegetales; ſed hominem natum (licet in eo uarient infinities operationes) tot modis poſſe uitam uariare tã eſt impoſſibile,

A *bile, quum neceſſarium ſingulos homines ab ortu uſq; ad interitũ uiuere uitam humanam, nunquam uegetalem ſolã, aut brutalem: Non eſt ergo uita generatim commu nio cunctarũ operationum animæ. Amplius conſtitutũ* 6.top.c.1. loc.73. *eſt equidem alicubi ab Ariſtotele uitã non eſſe quid uniuocum; ſed hoc nõ quia ſit operatio analogice communis ad omnes operationes animæ, quod exiſtimant Aduerſarij; uerum quia uita eſt natura quædã cõmunis animalibus, & plantis, ut uidebimus infra ſuo loco. Tan-*

B *dẽ quũ actiones uiuentis, quarũ hic mẽtio eſt apud Aduerſarios, ſiue ſeorſum conſiderentur, ſiue coniunctim, habeant neceſſario ſuum eſſe in fieri: profecto in ijs conſiſtere nequit ratio uitæ, ut quæ teſtimonio Ariſtotelis eſt* 1.de an.c.37. *eſſe uiuentibus; uiuentibus eſſe permanens quum ſit, ac ut aiunt, in facto eſſe, non in fieri; quod cuique eſt apertiſſimum. Non eſt igitur uita in uniuerſum actio, ſiue cumulus omnium operationum animæ, ut exiſtimant Pernumia, & Bottonnus.*

C Soluuntur allatæ rationes à Pernumia, oſtẽdendo analogi eſſe vnam naturam communẽ aliquo modo diſtinctam ab analogatis, & vitam non eſſe analogum commune ad omnes operationes animæ. Cap. XXVIII.

SED *præterea ſi expendãtur argumenta, quibus Aduerſarius propriam opinionem adſtruere conatur, ea certe neceſſitatem nõ habere uidebuntur: Quod etenim primo loco affertur, ana-*

logum non eſt natura diſtincta à ſpeciebus analogatis; anima eſt analogum; ergo anima non eſt quidpiam diſtinctum à ſuis ſpeciebus; ulterius huic proſyllogiſmo additur, omnis actio proportione riſpondet eſſentiæ illi, cuius eſt actio; ſed uita eſt operatio animæ; igitur uita eſt analogum quid ad omnes operationes animæ à nulla earum diſtinctum, ſed quaſi unio, & cumulus omniū operationum animæ; non una ratione tollitur; In primis enim haud eſt ita planum, quod gratis aſſumitur, analogum non eſſe ullo modo naturam diſtinctam à ſpeciebus analogatis; nanq; de analogo Ariſtoteles ipſe paßim format definitionem communem, ac diuerſam à definitionibus ſingularum ſpecierum analogatarum; quod ſane fieri non poſſet, niſi analogum poneret uniuerſalem naturam aliquo modo diſtinctam à ſpeciebus analogatis, de qua formari poſſet diſtinctus conceptus, & diſtincta definitio: Ariſtotelis aūt propoſita ſententia clara eſt tū in aßignanda definitione Naturæ diſtincta à definitione materiæ, & formæ ſigillatim, quæ ſunt ſpecies analogi huius, quod appellatur Natura; tum in definiendo Motu generatim definitione diſtincta à ſpeciali definitione uniuſcuiuſq; ſpeciei motus, nēpe alterationis, lationis, augumēti, & decrementi; adde etiam generationis, & corruptionis; quibus certe Motus eſſe nequit cōmune uniuocum; nam uel ex Ariſtotele pertinent ad diuerſa Prædicamenta; tū demū in adſcribēda definitione Animæ in cōmuni diſtincta prorſus à definitione animæ uegetalis, ſenſitricis, & rationalis, ſiue humanæ; quæ ſunt

2. phyſ. t. 3. 10. 12. 21. & 28.

3. phy. t. 6.

1. de gen. t. 23. & ſeq.

3 phy. t. 4. & 5.

Species

A *ſpecies eius analogi,quod uocamus Animã;Anima enim generatim ab Ariſtotele definitur eſse actus primus cor-* 2.de an.t.6.
poris phyſici organici , hoc eſt , potentia vitã habentis;
vegetalis uero eſſe principium quo primo viuunt omnia 2.de an t.16.
vegetabilia , ſiue principium conſeruatiuum indiuidui 2.de an. t. 47.
alimento , ſeu potius principium generatiuum noui ui- 2.de an.t.49.
uentis in eadem ſpecie:ſenſualis autem principium pro- 2.de an.t.16.
pter quod primo viuunt animalia bruta , ſiue princi-
pium quo animal percipit ſenſibilia recipiẽdo in ſe illorũ 2.de an.t.62.
B *ſimilitudines ; Rationalis quidem aliud genus animæ,* 2.de an.t.21.
quod ſolum poteſt ſeparari, tanquam perpetuum a cor-
ruptibili, ſiue quod definiendum ſit a Metaphyſico;Hu 2.phy.t.26.
mana demum, quæ natura compoſita eſt ex vegetali,
ſentiente,ac rationali, definitur eſſe principium quo pri- 2.de an.t.24.
mo uiuimus,& ſentimus,& mouemur,& intelligimus: Quæ omnes definitiones ſigillatim diſtinctæ quũ ſint ab inuicem,clare demonſtrant analogi eſſe vnam naturam communem aliqua ratione diſtinctam ab omnibus ana
C *logatis ſeorſum acceptis;vt fuſius etiam ſupra in Theophilum adnotauimus. At vero conceſſo etiam diſputandi gratia toto illo proſyllogiſmo , quo Pernumia probare nititur Animam eſſe analogum non diſtinctum a ſuis ſpeciebus, ad ſecundum argumentum dicimus in minori propoſitione gratis aſſumi vitam eſſe operationẽ animæ , id enim apud nos indiget aperta confirmatione; nam ſicut ex ſuperioribus conſtat vitam eſſe ſubſtantiam, & nullo modo actionem, aut in accidentium coordinationibus . Amplius tale genus ratiocinij eo no-*

mine

Digitized by Google

mine quoq; damnatur, quoniam eadem prorſus ratione mihi etiam licebit demonſtrare nutritionem non eſſe operationem animæ diſtinctam a ceteris, ſed quaſi cumulum omnium operationum animæ, dicendo ſcilicet, omnem operationem proportione reſpondere illi eſſentiæ, a qua proficiſcitur; nutritionem vero eſſe operationem ab anima prodeuntem: ac proinde ſicuti anima eſt analogum quid commune complectens omnes animarum ſpecies, ita nutritionem analogum quid eſſe ad animæ operationes vniuerſas, & quaſi cumulum earum omnium; quod tamen eſt falſum penitus, iudice vel Aduerſario; ſed vitium eſt in diſcurſu, qui peccat per falla-ciam a ſimpliciter ad ſecundum quid; nanque anima ſimpliciter, ac generatim conſiderata eſt analoga; quod affirmari non poteſt de quauis anima ſpeciatim; Pari ratione operatio animæ generatim, & in vniuerſali analoga eſt ad omnes operationes animæ; id quod aſſerere non poſſumus de nutritione, aut quauis alia ſpecie operationum animæ. Quod autem deinde aſſerit Pernumia Philoſophum enumerantem partes, ac facultates, ſeu etiam operationes animæ, iccirco de vita mentionem non habuiſſe, quia vita non eſſet quidpiam diſtinctum ab enumeratis, ſed analogum commune ad eas omnes, quas recenſuit; non concedimus, exiſtimantes Ariſtotelem potius tunc ideo vitæ non meminiſſe, dum numeraret partes, ac facultates, & operationes animæ; quia reuera vita non eſt pars, neque facultas, neque actio, neque functio animæ vllo modo; ſed quid alterius gene- A B C

ris

A *ris, vt oſtendetur ſuo loco. Quod ſubiungit Pernumia Ariſtotelem definire vitam nutritione, atque idem eſſe viuere, ac nutriri; neque ſatis firmo nititur fundamēto neque Aduerſario ſuffragatur, ſed potius illi apertiſſime repugnat; ſi quidem alicubi definire videtur Ariſtoteles vitam eſſe nutritionem; argumentum tamen ductū ab eo loco magnifaciendum non eſt, quoniam ibi pingui Minerua, & rudiori formula ſe philoſophatum fuiſſe paullo poſt aperte confitetur idem Ariſtoteles: Et certe* 2.de an.t.3 2.de an.t.11.

B *quomodo dicere vnquam poſſumus ſerio ibi Ariſtotelem definire vitam per nutritionem, qui alibi reprehendit Dionyſium eo quod vitam nutritione definiuerit? Ceterum ſi demus Aduerſario, diſputandi cauſſa, vitam eſſe nutritionem; quum nutritio ſit actio peculiaris a reliquis omnibus animæ functionibus contradiſtincta; quomodo vita dici poterit eſſe analogum quid commune operationum genus ad omnes animæ functiones, non autē quidpiam ab eis diſtinctum? Quod autem poſtremo* 6. top. c. 2. loc.73.

C *affertur argumentum, Eadem facultas corpus alit, & vitam tuetur; ergo vita, & nutritio ſunt vnum, & idem; neceſſitatem non habet vllam; quandoquidem ab vna, & eadem facultate plura fieri, & oriri poſſunt valde inter ſe diuerſa; Ecce facultatem vegetatricem, quæ nutrit, quæ corpus auget, , quæ generatione ſobolis etiā propagationi conſulit; non tamen propterea idē ſunt nutritio, augumentatio, & ſobolis propagatio, iudice vel Momo. Non eſt ergo veritati conſentanea ſententia de vitæ natura, quæ proponitur a Pernumia, & Bottonno.*

Decima

Digitized by Google

A

Decima opinio Buccaferrei exiſtimantis vitam eſſe commune quid analogū ad animæ eſſentiam, operationes, & permanentiam ſiue participationem. Cap. XXIX.

BVCCAFERREVS *autem, in ætate ſuperiori Philoſophiæ lumen præclarū, arbitratus eſt vitam eſſe analogum quid commune ad eſſentiā animæ, prout dicitur actus primus, ad animæ operationes, & ad animæ permanentiam, ſiue ad primā eius participationem in calido naturali; ait enim, Quū autem tripliciter ſumatur vita, quia primo modo ſumitur pro actu primo, ideſt, pro anima ipſa; & ſecundo de anima vita viuentibus eſt eſſe animæ: ſecundo modo aſſumitur pro actu, & vigilia: tertio modo ſumitur vita pro eo, quod eſt prima participatio in calido naturali, & eſt permanentia; vita tertio modo ſumitur hic in propoſito; quærit ergo nunquid cōplexio ſecundum ſui tēperamentum ſit cauſſa longitudinis vitæ, & infra ſubiungit quod vita eſt participatio animæ in calido, ideſt anima primo participata; & hic ſumitur vita pro anima, quæ eſt actus primus. Hæc autem ea illa ſunt omnia, quæ de natura vitæ a Doctiſſimo Buccaferreo litterarum monumentis commendata fuere, qui totam hanc doctrinam mutuatus videtur a D. Thoma ſcribente hunc in modum, Vita autem, ſecundum quam* B C

l ect. 11. in lib de long. & breu. vit.

lib. de inſpir. & exp. lect. 11

de iu. ſeu vit mor. reſp. lect. 17.

primo

A *primo viuunt viuentia, quæ ſunt hic, eſt permanentia* de iu ſen. vit. mor. reſp. lect. 17.
huius partis animæ nutritiuæ cum calido ſibi proportionali. Dicitur autem vita vno modo idem quod anima; alio modo idem quod exiſtentia ipſius in corpore; tertio modo dicitur vita operatio procedens ab ipſa anima. Si vita ſit idem quod anima, ſic vita non eſt permanentia formaliter, ſed principium eius; ſi ſit idem quod exiſtentia, ſic eſt permanentia formaliter, & eſt definitio formalis; ſi ſit idem quod operatio, ſic eſt effectus exi-
B *ſtentiæ, & tunc datur definitio per poſterius ſecundum naturam, prius tamen quoad nos.*

Reprobatur propoſita Buccaferrei, ac D. Thomæ ſententia, oſtendendo quomodo vita ſit analogum quiddam ex Ariſtotele. Cap. XXX.

QVÆ quidem opinio ſi diligentius expendatur, metam hac in re certe haud attigiſſe comperietur; quoniam ante om-
C *nia uita in vniuerſum eſt analogum quiddam apud Ariſtotelem, non vt* 6. top. cap. 2.
cenſuit Buccaferreus, commune ad animæ actum primum, ad eius operationes, & ad animam primo participatam; ſed commune ad animalia, & plantas; ad animalia inquam tum immortalia, cuiuſmodi ſunt cæli, tum etiam caduca, vt noſtratia hæc elementaria; ſcribente Ariſtotele commune id, quod neceſſe eſt vt habeat 4. de plant. c. 1.
cæleſte animal perfectum cum hiſce noſtratibus dimi-

V *nutis,*

Digitized by Google

nutis, eſſe ipſammet vitam; quum illud apertum ſit, A perpetuis, & caducis nihil dici poße commune vniuocum: Qua quidem in re ab Ariſtotele non diſſentit Plo-
En.1.lib.4 c.3. tinus apertiſſime ſtatuens vitã eſſe cõmune quiddã analogice conueniens plantis, & animalibus. Deinde quod ſpeciatim opinatur Buccaferreus cum D. Thoma vitã accipi pro animæ eſſentia, quæ dicitur actus primus, id ea omnia ſibi refragantia habet argumenta, quibus aduerſus Theophilum, & Simplicium ſupra demonſtratum fuit vitam reuera, & proprie non eſſe animæ ſub- B ſtantiam, ſed aliud quidpiam longe diuerſum. Conſi-
Vide lib.3.c.8. 9 & 10. militer dum vterque ait vitam eſſe animæ operationẽ, quæ dici conſueuit actus ſecundus, illa omnia reluctantia ratiocinia ſibi obtinet, quibus toties ſupra monſtrauimus vitam vere non eſſe actionem, neque accidens omnino, ſed quiddam ex genere ſubſtantiæ. Ceterum in eo etiam, quod ait vlterius Buccaferreus, vitam eſſe participationem animæ in calido, ideſt, animam primo participatam; & tunc ſumi vitam pro anima, quæ eſt C actus primus; non bene ſibi ipſi conſtat ab initio dicenti vitam tripliciter ſumi, primo modo pro actu primo, ideſt, pro anima ipſa; ſecundo modo pro actu, & vigilia; tertio pro eo, quod eſt prima participatio animæ in calido naturali; Quibus apertiſſime conſtat Buccaferreum diſtinguere tertium vitæ modum, qui dicitur prima participatio animæ, à primo modo, qui dicitur actus primus; quos modos poſtremo confundit in vnum dicens vitam eſſe participationẽ animæ in calido, ideſt,

animam

A *animam primo participatam; & hic ſumi vitam pro anima, quæ eſt actus primus. Quod vero tandem affertur à D. Thoma, ſi vita ſit operatio, ipſam fore effectum exiſtentiæ, ac definiri definitione tradita per poſterius ſecundum naturam, & prius quoad nos, ab Ariſtotele dicente ipſam eſſe permanentiam vegetalis animæ cum calore, ſuſpectum eſt ſatis; falſum eſt enim permanentiam animæ cum calore poſteriorem eſſe ſimpliciter, quoad nos vero priorem ipſa operatione animæ:* B *falſum & illud eſt definitionem vllam tradi poſſe per poſteriora natura, & priora nobis, veluti fuſe demonſtratur infra. Non eſt ergo tuta opinio Buccaferrei, ac D. Thomæ de vitæ natura.* Cap. 51. & 52.

Soluuntur argumenta à Buccaferreo propoſita. Cap. XXXI.

C IMMO *neque admodum firmis communita eſt argumentis Buccaferrei, ac D. Thomæ ſententia; Quod enim primo loco afferebatur ex ſecundo de anima, vita viuentibus eſt eſſe animæ, ergo vita eſt anima in actu primo, ſiue animæ ſubſtantia; ſoluitur eo quia gratis, & pro voluntate addita eſt verbis Ariſtotelis particula iſta, Animæ; Philoſophus etenim loco allegato ſic ait, Ipſum viuere uiuentibus eſſe eſt. cauſſa autem, & quæ ſequuntur: at vero ipſum eſſe viuentium haud continetur ſola eſſentia, ſimplici-*

Digitized by Google

que animæ ſubſtantia; ſed anima, & corpore ſimul; A
quemadmodum ſupra monſtrauimus tum ex eo, quod
in definitione viuentis, quæ totam definiti eſſentiam
explicare debet, non ſat eſt formæ ſolius meminiſſe, o-
2 phy. t. 21. miſſa materia, ex Ariſtotelis animaduerſione; tum
etiam quia inter viuentia homo interit, anima ratio-
2. de an. t. 21. nali ſuperſtite, uel ad aures Ariſtotelis: Immo ſi alia
12. meta. t. 17. quæuis anima ſeiungi à corpore poſſet, ſane illa ſuperſti-
te, compoſitum mortem obiret, nulla permanente vita;
tum demum quia vita, quæ competit cælo, vt eſt quid B
aggregatum ex orbe, & Intelligentia, proprie non conue-
nit, neque corpori cæleſti ſecluſa Intelligentia, neque In-
telligentiæ ſecundum ſe conſideratæ. Quod autem ad-
ducebatur poſterius quaſi ex Ariſtotele vitam eſſe
primam participationem animæ in calore, hoc eſt, ani-
mam primo participatam, dilui poteſt quamfacilli-
me, propterea quod nuſquam hoc dixit Ariſtoteles;
De reſp. t. c. 7. quin hoc dicere apertè ſatis Ariſtoteli aduerſatur, qui
aſſerit primam participationem animæ in calore eſſe or- C
tum, ſiue conſtitutionem viuentis, ac generationem
animati; vitam vero aliud quid eſſe definiens, nem-
pe moram, ſiue permanſionem animæ vegetatricis cum
calore; quæ ſane mora, ſiue permanſio animæ longe dif-
fert ab anima morante, ſeu permanente.

Non eſt itaque vitæ natura exacte a Buccaferreo
explicata.

Vnde-

Digitized by Google

A

Vndecima opinio Achillini putãtis vitam eſſe cõmune analogum ad animæ eſſentiam, ad operationes ipſius, & ad eã operantẽ Cap. XXXII.

ACHILLINVS *autem acuti viri ingenij non multum in propoſita contemplatione de vitæ natura a Buccaferreo diſſentire videtur, exiſtimans vitam eſſe*
B *quid commune analogum ad animæ eſſentiam, quæ dicitur actus primus; ad eius operationes, quas nuncupant actus ſecundos; & ad animam, non participatã, aut permanẽtẽ, vt cẽſuit Buccaferreus, ſed operantem, ſiue in actu: Quam opinionem ita profeſſus eſt Achillinus, vt omnia pene loca compilauerit, in quibus Ariſtoteli mentio eſt aliqua de vita; quare vt ea nos diligẽtius examinare poſſemus Achillini placita ad* 3. de orbib. dub. 1.
amuſſim afferenda eſſe duximus: ſcribit ergo, Intẽdẽtes
C *declarare cælũ uiuere, quid ſit vita præaccipiamus. Vita eſt actus uiuẽtis: actus autẽ duplex, actus primus eſt* 2. de an. t. 2. & 5.
forma; actus autẽ ſecundus eſt duplex, vnus eſt forma operans, alius eſt operatio; omnis igitur actus viuentis, ſiue primus, ſiue ſecundus, vita eſt; dummodo ſit actus viuentis in quantũ viuens eſt; non enim calefieri hominis ab igne vita eſt; omnis igitur forma ſubſtantialis, qua viuens viuit, ſiue operetur forma, ſiue non; & omnis operatio illius formæ, vita eſt. ſi igitur formæ elemẽtorum ſint in viuente, illæ non ſunt vita; hoc colligitur

ex

1.de an.com. ult. *ex Auerroe, quia igitur aliqua vita eſt ſubſtantia, & aliqua vita eſt accidens; ideo hoc prædicatum vita, aut viuens poteſt eſſe ſubſtantiale, & accidentale. Quod ſit* A
2.de an.t.37. *ſubſtantiale aliquod viuere probatur ex Ariſtotele, viuere viuentibus eſt eſſe; ergo vita eſt viuentis eſſentia, quia eſſentialis eſt prædicatio in non vltimate abſtra-*
2.de an.t.13. *ctis. Sub hoc ſenſu intelligo Philoſophum diſtinguentem animatum ab inanimato in viuendo, quia eſſentialis eſt eorum differentia per animam; viuere enim com-*
1.æth. c.9. *mune videtur & plantis; vnde vegetabilia per animã vegetatiuam viuunt, & animalia corruptibilia per* B
2.de an t.16. *ſenſum: vita autem multipliciter dicitur, vt ibi Philoſophus, ſcilicet analogica multiplicitate, de vita materiali, & abſtracta; vitam materialem viuentium definit Ariſtoteles eſſe manſionem animæ nutritiuæ in ca-*
de.mor.&ui. *lido naturali; eſt autem manſio anima manens, & manſio animæ eſt anima, quæ operatur, aut operatiua eſt circa nutrimentum, mediante calore naturali, qui eſt ſpiritus, & eſt animæ inſtrumentum ſic neceſſa-* C
de reſpir.in f. *riũ pro eſſe, & pro operari eius, quod Philoſophus dixit uitã eſſe manſionem caloris; & hoc quia vita immediatius in calore eſt, qui eſt ſpiritus; ideo recedente calore impoſſibile eſt animam manere. Huic concordat*
de mort.& ui. *definitio data a Philoſopho, viuere eſt habitus animæ cum caliditate quadam; & tunc intranſitiue legitur, quia uita eſt habitus, qui eſt anima: ipſum autem vi-*
2.de an.t.3. *uens corruptibile definit Ariſtoteles eſſe id quod perſe ipſum alimentum, augumentum, & decrementum habet,*

Digitized by Google

A *bet, ideſt, cuius principium intrinſecum, & eſſentiale eſt actus circa nutrimentum operatiuus augendo, aut minuendo; tandiu enim uiuimus, quandiu nutrimur: Ariſtoteli enim nunquam ceſſat actio iſtius caloris na-* 8 phy. t. 20.
turalis, & quum ceßat, tunc eſt mors; priuatum enim alimento non poteſt eſſe Philoſopho; littera tamen Arabi 2. de an. t. 48.
cæ translationis loquitur de uita pro operationibus, & non pro ſubſtantia animæ; dixit enim Ariſtoteles, & eſt dicere vitam augeri, nutriri, & diminui, quaſi di- 2. de an. t. 3.
B *cat, hæ operationes vita ſunt. Quum igitur Ariſtoteles declaraſſet vegetabilia viuere per animam vegetatiuã,* 2. de an. t. 34.
oſtẽdit quod operationes ſunt alimento vti; Philoſophus igitur ibi declarat uitam ex operatione, ut patet in com. ibi, ideo uita eſt anima. Quum igitur forma eſt in materia, tunc eſt materia in potentia propinqua non abijciente actum, ut forma permaneat in ea, ideo in definitione animæ ponitur corpus habere uitam in potentia; & hæc potentia non abijcit actũ, ut ait Ariſtoteles. In hãc 2. de an. t. 10.
C *ſententiam uenit Ariſtoteles dicens, Hominum genus* 1. meta. t. 1.
arte, & rationibus viuit, ideſt, homines ſuum eſſe ſubſtantiale conſeruant defendendo ſe a neceßitatibus uitam interrumpentibus. Quod autem uita pro operationibus ſumi poßit, adducitur Philoſophus uitam uocans 9 æth. c. 10. & 10. æth. c. 8. 9
operationem, & opus: Pro hoc etiam Aucrroi felicitas & 10.
uita eſt felicitas autem actio eſt; felicitas quædam pra 1. æth. c 9 1. phy ĩ proœ.
xis eſt, eupraxia enim eſt: & Aucrroi cauſſa iſtius 7. polit. 2 Phy. t. 58.
actionis, ſcilicet uitæ, eſt anima: & Ariſt. ait primũ, 2. de an. t 37.
anima nanque pars quædam eſt hominis, in qua primo 2. meta. t. 23.
eſt

9. meta. t. 16. *eſt ipſum uiuere. Deinde ſpeculatio eſt in ſpeculante, & uita in anima; quare & felicitas; uita nanque qualis quædā eſt. In hanc ſententiā uenit Ariſt. dicēs quod ſom-* A
1. æth. c. 13 *nus dimidiū uitæ eſt, quia ſomnus eſt quies uirtutū cognoſcitiuarū, ſed uirtutū naturalium nō; immo melius operantur uirtutes naturales in ſomno ob ſpiritus retractionem in interioribus. nec contradicimus alias dictis,*
De more, & vita.
8. phy. t. 1. *ſed potius complemus. Præterea Ariſtoteli inſpirare, & expirare uiuere eſt. & motus exiſtit natura ſubſiſtentibus quaſi uita; & exponitur ab Auerroe ibi, qualem proportionē habet uita in rebus uiuis, talem proportionem habet motus in rebus mobilibus; motus autem mobilium eſt operatio: ſi autem intelligatur motum æternum eſſe uitam ſecundum quandam ſimilitudinem, tunc comparatur motus æternus, non cælo; quia ſic eſt animæ operatio, ergo uere uita: ſed iſtis inferioribus; & tunc quemadmodum a Corde in totum corpus uita profluit, quia anima, & eius operationes in alijs membris conſeruantur per effluxionem ſpirituum a Corde; ita etiam animæ in iſtis inferioribus, & operationes earum a Deo cōſeruantur per effluxionē motus ab eo, & ſic motus eſt quaſi uita, pro quāto eo uita conſeruatur. Quod autē poſſit capi uita pro ſubſtātia operāte, patet ex Auerroe dicēte actum ſecundū eſſe formā operantem; & definiente actum ſecundum, dum ait, poſtrema perfectio eſt diſpoſitio rei, per quam Ens agit, aut patitur in tempore, in quo agit, aut patitur. Iſtarum autem acceptionum primum, & principale membrum*

B (right margin, beside "tibus quaſi uita")
C (right margin, beside "alijs membris")

eſt

A *eſt forma operans; quod iſtud Deo conuenit; quia decla rans Ariſtoteles Deum eſſe uitam, oſtendit quod Deus eſt actus internus, & ſic Deus eſt uita. In iſtis etiam inferioribus nō uidetur inconuenire eandem ſubſtantiam, ut dantem eſſe, eſſe actum primum, ut autem operans eſt, eſſe actum ſecundum. Hæc omnia de natura vitæ hauſimus ad verbum ex Achillino, diligenti examine perpendenda.*

B Expenditur opinio Achillini, probando vitam nō eſſe analogum commune ad animam tum in actu primo, tum operantem, & ad operationes ab anima prodeuntes. Cap. XXXIII.

QVÆ *proculdubio Achillini dogmata mentem ideo non implent, quoniam huc tendunt potius ut explicent vitæ ſignificata, quam patefaciant internam vitæ naturam; nobis autem inſtituta eſt*
C *contemplatio, qua diſtincte, atque aperte dignoſci ualeat quid uita ſit, non quot modis uita dicatur. Deinde Achillino haud multum fauere uidetur Ariſtoteles; ipſe enim ubicunque de multiplicitate uitæ mentionem habet, nunquam hoc pronunciauit, quod aſſerit Achillinus, uitam ſcilicet eſſe commune analogum ad eſſentiam animæ puram, ad animam operantem, & ad operationes animæ; ſed bene uitam eſſe naturam quandam communem plantis, & animalibus; animalibus* 5. top. c. 2 & 1. d. plan. c. 1.

 inquam

inquam cæleſtibus, atque noſtratibus; & hiſce omnibus A
communem non vniuoce, ſed æquiuoce, aut potius analogice; & hoc ob illam rationem, quam ſuperius adduximus expendentes Buccaferrei ſententiam; inſuper & ob eam, quia in animalibus vita eas operationes efficit, quas non edit in plantis; & in animalibus pleriſque illas, quas non profert in alijs; operationes etenim ubique proportione reſpondent eſſentiæ, vnde prodeunt: Hanc ſane doctrinam lucidam ſatis habemus apud Ariſto-
6.top.c.lo.73. *telem, qui alicubi conſtituit uitam eſſe æquiuocum, ſeu* B
potius analogum, non quidem, vt Achillinus inquit, ad animam in ſe, ad eandem operantem, & ad eius operationes: ſed ſolum quia conuenit animalibus, & plantis; animalibus inquam mortalibus, & immortalibus; ſi-
1. de plāt. c. 1. *ue, vt alibi ait Ariſtoteles, cæleſtibus perfectis, & noſtratibus hiſce diminutis; quibus non poteſt eſſe quid commune uniuocum; iſta enim ita differunt abinuicem circa participationem animæ (quod eſt id, unde ſumenda eſt ratio vitæ) ut in utriſque reperiri nequeat uita* C
2. de an. t. 13. *eiuſdem naturæ. Deinde uero alibi quoque Ariſtoteles apertiſsime ſcribit uitam, ſeu uiuere multipliciter dici, hoc eſt, æquiuoce, ſiue analogice de ijs omnibus naturis, quibus ineſt una aliqua ex his operationibus, quæ dicuntur aut intelligere, aut ſentire, aut moueri, aut quieſcere ſecundum locum, aut etiam nutriri, augeri, diminui, & ſobolem propagare; quæ actiones omnes inſunt quibuſdam animalibus ſublunaribus, ut hominibus; at earum aliquæ plantis, nutriri nempe, augeri, &*

germi-

A *germinare; aliquæ uero animalibus ratione carentibus, nimirum ceteræ præter ipſum intelligere; aliquæ demũ animalibus cæleſtibus, atque diuinis, ut intelligere, motus, & ſtatus ſecundum locum; qua de re infra. Amplius ea etiam ratione Ariſtoteli uita eſt analogũ quid, non eo modo, quo cenſuit Achillinus; quoniam ex Ariſtotele uiuere, ſeu uita eſt eſſe uiuentibus, hoc eſt, uiuentium eſſentia;* 2.de an t. 37 *non enim uiuentibus omnibus una eſt eſſentia communis uniuoca, ſed multiplex, & analoga;*
B *quum eorum alia caduca ſint, alia incorruptibilia; non poteſt enim mortali, & immortali quid eſſe commune uniuocum. Sed etiam ſpeciatim unumquodque ex tribus analogatis in genere uitæ propoſitis ab Achillino radicitus extirpari poteſt per ea, quæ ſuperius adducta fuere in examinatas opiniones, dum oſtendimus uitam nullo modo eſſe animam in actu primo contra Simplicium: neque animam operantem, ſiue in actu ſecundo, aduerſus Theophilum, neque demum operationem, aut*
C *accidens omnino apud pleroſque alios. Non eſt ergo aſſentiendum Achillino.*

Tolluntur Achillini rationes, declarando vnde ſumantur differentiæ rerum, & quomodo ſe reſpiciant, anima, vita, & viuere. Cap. XXXIV.

AD *integrum uero huius opinionis examen reliquum eſt modo ut expendamus argumenta, quibus ea niti uidetur: quæ certe & multa ſunt, & non parui momenti: Quod ergo in primis ait*

Achillinus, uiuere eſt viuentibus eſſe; ergo vita eſt vi- A
uentis eſſentia; id quidem concedi poteſt; ex eo autem concludere nequit Aduerſarius vitã eſſe animam, quoniam vita eſt totum eſſe viuentis, ſiue vniuerſa, & cõpleta viuentis eſſentia; ſed anima eſt vna tantummodo pars eſſentiæ viuẽtis, etiamſi potior, ac dignior. Quod vero ſecundo adducitur, viuere eſt id, quo animatum differt ab inanimato; ergo viuere eſt differentia conſtitutiua animatorum; tale quid autem eſt anima; quoniam ubique idem eſt principium diſtinguens, & con- B
ſtituens; vrgere quidem plurimum uidetur; ſed illi occurrere poſſumus negando coniunctum; ad eius autem confirmationem dicimus vere quidem omne principium conſtituens eſſe itidem diſtinguens, ſed non e conuerſo omne principium diſtinguens eſſe protinus conſtituens; ac proinde non vbique idem eſſe principium diſtinguẽs, & conſtituens, vt gratis aſſumitur in argumento Aduerſarij; & huius ratio eſt, quoniam in plus ſe habet diſtinguens, quam conſtituens; uita enim, ſeu uiuere di- C
ſtinguit, non conſtituit animatũ; ſed eſt quiddã in animato ab anima conſtitutũ, cũ ipſo namque animato uita uere eſt natura ſimul; anima uero non ſolum diſtinguit, ſed etiã conſtituit & uitam, & animatum: ſic ergo uniuerſalius eſt diſtinguere, quã conſtituere: Quod inde etiam probari poteſt, quia rerũ diſcrimina, ſeu differẽtiæ haud ſemper deſumuntur à forma; quæ ſola eſt id, quo
vide lib. 3. cap. 6 *proprie res conſtituitur in eſſe; at quandoque à materia; differunt enim corpora ab incorporeis, ſiue corruptibilia*

ab

A ab immortalibus una materiei participatione; quãdoq;
uero à tota eſſẽtia, ſecundũ quã differre dicitur unũ præ-
dicamentũ ab alio, ſiue ſubſtãtia ab accidẽte, una Intelli-
gẽtia ab alia; Deus optimus à materia prima, et D. Tho-
mæ materia ſublunariũ à cæleſti; caret enim omnia iſta
ſigillatim ſpecificis formis, quibus tanquam differentijs
materiæ adiũctis in eſſe cõſtituãtur: & ſane huiuſmodi
ratio diſtinctionis reperiri etiã poteſt in rebus conſtanti-
bus materia & forma; quæ res quemadmodum abin-
B uicem diſtinguuntur participatione diuerſi actus, at-
que omnino propter formas diuerſas; ita quoque diſtin-
gui poſſunt per differentias deſumptas tum à materia
diuerſa, tum etiam à tota eſſentia; ſic homo differt ab
elemento aeris, uerbi gratia, tum quia homo eſt ratio-
nalis, ſeu conſtituitur in eſſe per formam, quæ eſt ani-
ma rationalis; aer uero non eſt rationalis, & in eſſe
conſtituitur per formã, quæ non eſt anima; tũ quia ma-
teria hominis eſt corpus diſſimilare, organicum, & mi-
C ſtum ex quatuor elementis; at aeris materia eſt ſimplex
natura, non organica, nec diſſimilaris; tum etiam quia
eſſentia hominis eſt animal rationale; eſſentia uero aeris
aliud quid ab hoc longe diuerſum: Non ergo, ſi anima-
tum ab inanimato differt ipſo uiuere, propterea de ne-
ceſſitate ſequitur uitam eſſe differentiam conſtitutri-
cem animati, ac omnino animam: Alioquin homo,
qui à planta differt eo quod eſt animal rationale, ea
forma ſpecifica gauderet, quæ eſſet id, quod dicitur
animal rationale; quod tamen eſt tota hominis eſſen-
tia,

Digitized by Google

tia, non pars eius tantummodo, quæ dicitur forma, ſi- A
ue anima; nanque in omni compoſito, præter formam, altera quædam natura eſt, quam vocamus materiam; in homine autem, præter id, quod dicitur animal rationale, nihil eſſentiale ineſt; nam animal intrinſecus includit corpus, ſiue materiam; eſt enim corpus animatum cognoſcens; rationale autem animam hominis ſpecificam denotat per ſe ſolum: Definitionis vero munus eſſe diſtinguere ipſum, quod definitur, ab alio quocunque, nouum non eſt; ſed etiam definitionem exactā B
eſſe orationem explicantem totam, ſiue completam eſſentiam definiti, non vnam illius portionem tantum, quæ forma vocatur, iam vetus eſt: Immo & in definitionibus phyſicis non ſolum formæ meminiſſe oportere, ſed etiam materiæ illius, ex qua definiti eſſentia conſtituitur, Ariſtotelis præcepto cautum eſt; Ita ergo
2.phyſ.t.19. 21. *iam ſatis conſtare poteſt res inter ſe diſtingui & per formam, qua conſtituuntur in eſſe; & per totam eſſentiam ex materiæ, ac formæ conſortio in eſſe conſtitutā;* C
ne dicam etiam per materiam: Ex eo itaque, quod ait
2. de an. t. 13. *Ariſtoteles, Vitam eſſe id, quo differt animatum ab inanimato, non neceſſario colligit Achillinus vitam eſſe formam animati, ſiue animam, quæ eſt pars eſſentiæ; ſed bene inde neceſſario fortaſſe colligere potuiſſet diſiunctiue vitam eſſe vel animam, vel corpus organicum, vel totam eſſentiam animati; his etenim tribus differt animatum ab inanimato; eſt autem vita tota eſſentia*
2. de an. t. 37. *animati ex Ariſtotele, qui aperte fatetur quod viuere*

eſt

Digitized by Google

A *eſt eſſe viuentibus, non anima ſola, quæ eſt cauſſa illius eſſe, quod appellatur viuere; neque corpus organicum, quod ex ſe habere dicitur vitam in potentia.* 2. de. an. t. 4.
Non minoris momēti eſt, quod exinde affertur ab Achillino ſcribente vitam eſſe id, per quod tum ſtirpes, tum quoque animalia viuunt; ſed ex Ariſtotele viuunt plantæ per animam vegetalem, animalia vero per ſenſualem: vnde plane ſequi videtur vitam eſſe animā; quod tamen etiam tolli poteſt; quoniam tria hæc, vita, 2. de an. t. 16.
B *viuere, & anima; ſic ſe habent ad inuicem, vt vita, & viuere ſint idem re, differant ratione tantum, ſicut abſtractum, & concretum; quod ſupra oſtendimus; anima vero a vita, & ab eo, quod appellatur viuere, diuerſum quid eſt reipſa, non ratione tantum; Et profecto inter tria prædicta eadem fere proportio eſt, quæ reperitur inter eſſe ſanum, ſanitatem, & Medicū; ſeu inter eſſe riſibile, riſibilitatem, & animam humanam; quantum ad hoc, quod tum eſſe ſanum, & ſani-*
C *tas; tum eſſe riſibile, ac riſibilitas inuicem non differunt, niſi vt concretum, & abſtractum; ſed anima humana, & Medicus ab vtroque pari ſeorſum differt realiter; Et quemadmodum in talibus iſte ordo reperitur ſecundum naturam, quod Medicus eſt prior ſanitate, ſanitas autem ſecundum rationem prior eſt eo, quod eſt eſſe ſanum; ac ſimiliter anima hominis prior eſt riſibilitate, & riſibilitas ſecundum rationem prior eſt eo, quod eſt eſſe riſibile; ſic prorſum in viuentibus Naturæ ordine anima prior eſt quam vita, vita vero ratione*

Digitized by Google

prior eſſe videtur ipſo viuere: Quum autē omne prius A
in comparatione ad id, quod poſterius eſt, ſubeat ali-
quomodo rationem cauſſe; reliquum eſt profecto vt
anima ſit cauſſa vitæ, vita vero ſit item quodammo-
do principium, & cauſſa eius, quod appellatur viue-
re; cuius pariter cauſſa erit, remotior tamen, ipſamet
anima; vulgatum nanque ſatis eſt axioma, Quod-
cunque eſt cauſſa cauſſæ, illud idem eſt etiam cauſſa
cauſſati; quod ſane dogma in eo ſenſu eſt intelligendum,
quia cauſſa cauſſæ proximæ eſt etiam cauſſa cauſſati B
remota: Quū autē omne, cui cōuenit aliquis effectus, ta-
le ſit, ut ipſi eidem ille competat ratione ſuæ cauſſæ tum
immediatæ, tum quoque mediatæ, ſiue tum proximæ,
tum etiam remotæ; propterea factum eſt ut dicere poſſi-
mus animatum viuere tum per animam, tum etiam
per vitam; quamuis iſtæ duæ ſint res a ſeinuicem diuer
ſæ; non ſecus atque homo dici poteſt tum ſanus & ob
ſanitatem immediate, & ob Medicum mediante ſani-
tate; tum etiam riſibilis & propter riſibilitatem imme C
diate, & propter ſui formam ſpecificam, ſed remote,
ac riſibilitate mediante; quæ ſane riſibilitas diuerſum
quid eſt a forma hominis, licet ab ea in eſſe dependeat;
non ſecus ac ſanitas diuerſa res ſit a Medico, a quo
dependet: His prælibatis ad argumentum formaliter
nunc reſpondeamus; quando ergo ſcribitur, Animatum
viuit per animam, dic non omnino immediate, ſed in-
teruentu vitæ: Alioquin ſtatim quomodocunque po-
ſita in eſſe anima, neceſſario eſſet ponendum viuere;

cauſſa

A *cauſſa nanque immediata ea eſt, apud Ariſtotelem, cuius affirmatio eſt cauſſa affirmationis, ſeu eſſe cauſſati; & negatio eſt cauſſa negationis, ſiue non eſſe eiuſdem: modo poſita in eſſe anima rationali (quæ eſt forma hominis ſpecifica) a corpore ſeparata, non propterea viuet homo; Immo ſi poſt mortem anima ſeparata per aliquod tempus a corpore, iterum corpori uniatur per aliquam differentiam temporis quomodocunque; ut in apparitionibus mortuorum aliquando contigiſſe cer-* 1. Poſt. t. 30.

B *tum eſt, non tamen ideo uitam in eſſe conſtituet; quod etenim apparet, ac nobiſcum loquitur cadauer ab anima mouetur quidem, ſed non eſt uiuens niſi æquiuoce: ſic poſita in eſſe intelligentia ſeparata non applicata, uel aſſiſtens orbi, non ideo uiuet cælum: Quin etiam ſi dæmon aliquis ſiue bonus, ſiue malus, aſſumat cadauer, & illud moueat, eoque vtatur in apparitionibus, non tamen iccirco quidpiam uiuens in eſſe conſtituet, niſi æquiuoce: Conſimiliter ſi bonus, aut malus dæmon ap-*

C *pareat aſſumpto ſibi corpore aereo, vt aiunt, vel æneo, vel ligneo, vel quouis alio, vt in Idolis contingit, quæ mouentur, & loquuntur, non propterea uiuens, aut animatum reuera efficiet, ſed æquiuoce tantum: Anima ergo non eſt cauſſa proxima, & immediata, vnde per ſe primo prodit vita, ſeu viuere; Animatum itaque viuit per animam quidem, non tamen immediate, ſed vita eſt id, per quod animata viuunt immediate, ac per ſe primo eo modo penitus, quo riſibilitas eſt illud, per quod homo eſt riſibilis; inde autem colligi non*

poteſt vitam eſſe animam; niſi etiam dicere vellemus A
concludi poſſe tum riſibilitatem eſſe formam hominis
ex eo quod riſibilitas eſt illud, per quod homo eſt riſibilis; & homo habet hoc, quod ſit riſibilis pariter a ſui
forma ſpecifica; tum ſanitatem eſſe Medicum, quia ſanitas illud ſit, per quod ſani ſumus; & nos id vt ſani
ſimus a Medico habeamus; quod ſane dici non debet;
nam forma hominis eſt ſubſtantia, riſibilitas autem
qualitas; ita Medicus eſt ſubſtantia, ſanitas vero accidens: at argumentum non concludit, quoniam alia ra B
tione homo eſt riſibilis per riſibilitatem, & longe alia per
ſui formam ſpecificam; perinde ac etiam Medicus, &
10. æth. c. 4. ſanitas Ariſtoteli dicuntur non ſimili modo eſſe in cauſſa vt ſani ſimus: quare vel in argumento Achillini
aliqua præmiſſa eſt falſa; vel ratio peccat in forma, vt
pote quia conſtet ex quatuor terminis; quando enim dicitur animatum viuere per animam, ſi intelligẽdum ſit
non immediate, falſa erit minor, qua ſcribitur vitã eſſe
id, quo animatum viuit non immediate: ſi vero immediate, falſa eſt illa maior, qua dicitur animatum viuere per animam penitus immediate: at ſi dicatur animatum viuere quidem per animã, ſed mediante vita;
uitam autẽ eſſe id quo animatum immediate viuit; veræ proculdubio ſunt propoſitiones iſtæ; at ex his colligi
non poteſt vitã eſſe animam, ſed potius oppoſitũ, vt apertum eſt unicuique: Alioquin ſyllogiſmus conſtituitur ex
quatuor terminis; quippe in eo mediũ non eſt vnũ abſolute, nempe uiuere immediate, viuere mediate, uita, &
anima.

A *anima. Sed paucis, & fortaſſe uerius, uita, & uiuere ſunt idem reipſa; quare nugax eſt ea propoſitio, qua ſcribitur animata uiuere per uitam, nō ſecus ac illa, qua dicitur homo eſſe riſibilis propter riſibilitatem; uiuimus enim, uel ex Ariſtotelis decreto nulla re alia, quā anima; non ergo uiuimus per uitam; ſi quidē uiuere, & uita idem ſunt, ut concretum, & abſtractum; quare medius terminus in ſyllogiſmo idem eſt cum minori extremo; quo fit vt ratio cathegorica ex duplici tantum ter-* 1.mag.mor. c.4.

B *mino conſtituatur; immo etiam contineat petitionē principij; quod utrunque eſt uitium formæ paralogiſmi proprium. Quod ulterius adducitur, non ita urgere uidetur, ait enim Achillinus Ariſtotelem definire vitam materialem eſſe manſionem animæ nutritiuæ in calido naturali; ſed manſionem animæ eſſe animam manentem; Neque enim minore interuallo diſtare poteſt manſio animæ ab anima manente, ac differat operatio animæ ab anima operante; at vero in ſuperioribus oſten-*

C *ſum fuit, & Achillinus modo conſentit operationē animæ non eſſe idem cum anima operante; ex quo a pari ſequitur falſò hic aſſumi manſionem animæ eſſe animam manentem; quod tamen ab Aduerſario aliqua ratione confirmandum erat, non gratis aſſumendum; inde igitur concludere non poteſt vllo modo Achillinus vitam eſſe animam. Hic obiter adnotandum cenſeo Achillinum, quamuis præter opinionem, ac ſola veritate coactum, recte ſcripſiſſe animam nutritiuā aut actu operari, aut eſſe operatiuam circa nutrimentum; quippe*

quæ reuera non ſit ſemper in negotio, ſed quandoq; etiã in otio; qua de re latius infra, & alibi. Amplius quod afferebatur deinceps Ariſtotelem in lib. de Vit. & mort. ſeu potius in lib. de Reſpirat. definiuiſſe vitam, ſeu viuere eſse habitum animæ cum caliditate quadam, & tunc intranſitiue legendum eſſe, quia vita ſit habitus, qui eſt anima: argumentum totum eſt voluntariũ; definit nanque in Paruis Naturalibus Ariſtoteles vitam eſſe moram, ſeu permanſionem animæ nutritiuæ cum calore; de eo autem, quod ſcribitur vitam, ſeu viuere eſſe habitum animæ cum caliditate quadam, ne verbũ quidẽ Ariſtoteles in illo volumine, ſed ſolum ait citatis verbis, Quum vero antea dictũ ſit uitam, & animam calore quodam contineri; alia lectio habet, Quoniã autem dictũ eſt prius quod ipſum uiuere, & animæ habitus cũ caliditate quadam eſt; nã concoctio, per quã alimentum fit animalibus, neque ſine anima, neque ſine caliditate eſt, &c. Quibus aperte conſtat Ariſtotelem nõ definire vitam; ſeu viuere eſſe animæ habitum cũ calore: ſed ſolum proponere dogma hoc quod vita, & animæ habitus quoque non poſſit eſſe ſine calore naturali; id quod (vt ipſe admonet) antea item dixerat inquiens, Omnes autem particulæ, & totũ corpus animalium habent quandam caliditatẽ naturalem; quapropter uiuentia, quidem videntur calida, morientia autẽ, & priuata vita, contrariũ, mox ſubdit, & anima tãquã ignita in his particulis: & paullopoſt, Neceſſe eſt igitur ſimul uitã cõſiſtere, & calidi huius conſeruationẽ.

Cap 4.

De iu & ſen. c. 2.

A B C

Alia

A Alia vero inſtantia, qua dicebatur ex Ariſtotele vegetabilia viuere per animam vegetatiuam; ex quo colligebatur vitam declarari per operationes, per quas declarandam nuper ſibi propoſuerat Ariſtoteles animam; ſoluitur negata conſequentia iiſdem rationibus, quibus ſuperius enodauimus tertium argumentum; cùm quo præſens coincidere videtur; & præcipue quia loco citato non habetur animæ definitio, quæ illud eſt, quod ex operibus inueſtigandum erat Ariſtoteli; quod exequi-
B tur infra. Quod autem poſtea ſcribitur, quum forma eſt in materia, tunc materia eſt in potentia propinqua non abiiciente actum, & ideo in definitione animæ poni corpus habere uitam in potẽtia; nihil ſuffragatur Achillino, ſed potius obſtat; nam vbi forma reipſa ſit in materia, tunc materia non eſt vllo modo in potentia ad eam formam; quia omnis potentia, etiam propinqua, comitem habet priuationem eius formæ, ad quam illa potentia refertur: & quamuis potentia poſſit adiunctũ
C habere actum, illi tamen aſſociari nequit, ad quem obtinet habitudinem; Si enim cælum, quod aſſidua latione circunducitur inceſſanter, habere dicitur potentiãm ad motum, ſiue poſſe moueri; ideo euenit quia forma, & actus ipſius motionis eſt diuiſibilis, habetque partẽ extra partem; ratione cuius fit vt cælum nunc habens hãc partem motus, quæ dicitur hodierna circulatio, ſit in potentia non ad præſentem circulationem, ſed iccirco moueri poſſe dicatur, quia eſt in potentia ad circulationem abſentem, ſeu craſtinam, & omnino futuram: Alioquin

2.de an.t.38.
2.de an.t.33.
2.de an.t.[illegible] &62.

ſi forma

ſi forma fuerit impartibilis, nec ex ſe habuerit partem A
extra partem, vti eſt anima, vbi materia in ſe reuera
talem formam habeat, certe tunc non poteſt eſſe in po-
tentia ad illam, ſed bene eſſe poteſt in potentia ad ea,
quæ à tali forma prodeunt; ita ſanè corpus habens a-
ctu animam dicitur eſſe in potentia ad vitam, quia ui-
ta non eſt anima, ſed quid ab anima prodiens, tanquam
2. de an. t. 37. à cauſſa præexiſtente in corpore, in quo vitam produce-
re debet; quo fit vt Ariſtoteles ſapienter admoneat cor-
2. de an. t. 10. pus potentia vitam habens non eſſe id, quod abiecit ani- B
mam, ſed quod eam in ſe habet: quem locum antea di-
ligentius expoſuimus apud Simplicium; vnde manife-
ſto conſtare poteſt Philoſophi ſententiam ab Achillino
citatam illi apertiſſime refragari; tu vide locum ſupe-
rius. Illa vero ratio deducta ex prologo 1. metaphyſ.
vbi ſcriptum eſſe dicitur Hominum genus arte, & ra-
tionibus viuere, hoc eſt, ſuum eſſe ſubſtantiale conſer-
uare; non tendit huc vt colligat vitam eſſe animam, ſed
ſolum quid ſubſtantiale; quod quidem non negamus; C
aut etiam ipſum eſſe viuentis, quod appellatur animati
eſſentia; id quod illi vltro concedimus; negamus tamen
ſemper vitam eſſe animam; quia in viuente anima non
eſt totum eſſe, ſiue tota eſſentia animati, ſed pars; &
præter animam alia ſunt quoque ſubſtantialia, ut tota
eſſentia, & altera pars eſſentiæ, quæ vocatur materia,
ſiue ſubiectum. Sic ergo corruunt argumenta illa, qui-
bus probare nitebatur Achillinus uitam eſſe animam.
Age nunc ea expendamus, quibus ipſe confirmare ſtu-

det

Digitized by Google

A det vitam eſſe operationem, ea demum examinaturi,
quibus idem oſtendere conatur vitam eſſe animam in
actu ſecundo. Quod itaque primo ex multis locis apud
Ariſtotelem in libris de Morali Philoſophia deduci-
tur ab Achillino (qui hac in re ſequutus eſt Turiſa-
num) vitam eſſe actionem quandam, ideo ſoluitur,
quia, vt obſeruat alicubi Philothæus Medicus anti-
quus in Aphoriſmos Hippocratis, vitæ nomen multi- 1.aphor.c6.1.
plex eſt; vita enim locus dicitur, cuius rei gratia voca-
B mus ea animalia, quæ in terra, & in aqua viuere poſ-
ſunt, vtranque vitam viuentia, vt vituli marini, cro-
codili, & alia id genus: uita etiam pro ſtudio vſurpa-
tur; vnde dicere ſolemus hominem hunc Medici vitã
exercere, illum autem Philoſophi: Appellatur etiam vi-
ta viri, & vxoris in matrimonio coniunctio; hinc ori-
tur ille modus loquendi hominem hunc cum hac, vel il-
la muliere uitam agere: Præterea vita idem eſt quod
animæ uel virtus, vel vitium; vt quum pronunciamus
C hunc temperantem eſſe vita, & ornatum, illum autem
contra intemperantem: vita etiam ſumitur pro eo tem-
pore, quo ſpiritum ducimus; hac enim de cauſſa eum,
qui diem ſuum obijt, vita priuatum eſſe dicimus: &
Ariſtoteles alicubi ait ſenium eſſe veſperam, ſiue oc- Poet. cap. 20
caſum uitæ. Ceterum iſtæ ſignificationes uitæ à Philo-
thæo propoſitæ omnes communes ſunt, ac minus propriæ;
præter illas autem (in quarum genere ponenda ea eſt
item, quando per uitam ſignificamus quamlibet opera-
tionem animæ) alia eſt uitæ ſignificatio propria quæ per-

tinet

tinet ad Philoſophum naturalem; & ea eſt, de qua no- A
bis instituta fuit contemplatio, vbi per vitam ſignifica-
mus eſſentiam animati: nobis itaque de vita nunc phy-
ſice agentibus, ac ex rei natura, & proprie, dum nega-
mus vitam eſſe operationem, reuera non aduerſatur
Ariſtoteles, qui in Moralibus vitæ nomine operationẽ
ſæpenumero ſignificat; nam ibi Philoſophus de vita lo-
quitur ſub communiori vocabulo, & ſecundum vul-
gus, per nomen vitæ ſignificans inſtitutionem morum,
atque omne genus exercitij, ſiue ſtudij; quod vitæ ge- B
nus diſtingui ſolet in actiuam, & contemplatiuam; itẽ
in miſeram, & felicem; pariter in otioſam, & nego-
tioſam, ſeu laborioſam; conſimiliter in prauam, & ſtu
dioſam; itidem in ruſticam, & ciuilem; atque in alias
id generis. Quare ſi in morali Philoſophia ſcriptum re
liquit Ariſtoteles iſtiuſmodi vitam in actione conſi-
ſtere, nihil aut nobis refragatur, aut Achillino fauet,
qui agentes de alio vitæ genere, hoc eſt, de vita phyſice,
ac proprie dicta, negare cogimur, ob allatas antea ra- C
tiones, non adſtruere, vitam eſſe operationem. Quod
autem deinde proponitur ex Auerroe dicente primum
quidem in Phyſicis felicitatem eſſe vitam, verum non
eſt, niſi metaphorice, & admodum late ſumpto vitæ
vocabulo; poſtea vero in ſecundo de anima vitam eſſe
actionem animæ, improprie nimis dictum eſt, atque in
1. de an.t.3. *ſola Auerrois auctoritate poſitum; & ſi forte Ariſto-*
2. de an.t.11. *telis autoritate munitum, ea rudi, & ab autore ipſo-*
9. meta.t.16. *met improbata. Quod præterea ex Ariſtotele in Me-*
taphyſicis

A *taphyſicis adducitur, tenue ſatis eſt; nam ſcribens uiuere primo eſſe in anima, non proinde neceſſario aſſerit vitam, ſeu viuere eſſe operationem animæ; eſt nanque anima in corpore, & albedo in niue; corporis tamen actio non eſt anima, neque albedo eſt niuis operatio: Inſuper affirmans Ariſtoteles uitam eſſe in anima, quemadmodum ſpeculatio in ſpeculante, multum improprie loquitur; Philoſophum autem citatis locis rudiori ſtilo de uita tractare, inde colligi poteſt apertiſſime tum quia ſcri-*

B *bit uitam eſſe in anima, ſicut actio eſt in agente; quoniã actio proprie non eſt in agente, vt Ariſtoteles ipſe alibi nos docuit inquiens motum, ſiue actionem, & paſſionẽ eſſe in eo, quod mouetur, & patitur, ac omnino in patiente, non in agente: tum quia fatetur uitam, ſiue actiones uitæ eſſe de illo genere actionum, poſt quas non remanet ullum opus; quum tamen ſi uita eſſet actio animæ, ut puta nutricatio, auctio, propagatio, cognitio uel ſenſitiua, uel intellectiua, poſt illam ſatis euidens remaneret*

2. de an. t. 139. 140.

3 Phy. t. 18. & ſequentib

C *opus, nutritum ſcilicet, auctum, generatum, & cognitum, quod eſt habitus notitiæ poſt cognitionis actum remanens in anima; quamuis hoc eueniat ſolum in animalibus perfectioribus, ut notat aliquando Ariſtoteles: ſed melius fortaſſe dicemus uitam, etſi ea non ſit operatio animæ, eſſe tamen operatum, ſiue opus, & omnino effectum animæ, quare ſicuti operatio, & operatum in eo differunt, quod illa eſt accidens, hoc uero perſæpe ſubſtantia, & ſemper finis operationis, ut aliquando adnotat Ariſtoteles, ita in eo conueniunt, quod tam operatio*

2. Poſt. ca. vlt.

[illegible] h c. 1.

quam ipſummet operatum dici poteſt eſſe in operante, non quidem dum fiunt, ſed antequam fiant; & tunc in eo ſunt, non tanquam in ſubiecto, ſed tanquam in poteſtate agentis, & omnino tanquam in cauſsa; ſic A

4. phy. t. 23. *Ariſtoteles aliquando dicebat Græcorum res eſſe in Rege, & omnino in primo, qui mouere poteſt: Non eſt autē dum fit actio in poteſtate agentis, quia dum agens eſt in actu operandi, non poteſt tunc non operari, ſed ex neceſ-*

1. Perihe. c. vlt. *ſitate agit, quod obſeruat ſcite alicubi Philoſophus; Ex eo itaque, quod ſcripſerit Ariſtoteles uitam eſſe in anima, ſicut ſpeculatio in contemplante, atque actio in agēte, non poteſt concludere Achillinus apud Ariſtotelem Vitam eſſe operationem animæ; nam in agente, ſiue in poteſtate agentis uti eſt actio, ita etiam eſt opus, & ef-* B

2. de an. t. 37. *fectus; uita uero eſt opus, & effectus animæ, vt alibi notat Ariſtoteles, non animæ operatio, ut cenſuit Achillinus. Neque ſane multum firmius eſt argumentum illud Aduerſarij, quod ſumitur ex eo dicto vulgari, ſomnus eſt dimidium uitæ, ut abunde oſtendimus in ſuperioribus apud Turiſanum eodem argumenti genere ſuā opinionem confirmare ſtudentem, in quem ad propoſitum allata omnia nunc Achillino obijci poſſent; ſed fas eſſe non duximus ea repetere; tu ipſe uideto. Ariſto-* C

de mot. & ui. *teles deinde ſcribens in inſpirando, & expirando uitam conſiſtere, non iccirco uoluit uitam eſſe actionem reſpirandi, ut uidetur uelle Achillinus, ſed ſolum ſignificauit uitam tali actione indigere ad ſui conſeruationem, & incolumitatem; quippe uita ſublunaris conſi-*

ſtere

A *ſtere nequit ſine calore natiuo nuncupato; at iſte calor innatus incolumis diu ſeruari non poteſt in animalibus perfectioribus, niſi ope reſpirationis iugiter euentiletur, ac refrigeretur eo modo, quo ſupra diximus, dum expenderemus opinionem Medicorum: Alioquin uita dici non debet reſpiratio, quum pleraque uiuentia ſint, immo & multa in genere animalium, quæ reſpirationem non habent; addo reſpirantia poſse aliquandiu uiuere ſine reſpiratione; ut antea obſeruauimus.*

B *Quod ulterius ex octauo Phyſicorum adducebatur, motum ſcilicet rebus naturalibus eſse quaſi uitam, huc non tendit, quod ſicuti motus eſt actio quædam, ſic uita in genere actionis collocari debeat; ſed ut notum ſit naturalia uniuerſa ita determinari motu, quemadmodum animata determinantur ipſo uiuere; quare motus eſt quaſi uita; quia ſicut animata non poſſunt ne tantillum quidem ſine uita perſiſtere, eo quod uita ſimpliciter, ac omnino neceſſaria eſt ad exiſtentiam ani-*

C *matorum; ita naturalia nec minimum temporis perdurare ualent abſque motu; proptereaquod motus eſt abſolute neceſſarius ad omnia, quæ ſunt à Natura; unde illud promulgatum eſt ab Ariſtotele, Neceſſarium fuiſſe mundum hunc inferiorem contiguum extare ſuperioribus lationibus, ut omnis eius uirtus guberne-* 1. meteor. c. 1 *tur inde: Ceterum neceſſarium non eſt uitam eſſe operationem animæ, quamuis reuera motus ſit operatio* 2. phy. t. 3. *Naturæ. Niſi cum Theophraſto dicere uelimus motum* metap. c. 8 *circularem eſſe quaſi uitam uniuerſi; quia ſit propria*

eius operatio; ita ut quemadmodum animal mortuum A
æquiuoce animal eſt, quia proprias nequit functiones obire; ſic cælo à ſua circulatione vacante, quaſi vita priuatum æquiuoce cælum dici valeret; operationes enim
2. de an. t. 3. *vitæ pro vita ſumi ab Ariſtotele mos eſt, vti conſtat in libris de anima, vbi uitam appellat nutritionem, & augumentum; quæ ſunt vitæ functiones; & infra, ubi nu-*
2. de an. t. 24. *triri, & augeri appellat uiuere; motum uero circularem*
cap. 9. *non eſſe proprie cæli uitam mox admonet Theophraſtus. Sed & in hoc loco falſo dicit Achillinus motum* B
eſſe operationem mobilium, quum motus ſit eorum paſſio, & affectio; at operatio, & effectus mouentium. Ex eo autem præterea, quod Auerroes dixerit actum ſecundum eſſe formam operantem, ſeu diſpoſitionem rei, per quam ens agit, aut patitur, quomodo elici poſſit uitam eſſe formam, ſiue animam operantem, ego quidem non uideo: Niſi demus Achillino uitam eſſe actum ſecundum animati; ſed reuera uitam non eſſe actum ſecundum antea demonſtrauimus; neque oppoſitum oſten C
dit Aduerſarius: Ne dicamus (quicquid hac in re ſenſerit Auerroes) actũ ſecundum ſignificare proprie, non animã operantem, ſed eius operationem, ut quæ dependeat ab anima, quæ ſecundum ſe dicitur actus primus; uerum ut operans uocatur in actu, non amplius actus. at hæc obiter. Quod autẽ poſtremo loco affertur ex Metaphyſicis Ariſtotelem aſſeuerare operationẽ Intellectus, & Mentem ipſam intelligentẽ, ac omnino Deum Optimum eſſe uitam, illud idem eſt, quod etiam ſuperius propoſitum

A *poſitum fuit ab exiſtimantibus uitam eſſe animã operantem, ſiue animam in actu ſecundo; & quia ibi fuſius ſatisfecimus huic dogmati Ariſtotelis, ideo iſtius nodi explicatio inde petenda erit.*

Non eſt ergo vita commune quid analogum ad animæ actum primum, ad animam operantem, & ad animæ operationes, vt opinatur Achillinus.

Duodecima opinio Auicennæ iudicantis vitam B eſſe aptitudinem corporis perfectam ad operandum, vnde prodeunt actiones animatorum; ſiue potentiam proximam viuentis ad operandum. Cap. XXXV.

CETERVM *Princeps Arabum Auicennas in libro ſuo de anima ſcripſit vitam in vniuerſum non eſſe animam, ſed ab animæ natura multum differre; eſſe autem nihil aliud niſi quandam aptitudi-*
C *nem corporis vſque adeo perfectam, vt ab ea immediate prodire ualeant operationes animatorum propriæ, ait enim, Si poteſt quis dicere quod opus fuit affirmare* cap. 1. in fin. *animam, & cur non ſufficit nobis dicere quod ipſa vita eſt perfectio hæc, ex qua emanat id, quod attribuimus neceſſario animæ? Iam conſtat quod in ipſis corporibus oportet eſſe in effectu principium diſpoſitionum cognitarum, & comparatarum ad vitam, ſicut eſt incedens. Si quis autem huic principio impoſuerit nomẽ vita, non erit nobis cum illo contentio, quia quod intel-*

ligitur

ligitur apud homines de notione vitæ, quum dicitur de A *animalibus, eſt duo; vnum ſcilicet vt in ſpecie ſit principium, a quo emanent illæ diſpoſitiones; & alterum ſcilicet ut corpus ſit aptum ad hoc ut emanent ab illo iſtæ operationes. Sed de primo conſtat quod illud non intelligitur de anima ullo modo; ſecundum autem ſignat intentionem, quæ non eſt anima quia ad hoc, quod aliquid ſit aptum ad emanandum ex eo aliquid, ut fiat alicuius proprietatis, eſt duobus modis. Vnus eſt ut in eſſe ſit aliquid præter aptitudinem ipſam, ex qua ema-* B *nat; ſicut nauis, quæ eſt apta ad hoc ut proueniant ex ea commoda naualia, & hoc etiam indiget Rectore, quo perficiatur iſta aptitudo: Rector enim, & iſta aptitudo non ſunt unum in ſubiecto. & ſecundus eſt ut nõ ſit in ſubiecto aliquid aliud præter iſtam aptitudinem, ſicut corpus, quod eſt ita aptum ut proueniat ex eo combuſtio, ſecundum eum, qui ponit hanc aptitudinem calorem; ita ut calorem eſſe in corpore idem ſit, quod eſſe in eo hanc aptitudinem, ſicut uidetur; ſed hoc in anima* C *non conceditur; Non enim idem eſt quod intelligitur de anima, & de hac aptitudine deſignata: quomodo enim non eſt ſic, quum id quod intelligitur de hac aptitudine deſignata, non prohibeat quin præcedat eam eſſentialiter aliqua perfectio, & aliquod principium in corpore; in quo eſt hæc aptitudo: quod autem intelligitur de perfectione prima, quam deſcripſimus, prohibet ut præcedat eam eſſentialiter alia perfectio; perfectio etenim prima non habet principium, nec perfectionem primam;*

ergo

A *ergo quod intelligitur de vita, & de anima non eſt vnũ, & idem; ſi quod dicimus animam volumus intelligere quod omnes intelligunt; ſi autem volumus quod vita ſit nomen multiuocum ad animam in ſignificando perfectionem primam, non contendimus ſuper hoc, quin vita ſit nomen eius, quod volumus affirmare de hac prima perfectione; ergo iã cognouimus nunc intellectum nominis, quo appellatur hæc res, quæ vocatur anima ex relatione, quam habet. Hæc ad vnguem Auicennas*

B *de natura vitæ. Ad cuius opinionis exactiorem intelligentiam obſeruandum exiſtimo de mente Auicennæ dari quauis in re duo genera aptitudinis ad obeundas quaſque operationes; vna aptitudo eſt imperfecta, vt quæ non habeat adiunctum actum illum primum appellatum, a quo per ſe primo prodeunt operationes, tanquam a principio quo primo agens operari dicitur; & huiuſmodi aptitudo ad operandum imperfecta vocari conſueuit a Peripateticis potentia prima, ſiue remota,*

C *nec non etiam eſſentialis, quæ præcedit formæ, quam dicimus actum primum; ſic menſtruum eſt in aptitudine imperfecta ad exercenda munia hominis, cuius animam non adhuc obtinuit: Alia uero aptitudo eſt perfecta iam ad operandum, ut quæ adiunctum habeat actum illum primum, unde immediate prodeunt operationes, tanquã a principio quo primo agens operatur: huiuſmodi autem aptitudo ad operandũ perfecta nuncupatur uulgo a Peripateticis potentia ſecunda, ſiue propinqua, uel proxima, & accidentalis; quæ ſimul eſt*

cum

cum forma, quam nuncupant actum primum, aut ſaltem in ea eſt, uelut in fundamento, eamque Naturæ ordine proxime ſubſequitur; præcedit autem ſolum operationibus, quas appellant nomine actus ſecundi. Auicennas itaq; hoc in loco exiſtimat vitam eſſe, non quidem potentiam illam imperfectam corporis ad obeunda munera viuentium; nam talis aptitudo eſt prior quam anima; vita vero quiddam eſt anima poſterius, eo nomine quo ubique poſterior eſt effectus cauſa ſua; eſt enim anima vitæ cauſſa, ut docet Ariſtoteles: Sed opinatur Princeps uitam eſſe aptitudinem eam corporis ad operandum iam perfectam, quæ coniuncta eſt actui primo, & appellatur potentia ſecunda, ſiue propinqua, & accidentalis; quæ proprie, ac immediate ſequitur animam exiſtentem in corpore: ſuæque iſtius opinionis tutiſſimum illud cenſet eſſe propugnaculum, quoniam uitæ oppoſita eſt mors penes illam oppoſitionis ſpeciem, quæ reperiri ſolet inter habitum, & priuationem; at priuatio actionum uiuentis tantūmodo nō poteſt eſſe mors, niſi etiam priuetur corpus perfecta iam aptitudine ad tales operationes obeundas; ergo uita nihil aliud eſſe poteſt quam aptitudo iſta corporis perfecta ad obeundas operationes animatorum proprias. Sed & illud Auicennæ fauere uidetur apertiſſime, quia inter animam exiſtentem in corpore, & operationes ab anima prodeuntes, nihil omnino mediat niſi diſpoſitio iſta corporis perfecta ad operandum; nanque inter actum primum, & actum ſecundum nihil mediare

A B C

2. de an. t. 37.

re

A *re poteſt niſi quod Peripatus appellat potentiam proximam, ſiue ſecundam, & accidentalem; quæ eſt illa diſpoſitio, ſeu aptitudo perfecta corporis ad operandum, cuius nunc mentio eſt Auicennæ; ſed vita eſt id proculdubio, quod mediat inter animam exiſtentem in corpore, & operationes ab illa emergentes; vita ergo reuera nihil aliud eſſe videtur, quam diſpoſitio iſta corporis perfecta ad edendas operationes animatorum proprias, cauſſata ex animæ præſentia.*

B *Iſtam vero aptitudinem corporis perfectam ad operandum, quam putat Auicennas eſſe vitam, non eſſe vnum, & idem cum anima, neque cum præſentia animæ in corpore, idem Autor probare nititur eo argumento ductus, quod quemadmodum aptitudo nauis tam perfecta, vt ex ea proueniant commoda naualia, non eſt penitus idem quod eſſe in ea gubernatorem; gubernator enim nauis, & iſta nauis aptitudo, non ſunt idem ſubiecto; quamuis præſentia guberna-*

C *toris ſit perfectio iſtius aptitudinis; ita prorſum aptitudo corporis adeo perfecta ut ex ea immediate pullulare valeant operationes animatorum propriæ, proficiſcitur quidem ex præſentia animæ in corpore, non eſt tamen anima, neque ipſum eſſe animæ in corpore.*

Hæc ea ſunt, quæ de natura vitæ in vniuerſum ab Auicennæ ſcriptis colligere potuimus.

A

Improbatur opinio Auicennæ, oſtendendo vitam non eſſe potentiam proximam, ſiue diſpoſitionem corporis perfectam ad operandum, longe aliter ac fiat à Turiſano. Cap. XXXVI.

QVAM *ſane Auicennæ opinionem etſi nonnulli præclari viri probabilem eſſe iudicent, nos tamen cum Turiſano illã à veritate longe abeſſe arbitramur; non-* B
quidem iiſdem rationibus, nempe vel quia mors ſit priuatio nutritionis; vel quia vita, quæ eſt proprie paſſio coniuncti, ſit magis paſſio animæ, quã corporis, vt videtur velle Auicennas; quia reuera & abſque nutritione vitam conſiſtere ſupra oſtendimus, quod etiam longe fuſius infra demonſtrabitur; & vita proprie nullo modo eſt paſſio neque animæ, neque corporis, neque coniuncti: At ſi vita quadantenus paſ-
ſio poteſt appellari, ut puta paſſio perfectiua, cu- C
2.de an.t. 57. *ius aliquando meminit Ariſtoteles (quod tamen abſolute non damus) erit proculdubio vita paſſio coniuncti, ſed potius corporis, quam animæ, vt credidit Auicennas; non potius animæ, quam corporis, vt illi obijcit Pluſquamcommentator; ſiquidem omnis paſſio, qua paſſio eſt, dicitur eſſe paſſio patientis; & omnino eius, in quo eſt, tanquam in ſubiecto: ſiue eius, quod ab illa denominationẽ ſumit; magis quam agentis, & illius, à quo eſt, tanquam ab efficiente, ſiue illius, quod ab illa non*

deno-

A *denominatur: quum itaque corpus in relatione ad animam ſit principium paſſiuum, anima vero actiuum; ſi credendum eſt rationi, & Ariſtoteli; rationi quidē, nam conſtat uitam perficere corpus, non animā; hæc enim poſt mortē à corpore ſeparata perfectior eſt, quam in uita corpori adiuncta, ex Ariſtotele, vt videbitur infra ſuo loco: Ariſtoteli uero, qui longo diſcurſu nos docet materiā eſſe inter principia rerum naturalium principium vbiq; paſſiuum: formā aūt, & præſertim animam actiuum:* 12.meta.t.51. 1.phyſ paſſim

B *quumq; vita ſit in corpore, tanquā in ſubiecto, non ita in anima, ſed potius ab anima, tanquam à ſui cauſſa efficiente: Quum deniq. corpus proprie ab ea denominetur viuens, non quidem corpus ab anima ſeiunctū, ſed illi ſubiectū; anima uero neque corpori addicta, neque ab eo ſeparata (niſi multū eminenter) dicatur eſſe viuens; profecto vita ſi ſtatuenda eſt eſſe paſſio, licet dicēda ſit paſſio coniuncti, corporis tamen potius eſt paſſio, quam animæ: Quare in hoc recte non damnat Turiſanus Auicennam;*

C *& eo magis, quod ſi uita ſtatuatur eſſe paſſio perfectiua; quum à uita perficiatur corpus potius quam anima; quippe animæ melius eſt eſſe à corpore ſeparata, ac proinde ſine vita, quæ dicitur eſſe paſſio coniuncti ex anima & corpore; ſic enim ait Ariſtoteles inquiens Laborioſum eſse intellectui commiſtum eſse corpori, & melius illi eſſe non cum corpore eſſe, quemadmodū & conſuetū eſt dici, & multis placet: verba ijs apprime conſentientia, quæ alibi ſcribuntur eidem Philoſopho aſſerenti, Humanum intellectum non bene ſe habere in hoc,* 2.de an.t.49. 12.meta.t.51.

aut in hoc; ſed tunc optime ſe habere, quando ſeparatus A
eſt à corpore, & eſt totum quoddam, ſiue quoddam ens
in toto mundo, non amplius cuiuſdam pars componens
in homine; ac proinde ſine vita, quæ eſt paſſio coniuncti
ex anima & corpore; quem locum infra diligentius ad-
huc expendemus: at vero corpori viciſſim melius eſt eſſe
viuens, atq; animæ aſſociatum, ac pars componens ani-
matum, quam totum quoddam ex ſe anima, & vita
deſtitutum, quale eſt cadauer; vita ergo ſi dicenda eſt
paſſio perfectiua, eſt potius paſſio perfectiua corporis, B
vt cenſuit Auicennas, quam animæ, vt opinatur Pluſ-
quam commentator. Ceterum Auicennæ ſententiam nos
alijs de cauſsis improbare cogimur, primum quidem eo
quia huiuſmodi aptitudo corporis perfecta ad operan-
dũ tale quid eſt, vt eius participatione corpus fiat poten
tia tale, vel tale, non actu q; uũ ipſamet aptitudo ſit po-
tentia quædam, quam ſecundam, & proximam appel-
lare ſolemus; à potentia enim qualibet id, quod eã obti-
net, per ſe primo redditur in potentia, quamuis alia de C
cauſſa poſſit eſſe aliquid actu: Quum autem per vitam
conſtituatur corpus, quod dicitur actu uiuens, non po-
tentia ſolum; quum ex aduerſo per potentiã vegetandi
ſint oua, & ſemina, quin etiam aliquando ſtirpes corpo
ra uegetabilia, non actu vegetantia: per potentiam ve-
ro ſentiendi ſit ouum item, ac ſemen animalis, & ani-
mal dormiens plerunque ſenſitiuum, non actu ſentiens;
& per poteſtatem intelligendi ſimus intellectiui, non ne-
ceſſario actu intelligentes; apertum ſatis eſt vitam,
cuius

A *cuius participatione corpus eſt actu uiuens, non poteſtate ſolum, haudquaquam eſſe huiuſmodi aptitudinẽ corporis perfectã ad operandũ, quæ dicitur potẽtia ſecũda. Amplius vita eſt quid reipſa diuerſum ab animæ natura, vt fatetur vel Auicennas; at vero potentia iſta perfecta corporis ad operandum, vt potentia vegetandi, ſentiendi, & intelligendi, nihil aliud eſt, quam animæ facultas, ſiue animæ potentia, & omnino (vt phraſi vtar Ariſtotelea) animæ pars; quum autem ſatis* 3.de an.t 1.& alibi paſſim. de ort. an. hu.

B *oſtenderimus ſupra, & alibi potentias, & facultates animæ non eſſe id, quod vitam appellamus, & re non differre ab animæ ſubſtantia; compertum eſſe cuique poteſt vitam non eſſe facultatem, ſeu diſpoſitionem corporis perfectam ad operandum, quam vocare conſueuimus potentiam proximam, ſiue ſecundam, & animæ facultatem, vti eſt ſenſus, intellectus, & huiuſmodi. Præterea iſta corporis aptitudo perfecta ad operandum opera viuentium, niſi dicatur eſſe animæ fa-*

C *cultas reipſa nõ differens ab animæ ſubſtantia, erit proculdubio de ſecunda ſpecie Qualitatis, quæ ab Ariſtotele vocatur Naturalis potentia ad operandum, & omnino de genere accidentis; contra tamen fuſe oſtendimus in ſuperioribus vitam non eſſe accidens vllo modo, ſed neceſſario pertinere ad coordinationem ſubſtantiæ; vita ergo reuera non poteſt eſſe aptitudo corporis perfecta ad operandum operationes animatorum propriat, quam commentus eſt Auicennas. Vlterius quod inquit Auicẽnas aptitudinem corporis perfectam ad obe-*

undas

undas operationes animatorum proprias, quæ eſt poten- A
tia ſecunda, ſeu proxima ad operandum, quæ alio no-
mine dicitur animæ facultas, non eſſe idem cum animæ
ſubſtantia, longe abeſt a Veritate, definit enim Ariſto-
2. de an. t. 24. *teles animam eſſe principium, quo primo viuimus, &*
ſentimus, & loco mouemur, & intelligimus; ita etiã,
2. de an. t. 11. *ne diſcedamus ab exemplo Auicennæ, Gubernator eſt*
ea ratione forma nauis, vt ſit eius actus, & perfectio,
qua mediante a naui prodeunt commoda naualia: ſed
potentias animæ re non differre ab animæ ſubſtantia, B
nuper adnotauimus. Non eſt itaque veritati conſen-
tanea opinio Auicennæ de vitæ natura.

Enodantur Auicennæ rationes, monſtrando cuius rei mors ſit priuatio; & quid mediet inter animam, & operationes ab ea prodeuntes. Cap. XXXVII.

IMMO *neque rationes in eius confirmationem allatæ tanti ſunt roboris, vt illam ſatis cõmunire valeant: Quod enim primo loco proponebatur argumẽtum, vitæ mors opponitur, tanquam habitui propria priuatio; ſed mors eſt priuatio perfectæ aptitudinis in corpore ad obeundas operationes animatorum proprias; Ergo vita eſt aptitudo corporis perfecta ad obeundas operationes animati; ſolui poteſt eo quia omnis priuatio illi tantummodo naturæ, vt habitui* C

tui

A *tui, opponitur, quam per ſe primo tollit, non item illi, quam ſecundario a ſubiecto ablegat: mors autem tollit equidem tum operationes animatorum, tum etiam aptitudinem illam ſubiecti ad operandum, quam Auicennas perfectam appellat; ſed vtrunque tollit ex conſequenti, & ſecundaria quadam ratione, non primario; per ſe primo etenim mors tollit ipſum eſſe viuentiũ, quod ſubſtantia eſt; nanque mors eſt corruptio ſubſtantiæ viuentis; omnis autem corruptio quum ſit mutatio*

B *entis ad non ens, ſiue mutatio rei de eſſe ad non eſſe, iccirco tollit per ſe primo ipſum eſſe eius, quod corrumpi dicitur, deinde vero ex conſequenti aptitudinem eius ad operandum, denique operationes ipſas; ſiquidem iuxta ordinem Naturæ prius eſt ipſum eſſe tum aptitudine ad operandum perfecta, tum etiam operatione; vnumquodque enim primo eſt, id quod eſt; deinde aptum eſt ad operandum, deinceps actu operatur; & poſteriora vbique corruunt ad interitum priorum, non vi-*

C *ceuerſa priora ad obitum poſteriorum; ſic ergo mors eſt priuatio primo ipſius eſſe viuentis, & ex conſequenti aptitudinis illius perfectæ ad operandum, ac proinde quoque operationum: ex quo plane ſequitur habitum, cui opponitur mors, tanquam priuatio, eſſe non operationes animatorum, neque aptitudinem corporis perfectam ad operandum viuentis operationes, ſed ipſummet eſſe viuentium: Quare ad argumentum; quod dicitur vitæ mortem opponi, ſecundum eam ſpeciem oppoſitionis, quæ vocatur habitus, & priuatio; id quidẽ*

vltro

Vltro concedimus; quod uero ſubdit Auicennas mortē eſſe priuationem aptitudinis in corpore perfectæ ad operandum, id certe verum eſt in eo ſenſu, quo diximus mortem eſſe priuationem etiam operationum, hoc eſt, non per ſe primo, ſed ex conſequenti, & ſecundario; nā primario, & immediate mors eſt priuatio, & corruptio ipſius eſſe viuentium; inde autem colligi nequit vitam eſſe iſtam aptitudinem perfectam corporis ad operandum; quoniam vita eſt id, cuius per ſe primo mors eſt priuatio: Alioquin tum nulla eſſet ratio, qua dicendum foret vitam eſſe potius aptitudinem iſtam ad operandum, quam operationem; etenim vtriuſque conſimiliter mors eſt priuatio; tum etiam oua ſubuentanea, quæ orta ſunt citra maſculi opus, non recte ab Ariſtotele connumerata fuiſſent inter corpora vitam habentia; quum careant iſta perfecta corporis aptitudine ad operandum actiones animatorum proprias: Bene ex habitis concludi poteſt vitam eſſe ipſummet eſſe viuentium; quod aliquando ſcripſit Ariſtoteles; At vero eſſe viuentis non eſt perfecta corporis aptitudo ad operandum, ſed ſubſtantia, & quid prius, ex quo ſequitur iſta aptitudo, quæ apud Auicennam eſt accidēs quoddam. Non eſt autem maioris momenti ſecunda ratio, qua dicebatur vitam eſſe id, quod mediat inter animam exiſtentem in corpore, & operationes ab illa manantes; ſed inter animam exiſtentem in corpore, atq; operationes ab anima prodeuntes, nihil mediare niſi aptitudinem corporis perfectam ad operandum; quare vitam

[Margin notes: A; B; 2. de gen an. c. 4. & lib. de reſpir. c. 7.; 2. de an. t. 37.; C]

tam

A tam nihil aliud eſſe, quam aptitudinẽ iſtam corporis per-
fectam ad obeundas operationes animatorum; quoniã
falſo dicitur inter animam exiſtentem in corpore, ac ope-
rationes ex ea pullulantes nihil omnino mediare niſi ap-
titudinem corporis perfectam ad operandum; ad illud
autem, quod in huius confirmationem affertur, nempe
inter actum primum, qui eſt animæ ſubſtantia, & actũ
ſecundum, qui eſt operatio ab anima prodiens, nil me-
diare poſſe niſi quod Peripatus appellat potentiam ſe-
B cundam, quæ eſt diſpoſitio, ſeu aptitudo illa perfecta
corporis ad agendum, de qua nunc Auicennas, reſpon-
demus hoc item longe à veritate abeſſe; quoniam quam-
primũ anima eſt, vnitur ilico apparato ſibi corpori; quæ [illegible]
vnio ab Ariſtotele appellatur ortus, ſiue generatio vi- lib. de reſpir.
uentium; vbi vero anima corpori adiuncta eſt vt actus
primus, ſtatim conſtituit in eſſe illud, quod animatum
dicitur, & viuens; id poſtmodum propter animæ parti-
cipationem habere dicitur aptitudinem perfectã ad ope-
C randum, quæ nuncupatur potentia ſecunda; a qua de-
nique tranſit viuens ad proprias functiones obeundas:
ita ergo inter animam corpori adiunctam, & operatio-
nes ab ea prodeuntes, mediat non ſolum aptitudo cor-
poris perfecta ad operãdum (niſi hanc eſſe velimus ani-
mæ ſubſtantiam) ſed etiam ipſum viuentis eſſe; quare
ex eo, quod vita eſt quid medians inter animam corpo-
ri addictam, & operationes ab ea proficiſcentes, colligi
nequit vitam eſſe aptitudinem corporis perfectam ad
operandum; ſed diſiunctiue, aut hoc tale, aut potius

Digitized by Google

ipſum eſſe viuentis; at vitam reuera eſſe ipſum quod A
dicitur eſſe viuentis, non autem perfectam iſtam corpo-
ris aptitudinem ad operandum, abunde conſtat ex tra
ditis. Quod autem poſtremo demonſtrare conatur
Auicennas vitã non eſſe animam, & aptitudinẽ iſtam
corporis ad operãdũ nõ eſſe ipſum eſſe animæ in corpore,
ſponte quidem illi concedimus: verũ, quod etiã cõfirma-
re ſtudet vitã nõ eſſe ipſummet eſſe, ſeu exiſtere animæ in
corpore, non ita gratis illi dare poſſumus; neque enim ad
hoc oſtendendum ſatis firmam rationem adduxit de- B
ſumptã ab exemplo Gubernatoris in naui; quod exem-
plum nil ſane, vel parũ Autori ſuffragatur, tum quia
1.de an.c.24. *exempla, Themiſtio adnotante, non habent vim proba-*
tionis; tum præcipue quia exemplum allatum non eſt
ad rem accommodatum; Gubernator enim haud eſt
ita forma nauis, vt anima ſtatuitur eſſe forma corporis:
inter has nanque formas tantum reperitur ineſſe diſcri-
minis, quod ſine animæ præſentia ne tantillum poteſt ui-
uens in eſſe perſiſtere, ſed neceſſario interit ilico; verũta- C
men ſalua naui, & ea omnino illæſa, poteſt Gubernator
ſæpius ab ea longe abeſſe per multum tempus, & rurſus
ad eã redire: quo fit, vt præſentia gubernatoris differat
ab eo, quod eſt eſſe nauis; non ſic autem dici valeat præ-
ſentiam animæ, ſiue exiſtentiam animæ in corpore di-
2.de an.t.37. *ſtingui ab ipſo eſſe animatorum; quod ab Ariſtotele nũ-*
cupatur vita, ſeu viuere. Non ergo ſubſcribendũ eſt
hac in re vel ipſi Auicẽnæ iudicanti vitã eſſe aptitudi-
nẽ corporis perfectã ad obeũdas operationes animatorũ.

Decima-

Digitized by Google

A

Decimatertia Opinio Fernelij arbitrantis vitã eſſe conſeruationem omnium facultatum, & operationum animæ, quaſi ſummam totius animæ facultatem. Cap. XXXVIII.

PAVCA *quædam de natura vitæ ſcriptis mandauit Doctiſſimus Fernelius; in ijs tamen ab hactenus examinatis*
B *diuerſam longe ſententiam in propoſito ſe habere demonſtrauit, nimirum vitã eſſe conſeruationem omnium facultatum, & operationum animati, quaſi ſummam totius animæ facultatẽ; id quod ſatis conſtare poteſt ex ijs, quæ ipſe profeſſus eſt in ſua Phyſiologia, vbi hæc ad verbũ, Eſt enim animalium vita facultatum, actionumq; omnium conſeruatio. Hæc autem a Corde cum ſpiritu, caloreque defluit. Mors eſt vitalis roboris, omniumque facultatum* lib. 5. cap. 16.
C *extinctio. Quas autem horum definitiones prompſit Ariſt. eas nõ modo ad animãtes, verũ etiã ad ſtirpes accõmodauit, vt longe, lateq; paterẽt. Vis porro iſta vitalis totius animæ pars non eſt, quod ſolitaria nuſquã ſubſiſtat, quodque illius ope nihil ſeorſum viuat; ſed totius animæ ſumma quædã facultas, quæ partes animæ perficit, tuetur, & quaſi nexu coniungit. Hæc de natura vitæ leguntur apud Fernelium; e cuius verbis ad ſuæ opinionis confirmationẽ illud elici poſſe videtur argumẽtum, quo dicitur oppoſitorum oppoſitam ſemper eſſe de-*

Digitized by Google

finitionẽ; atque ideo quum mors nihilaliud ſit, quã extinctio facultatum omnium, & operationum viuentis; conſtituendum eſſe vitam, quæ morti opponitur e diametro, definiri conſeruationem omnium facultatum, & operationum animæ. A

Reprobatur opinio Fernelij, notando eius inconſtantiam; & monſtrando vitam non eſſe conſeruationem facultatum, & operationum; non prodire a Corde; ſubſiſtere poſſe ſolitariam, ac ſine oparatione; non perficere, nec tueri partes animæ. Cap. XXXIX. B

SEd quæ a Fernelio de vita ſcribuntur, non ſatis videntur mentem firmare; & eo magis, quo ex eis haud aperte conſtat intentio Autoris; immo & inconſtans valde ſibi ipſi videtur iſte vir, alioquin ſummæ eruditionis; quoniam in breui hac ſpeculatione primo loco decernere voluit uitam eſſe conſeruationem omnium facultatum, & operationum animantis; deinde uero illum apertiſſime conſtituentem legimus vitam eſſe ſummam quandam totius animæ facultatem conſeruantem, perficientemque, nec non etiam coniungentẽ partes animæ ad inuicẽ; quæ duæ uitæ definitiones multo interuallo ab inuicẽ diſtãt: quin ſunt inuicẽ incõpoſſibiles, incõpatibileſq;; idẽ enim ſimul eſſe nõ poteſt et animæ facultas, & facultatũ animæ omniũ cõſeruatio. C

Amplius

A *Amplius & ideo redarguendus eſt hac in re Fernelius, qui quum nouerit Ariſtotelem in aſsignanda definitione vitæ, ac mortis, eas definitiones promulgaſſe, quæ non ſolum animalibus conueniunt, verum etiam ſtirpibus; ipſe tamen in Phyſiologia perperam ſe ſe coarctare voluerit, Ariſtotele relicto, ad animalia tantummodo, prætermiſſa ſtirpium conſideratione; quod ſi tanquam Medicus aliqua ratione facere potuit, id tamen Phyſiologus agere non debuit: quare nedum inconſtantiæ,*

B *ſed etiam imminutionis nota Fernelio hac in re inurenda videtur. Præterea illud, quod dicitur conſeruatio omnium facultatum, & operationum animantis, videtur eſſe potius vitæ opus, & effectus, quã vita ipſa; ſiquidem vitæ munus proprium, & officium eſt conſeruare facultates, & operationes animãtium; cuius quidem rei certum id argumentum exiſtit, quoniam ex operationibus & facultate operandi, tanquam ex effectis, à poſteriori aſcendimus in cognitionẽ vitæ, veluti cauſ-*

C *ſæ propriæ; ſic Ariſtoteles alicubi ex operatione intel-* 2.de an.t.13.
ligendi, ſentiendi, mouendi, & ſtandi ſecũdum locum, nutritionis, augumenti, & decrementi, arguit ea, quibus vel aliqua ex his actionibus inſit ſolum, omnia uiuere: Immo etiam ex potentia, ſeu facultate, quam habent vegetabilia ſeſe alendi, augendi, & decreſcendi, colligit ea cuncta viuere: Alibi quoque oua, & ſemina non minus uiuere quam ſtirpes ex eo probauit, quoniam habent facultatem propagandæ ſobolis, ſiue quia ſunt prolifica, ut eius uerbis vtar. Neque inſuper verum

rum

Digitized by Google

rum illud eſt, quod Fernelius adducit poſterius, vitam ſcilicet à Corde cum ſpiritu, & calore influere ad alias partes, ſiue illa dicatur eſſe facultas animæ, ſiue conſeruatio facultatum, & operationum animantis; & hoc propter illas rationes, quas propoſuimus antea, dum expendebamus Medicorum placita: Quibus plane rationibus hanc adiungere poſſumus, quoniam ſi à Corde vita influeret ad alias partes animalis, profectò in syncope, quo affectu prohibetur influxus à Corde ad reliquũ corpus, homo nullo modo viueret; quod omnino eſt falſum; nam ſe bene habent plerique à ſyncope; à morte autem ad vitam vllum nõ eſt iter in Natura: Non ergo vita influit à Corde cum ſanguine, ac ſpiritu in alias partes. ſed hac de re fuſiùs actum eſt in ſuperioribus. A B

Vlterius & id ſuſpectum ſatis eſt, quod ſcribitur vim iſtam vitalem nuſquam ſubſiſtere ſolitariam, & eius ope nihil ſeorſum viuere, quod ſcilicet non edat operationes aut vegetales, aut ſenſuales, aut rationales, ſiue intellectuales; nanque oua Hypenemia, ſeu ſubuentanea, quæ ſcilicet aſperſa non ſunt ſemine maris, Ariſtotelis teſtimonio, extra ouiparæ aluum uiuunt diutius abſque eo quod habeant vllam vitæ operationem, aut vllam facultatem operandi: Quin etiam oua fecunda, & ſemina omnia ſtirpium prolifica longum tempus viuere poſſunt abſque eo quod aliquid vnquam operentur: Non ergo abſolute vita eiuſcemodi naturam habet, vt ſolitaria per ſe nuſquam ſubſiſtere valeat ſine vlla operatione; quod ait Fernelius. Vltimo neque il- C

2 de gen. an. c. 4.

lud

A lud eſt firmum dogma, vitam ſcilicet eſſe facultatem, quæ perficit, tuetur, & coniungit ad inuicem partes animæ: ſiquidem uita uere tuetur, ac perficit corpus, & corporis particulas vniuerſas, eaſque inuicem coniungit; quibus ideo apprime congruit nomen uiuentis: Sed vita proprie non perficit, neque tuetur animam; quippe anima ex ſe perfectio eſt, & prior quam ſit vita; & eo ſane modo prior, ut uita ex Ariſtotele ab anima, tanquam à ſui cauſſa dependeat: Et certe rationi conſen- 2. de an. t 37.
B taneum haud eſſe poteſt id, quod poſterius eſt, & cauſſatum conſeruare, ac tueri priora, & cauſſas: non ergo ulla ratione fieri poteſt ut facultas aliqua prodiens ab anima, & omnino ut uita, quicquid ea ſit, conſeruet, ac tueatur animam; ſed potius oppoſitum contingit ut anima conſeruet, ac tueatur uitam; quum apertiſſimum cuique ſit ad interitum animæ, aut ad eius à corpore ſeparationem ſecundario, & ex conſequenti diſſolui facultates omnes uiuentis, & uitam ipſam; non au-
C tem uiciſſim ad uitæ, aut facultatum diſſolutionem, animam per accidens, aut ſecundario interire; id quod & in alijs apertum eſt, ſed maxime in anima rationali, quæ ſuperſtes remanet immortalis, uita morti cedente. At uero ſpeciatim quod aſſeritur uitam coniungere adinuicem partes animæ, id quoque ſuſpitione aliqua non caret; nam partes animæ, ut uegetalis, ſentiens, & rationalis in homine, & uegetalis, ac ſentiens tum generica, tum ſpecifica in brutis; ac demũ vegetalis & generica, & ſpecifica in planis, licet ad hoc ut corpori uniantur

tur

tur, deſiderent in eo præparationem quandam, quæ ceu A
uinculum liget in unum duas iſtas naturas, quas ani-
mam, & corpus appellamus; quia Natura in unum
coniungere non ſolet ſine medio res ualde diuerſas; ubi
tamen unum genus animæ in eodem uiuente alteri ani-
mæ adiungendum ſit, id ſane abſque medio fit, quia res
uniendæ congeneæ ſunt, naturæque perſimilis; quare
ſufficit unam ſe habere ad aliam, tanquam actum ad
2.de an.t.7.& *id, quod eſt in potentia, ut ait Ariſtoteles; quo plane mo-*
8. meta.t.16 *do ſe habet rationalis anima ad ſentientem, & ſenſi-* B
trix ad uegetalem, ac omnino anima ſpecifica ubique
ad genericam; & propterea inuicem uniuntur ſine me-
de ort.an.hu. *dio: ſed hac de re alibi fuſius: Si uero per animæ par-*
tes non intelligat Fernelius animæ ſpecies, ſeu gradus,
ſed potius facultates, & potentias animæ, nihil minus
à ueritate abeſt quam quod ſtatuit uitam in unum
coniungere potentias animæ; nam interempta uita poſt
mortem hominis in anima rationali à corpore ſeparata
ſuperſtites remanent, ac ſimul iunctæ permanent duæ C
illius facultates, intellectus nempe, atque uoluntas: Si
ergo uita hominis ea non eſt, quæ tueatur, & coniun-
gat potentias animæ rationalis; profecto nec ulla alia
uitæ ſpecies tueri poterit, & coniungere potentias eius
animæ, à qua in eſſe dependet; quum omnium hac in re
ſit eadem ratio; uita igitur nullo modo coniungit ad in-
uicem partes animæ. Ex his itaque manifeſto conſta-
re poteſt opinionem Fernelij de natura uitæ non eſſe ue-
ritati conſentaneam.

Sol-

A

Soluitur Fernelij ratio, vnde patet mortem non definiri extinctionem omnium facultatum, & operationum animati. Cap. XL.

QVOD autem in propriæ ſententiæ confirmationem Fernelius adduxit argumentum inquiens, oppoſitorum oppoſitam ubique aßignandam eße definitionem;
B ac proinde quum mors, cui uita opponitur e diametro, nihil aliud eſſe uideatur, quam extinctio facultatum omnium, & operationum animati; uitam definiri conſeruationem facultatum, & operationum animati; ſolui poteſt rei naturam altius intuenti; nam eſt quidem uita morti oppoſita toto cælo; & oppoſitorum oppoſita ſemper eſſe debet definitio; ſed uerum non eſt, quod in argumento gratis, & abſque ulla probatione accipitur, definitionem mortis eſſe quod
C dicitur extinctio facultatum, & operationum omnium in uiuente; nanque in definitionibus non omnia ea poni ualent, quæcunque aliqua ratione naturæ definiendæ conueniunt; ſed ſolum quæ illi inſunt immediate, per ſe, 1. Poſt.t.9 & atque primario, ut admonet alicubi Philoſophus; at 2.Poſt.c.17. uero mors extinguit certe facultates, & operationes omnes animati; ceterum id non præſtat immediate, aut per ſe, aut primario; ſed mediate, per aliud, ac ſecundario; quum enim mors ſit corruptio uiuentis, qua uiuens eſt; & omnis corruptio eſſentialiter ſit mutatio ab eſſe

Digitized by Google

ad non eſſe illius, cuius dicitur eſſe corruptio, plane mors A
immediate, per ſe, ac primo extinguit ipſum eſſe uiuen-
tis; ad cuius extinctionem (vt uerbo vtar Ferneliano)
ex conſequenti extinguitur facultas, & omnis operatio
animati; & ſane ratio huius eſt, quoniam vbiq; prius
eſt eſſe vniuſcuiuſque rei, quam ſit aut facultas illius
rei ad agendum, aut eius ipſius operatio; ſed Naturæ
legibus decretum eſt vt poſteriora pereant ad interitum
priorum, non autem viciſſim priora occidant ad corru-
ptionem poſteriorum; quare mors non bene definitur eſ- B
ſe extinctio facultatum, & operationum omnium in
animante; ſed potius definienda eſt extinctio, vel cor-
ruptio ipſius eſſe animatorum; ex his ergo ab oppoſito nõ
ſequitur vitam, quæ eſt habitus morti, tanquam ſuæ
priuationi oppoſitus, definiendam eſſe conſeruationem
omnium facultatum, & operationum animantis, quã-
uis tale quid uita in animante præſtare dicatur; ſed po-
tius vitam eſſe ipſummet eſſe viuentibus, ut ait quan-
2. de an. t. 37. *doque Ariſtoteles. Præterea quemadmodum definiens* C
mortem eſſe extinctionem facultatum in animante, ſi
loquatur de facultatibus animæ vegetalis, & ſentien-
tis, in definitione aſſumpſit quæ non immediate, ac pri-
mario, ſed remote, ac ſecundario inſunt definito; primũ
enim morte occidũt ipſa vegetabilia, & ſentientia, vel
ſi mauis, anima vegetans, & ſentiens; ad quorum inte-
ritum ex conſequenti facultates, & operationes ab ijs
prodeuntes extinguuntur, & eſſe deſinunt: Ita ſi ſermo
ſit de facultatibus, & operationibus animæ humanæ,
falſa

A *falſa proponitur mortis definitio; ſiquidem poſt homi-
nis interitum anima rationalis à corpore abſoluta, illæ-
ſa, & immortalis permanet cum incolumitate ſuarum
facultatum, intellectus nempe, ac voluntatis; & ſal-
uis vtriuſq; functionibus; intelligit enim mens à corpo-
re ſeiuncta, & voluntatis officio fungitur, quod latius
explicabitur infra: Non ergo mors abſolute definienda
eſt extinctio cunctarum facultatum, & operationum
in viuente exiſtentium. Amplius omnis definitio tra-*
B *denda eſt per eſſentialia, & cauſſas definiti, non per ac-
cidentalia, & effectus; at hoc, quod mors extinguat fa-
cultates, & operationes in viuente, eſt accidentale mor-
ti, & omnino mortis effectus, non illi eſſentiale, aut eius
cauſſa; male itaq; mors definitur extinctio facultatũ,
& operationũ omniũ in viuente. Quũ ergo Fernelij ra-
tio falſo principio niti uideatur, propterea cogimur nos
ab eius opinione diſſentire, ſtatuẽtes vitã nõ eſſe definien-
dã eo, quod eſt conſeruatio facultatũ, & operationũ cũ-*
C *ctarum animãtis; quippe hoc vitæ eſt opus, non eſſentia.*

Decimaquarta opinio Ludouici Viues, qui cenſuit vitam eſſe Conſeruationem inſtrumentorum animæ. Cap. XLI.

LVDOVICVS *Viues, vir amplæ doctrinæ, nouam & ipſe hac in Philoſophiæ parte opinionem de vita promulgauit, affirmans (vt referunt in ſuis doctiſſimis commentarijs, & Ferne-*

1. aph. 1. de fac. an. c. 16. *lius ad Aphoriſmos Hippocratis, & Riolanus ad ope-* A
ra Fernelij) quidditatem, ſiue internam naturam, &
eſſentiam vitæ in vniuerſum conſtitutam eſſe totam in
pura Conſeruatione inſtrumentorum, quibus anima
vbique vti conſueuit ad operandum; ita vt vita defi-
nienda ſit eſſe conſeruatio inſtrumentorum animæ. Ad
cuius opinionis confirmationem illud ante omnia facere
videtur, quoniam vita eſt primum opus, quod profici-
ſcatur ab anima; verum hoc primum opus ab anima
prodiens nihil aliud eſſe poteſt, quam conſeruatio inſtru B
mentorum, quibus poſtea uti anima debet ad ceteras
omnes operationes obeundas; vita ergo nihil aliud eſt,
quam Conſeruatio inſtrumentorum animæ. Deinde ve-
ro & iſti opinioni apertiſſime illud ſuffragari videtur,
quod ilico atque animal mortem obit, deſinunt ſimul
eſſe inſtrumenta, quibus in animantis uita vtebatur
anima ad obeundas quaſque operationes; nanque ipſo
2. de an. t. 8. & 9. *vel Ariſtotele atteſtante, in cadauere non eſt oculus,*
2. de gen. an. c. 1. *aut manus, aut pes, aut quoduis aliud inſtrumentum,* C
niſi æquiuoce, vt oculus, aut pes lapideus, vel pictus:
2. quæ. nat. c. 25. *Immo & Alexander idipſum nobis innuit ſcribens*
alicubi corpus organicum eſſe id, in quo eſt anima; &
ab anima habere eſſe organicum, nec priuſquam ani-
mam haberet, fuiſſe organicum; nec quum abijt anima,
eſſe amplius organicum: Signum euidentiſſimum vi-
tam reuera nihil aliud eſſe, quam Conſeruationem in-
ſtrumentorum animæ. Ita ſentit Viues de natura vi-
tæ.

Con-

Digitized by Google

A

Confutatur opinio Viues, demonſtrando vitam non eſſe reuera Conſeruationem inſtrumentorum animæ. Cap. XLII.

QVAM *tamen opinionem pluribus de cauſſis nunquã probare potui: Et primum quia ſi reuera vita nihil aliud eſſet, quam conſeruatio inſtrumentorũ;* B *quum oua, & ſemina careant omnino inſtrumentis, quibus anima uti ſolet ad agendũ; utuntur etenim oua, & ſemina prolifica, tanquam inſtrumento, ad propagandum calore Solis, aut cuiuſuis alterius generis, quem in ſe non habent, nec ullo modo cõſeruare poſſunt: ſed & oua ſubuentanea nullum omnino quum habeant inſtrumenti genus, quo utantur ad operandum; nihil enim agunt, nihilque agere poſſunt; proculdubio neceſſarium eſſet confiteri oua, & ſemina* C *omnia ex ſe vitam non habere; oppoſitum tamen haud ſemel monſtrauit Ariſtoteles; vita ergo roipſa non eſt* 1.de gen.an.c. 3.& 4. *conſeruatio inſtrumentorum animæ. Præterea Em-* De reſp.t.c.7. *brium, ſiue conceptus humanus in vtero, antequam in eo formentur membra, & inſtrumenta, quibus in poſterum vti debet ad obeundas operationes vitæ, viuit veram vitam, vt alias oſtendimus; ſed notiſſi-* de ort.an.hu. *mum cuique eſt inſtrumenta non poſſe conſeruari antequam efformentur; unde colligendum eſt vitam non eſſe ullo modo conſeruationem inſtrumentorum animæ.*

Amplius

Amplius nemo certe negare poterit prius fieri oportere A
inſtrumenta, deinde vero non niſi facta conſeruari, ita vt adhuc dici nequeat inſtrumentum conſeruari, dum fit; quippe conſeruatio eſt eius, quod eſt, ac omnino ipſius eſſe; ſed quod fit, nondum eſt; fieri etenim ſemper præcedit ipſi eſſe in rebus permanentibus ortui obnoxijs; nam in tranſeuntibus æquipollent eſſe, ac fieri; motus enim, & actio qualibet non eſt, niſi dum fit: Quum autem certiſſimum ſit fetum in vtero viuere vel in ipſo tẽpore organizationis, hoc eſt, toto primo quadragenario B
a die conceptionis, dum in ipſo formantur membra, & inſtrumenta oportuna ad obeundas operationes conſtituendi animantis; compertiſſimum quoque debet eſſe vitam non eſſe conſeruationem inſtrumentorum animæ. Inſuper uiuunt in animalibus, & in alijs quibuſque animatis partes omnes non organicæ, quæ ſimilares appellantur, vt caro, neruus, cryſtallinus humor, & ceteræ huiuſmodi ſigillatim; vita ergo non eſt inſtrumentorum conſeruatio, quum ſine inſtrumentis alicubi conſi- C
ſtere ualeat; Vitam autem generatim non poſſe definiri conſeruationem eorum, ſine quibus quoquopacto conſiſtere poteſt, tam notum eſt, quam quod notiſſimum. Vlterius quum in animali non ſemper inſtrumenta per totum uitæ ſpatium conſeruentur, ſed uarie alterentur, immo multoties imminuatur eorum numerus; quod in mutilatis accidit, quibus uel manus, uel pes abſcinditur, uel oculus effoditur, uel quodlibet aliud organum ſubtrahitur: quum aliquando etiam inſtrumenta creſcant,

A ſcant, ac multiplicentur, ut in Monſtris, inter quæ contingit numerari homines cũ utroque ſexu Androgynos, cum duplici capite, cum duplicato brachiorũ, aut manuum numero, & id generis alia multa; ſi uita nihil aliud eſſet, quam conſeruatio inſtrumentorum, proculdubio uita ſecundum ſe multas ſubire poſſet mutationes in eſſentia; immo in ſe reciperet (quod uulgo dici conſueuit) magis & minus; nam Hermaphroditus magis uiuens eſſet, quam homo unius tantummodo ſexus;
B & mutilatus homo ſiue a natura, ſiue ob alias cauſſas, minus uiuens eſset, quam integer; hæc tamen omnia longe abſunt a ueritate; quippe uita ſubſtantia eſt, nulloq; modo intendi, uel remitti poteſt, aut mutari eſsentialiter, niſi per mortem; æque enim uiuunt homines tum Androgyni cum utroque ſexu; tum uiri, ac mulieres cum altero ſexu ſolum; tum denique neutrum ſexum habentes; quos neſcio qua ratione feminas potius, quã mares uulgus appellet; quum feminæ a maſculis pro-
C prie non diſtinguantur, qua tales, niſi ratione diuerſitatis in ſexu, quod ſæpe adnotat Ariſtoteles in libris de Animalibus: ſed quid ni dicamus tales homines eatenus ad feminas redigi, quatenus & feminæ maribus ſunt imperfectiores, & huiuſmodi homines in hominũ genere omnem obtinent imperfectionem? priuãtur enim penitus diſtinctione partium generationi famulantiũ, atque propterea etiam propagatione ſobolis, quæ perfectiſſimum eſt Naturæ opus, & naturaliſſimum omnibus uiuentibus perfectis, quemadmodum quandoq; 2. de an. t. 34.
monet

2.de an.t.34. *monet Ariſtoteles: vita igitur definienda non eſt conſer-* A
uatio inſtrumẽtorũ animæ. Poſtremo plerique homi-
nes in ſui vita id patiũtur, vt neutiquã in eis organa cõ
ſeruentur vſque ad interitum, ſed corrumpantur ali-
quæ partes omnino, et vita ſuperſtite, ut in ſphacelo, &
in gangræna, & ſyderatione; vita ergo generatim defi-
nienda non eſt conſeruatio inſtrumentorum animæ; quũ
viuere poſſit animal, cui aliqua organa computreſcunt.
Non ergo veritati conſona eſt opinio Viues, qui cen-
ſuit vitam eſſe conſeruationem inſtrumentorũ animæ. B

Tolluntur argumenta Viues, oſtendendo primũ opus animæ non eſſe conſeruationem inſtrumentorum; & quomodo per mortem pereant, ſiue deſinant eſſe inſtrumenta. Cap. XLIII.

VERVM *& argumenta, quæ in eius con*
firmationem propoſita fuere, tale robur
non habent, quo dicta opinio tuto defen- C
di valeat; nam quod primo loco affere-
batur, vita eſt primum opus, quod ab
anima proficiſcitur; ſed iſtud opus, quod ante omnia pro
uenit ab anima, nullum eſt aliud, niſi conſeruare inſtru-
menta, quibus vbique ad operandum anima vti ſolet;
vita ergo definienda eſt eſſe conſeruatio inſtrumentorũ
animæ; ideo ſoluitur, quia falſo aſſumitur primum opus,
quod ab anima prodit, eſſe conſeruationem inſtrumento-
rum; antequam enim anima conſeruet inſtrumenta
iſta,

A iſta, opus eſt profecto ut huiuſmodi organa fiant, ac fa-
bricentur; conſeruari nanque illud non poteſt, quod non-
dũ eſt factum; fiunt autẽ inſtrumenta, quibus anima in
viuente vtitur ad obeundas vitæ functiones, ab ipſa-
met anima, ut inquit Themiſtius, & nos alibi mõſtra- 1. de an. c. 11.
uimus, etiam ad mentem Ariſtotelis; ſi ergo inſtrumen- de ort. an. hi. 2. de gen. an. c.
torum conſtitutio præcedit eorum conſeruationi, & ab 1.
anima pendet; uerum certe non eſt quod affertur, primũ 4 de gen. an. c. 4.
opus ab anima prodiens eſſe conſeruationem inſtrumen-
B torum: Quod aũt anima corpori adiuncta ipſa ſibi fa-
bricet inſtrumenta, quibus opus habet ad obeundas ui-
tæ operationes, longe ſatis alias oſtendimus, vt nuper
obſeruauimus; ſed ad propoſitum præclaram Themi-
ſtij ſententiam huc transferre liceat, ait enim, Anima
fabricatur, architectaturque ſibi conueniens, accommo
datumque inſtrumentum; deformat ipſa ſibi, & præ-
parat domicilium non deformatum ante, & præpara-
tum, demum ſubit; Non enim quemadmodum citha-
C ra dedolatur prius, & conditur, tum demum adhibetur
ad muſicam; ita & corpus ornatur, inſtruiturque, mox
animæ ſumendum offertur. Cui ſane adſtipulatur etiã In Tim.
Ficinus inquiens priuſquam adultum ſit corpus animã
totam in fabrica illius occupari. Sed in hoc loco eſt ani-
maduertendum ex eo, quod inſtrumentorum conſtitu-
tio præcedit eorundem conſeruationi, colligi non poſſe in-
ſtrumentorum fabricam, ſeu conſtitutionem eſſe primũ
opus animæ, atq; ideo uitam; nanq; anima corpori ad-
iuncta ſtatim illi ſuam perfectionem impertiens viuen-

2.de an.t.37. tis eſſentiam conſtituit, in qua ex Ariſtotele conſiſtit ratio vitæ; atq; hoc eſt primũ animæ opus, viuẽtis eſſentia nuncupatũ: conſtituto autẽ in eſſe ipſo viuente, anima ſtatim in eo incipit inſtrumẽta operationibus vitæ inſeruientia fabricare, quod eſt ſecundũ animæ opus: Organa vero ubi facta fuerint, ab anima tertio loco conſeruantur: Non eſt ergo primũ opus ab anima prodiens cõſeruatio inſtrumentorũ. Amplius ea ratione quoq; falſum eſt hoc principiũ, quod gratis aſſumit Aduerſarius in ſuo argumento; nã reuera conſeruatio inſtrumentorũ eſt animæ operatio, & functio, non opus ex functione prouenĩes, quod eſt finis operationis: plurimum enim di-
1.ethic.c.1. ſtat Ariſtoteli opus ab operatione; quũ illud ſemper fere ſubſtantia ſit, hæc vero accidens; conſeruatio vero eſt operatio, & omnino accidens, non opus, neque ſubſtantia; ſed uita non eſt operatio, neq; accidens, at opus, & ſubſtantia, vt fuſe patuit in ſuperioribus; Non igitur cõcludit ratio Viues, dum primo loco demonſtrare ſtudet vitã eſſe conſeruationem inſtrumentorũ animæ. Quod aũt deinde affertur, ilico atq; animal moritur, vna deſinunt eſſe omnia inſtrumenta, quibus viuo animãte anima utebatur ad obeundas quaſq; operationes; quippe in cadauere nõ eſt oculus, aut pes, niſi æquiuoce, vt ligneus,
2.de an.t.9. & 2.de gen.an.c.1. vel pictus; quod notat etiã Ariſtoteles; euidentiſſimum argumentũ vitã eſſe conſeruationẽ inſtrumentorũ; dilui quoq; poteſt; quia verũ illud eſt proculdubio ſtatim ac animal interit, neceſſario ſimul deſinere eſſe oculos, pedes, & alia inſtrumenta oĩa, quibus anima prius vſa eſt ad ope-

Digitized by Google

A *operandum; hoc tamē non eſt ſignum certum, & argumentū neceſſarium ad confirmandū uitam eſſe formaliter, ac per ſe primo conſeruationem inſtrumentorum, ſeu vitæ naturam, & eſſentiam in eo conſiſtere, vt ſit organorum conſeruatio; ſed eſt ſolummodo indicium oſtendens vitā eſſe quid, ſine quo non poſſunt in eſſe conſeruari talia inſtrumenta; hoc vero non explicat vitæ quidditatē, neque conſtituit eius definitionem, quam inquirimus; ſed potius aperit vitæ operationē quandā. quip-*
B *pe anima corpori adiuncta protinus in eo vitā excitat; deinde inſtrumenta format; fabrefacta poſtea cuſtodit, atq; conſeruat; Quum itaq; vita prius quid exiſtat, & cauſſa conſeruans in eſſe inſtrumenta; quumque nullum poſterius, aut cauſſatum in eſſe permanere valeat abſq; ſuo priori, & cauſſa ſui conſeruatrice; propterea ſane contingit vt deſinente vita, deſinant continuo & inſtrumenta. & hoc non quia vita ſit in ſe conſeruatio inſtrumentorum; ſed ſolum quia vita eſt quid prius, ſine quo*
C *inſtrumenta eſſe nequeunt: ſi etenim ſtatim ac interit homo deſinit eſſe riſibilitas, atque etiam riſibile; non tamen homo iccirco definiendus eſt riſibilitate: ſic prorſum inſtrumenta deſinunt eſſe, vita morti cedente, quia uita reuera eſt cauſſa conſeruans inſtrumenta, & omnino quid, ſine quo inſtrumenta in eſſe permanere nequeūt; ſed proinde vita non debet definiri conſeruatio inſtrumentorū; eſt enim hoc extra eſſentiam uitæ. Non eſt igitur accipienda opinio Viues definientis vitam eſſe conſeruationem inſtrumentorum animæ.*

Decimaquinta opinio Iulij Cæſaris Scaligeri cum Priſciano Lydo ſtatuẽtis vitam eſſe Vnionem animæ cum corpore. Cap. XLIV. A

De ſubtilit. exar. 102. ar. 5.

IVLIO *Cæſari Scaligero, ſubtilis ingenij viro longe aliã ab examinatis ſententiam de natura vitæ in mentem veniſſe cõperio; is etenim apertiſſime tuetur vitam non eſſe vllo modo actionẽ,* B
ſed puram vnionem animæ cum corpore; ſuamque iſtã opinionem pleriſque rationibus confirmare conatur quoad utranque partem hunc in modum ſcribens ad Cardanum, Vita eſt unio animæ cum corpore, ſecluſa omni operatione: a qua deinde proficiſcitur operatio. mox ſubdit. ſed redeo ad uitã. ſi uita eſſet actio, eſſet in prædicamẽto actionis; non ergo dicere liceat corpus viuens, ſi uita eſt actio animæ, igitur anima uiuere dicetur, non autem corpus. Adhæc actionis eſſet actio: nam uitæ actio- C
nes eſſe quatuor ait Philoſophus in ſecũdo de anima, in-
Tex. 16. *telligere, ſentire, moueri, nutrire; Et in nono Metaphy-*
2. de an. t. 139. & 140. & 3. Phy. t. 18. & ſequentib. *ſices uitam ait eſſe in anima; actio igitur eſſet in anima; at actio eſt in patiente, vt in ſubiecto, in quo mutat nomen, & paſſio uocatur, ut coloratio, accretio, motio. Quanquam non placet uitam eſſe in anima, ſed ab anima, velut & motum ab anima, non in anima; ab ea nanque eſſe uult ille, in ea eſſe non uult, quemadmodum à Sole calor, qui in Sole non eſt. For-*

taſſe

Digitized by Google

A *taſſe te decepit, o Cardane, ambiguum nomen; nam quum vita dicatur actus animæ, acceptus eſt abs te actus pro actione. Sed actus ille eſt Entelechia, non autem Energia. Hæc ſolum de natura vitæ habemus a Scaligero; quibus & hoc addere poterit fortaſſe quiſpiã argumentum confirmans vitam eſſe vnionem animæ, & corporis; quoniam oppoſitorum ſemper oppoſita eſſe debet ſubſtantiæ ratio, ſeu definitio; quum ergo vitæ oppoſita ſit mors; hæc autẽ definiatur eſſe ſeparatio, ſiue*
B *diſiunctio animæ a corpore; uita proculdubio non aliter definiri debet, niſi eſſe vnio, vel coniunctio animæ cum corpore, quemadmodum opinatus eſt Scaliger; qui dogma hoc videtur mutuatus a Priſciano Lydo alicubi ſcribente vitam eſſe vitale quoddam applicamentum animæ ad corpus.* In Theophr. de ſenſ. phant. & Intell.

Expenditur opinio Scaligeri, ac Lydi, oſtendẽdo vitam non eſſe vnionem animæ, & corporis; neque actum, ſeu entelechiam animæ; neque vitæ operationes eſſe quatuor ſolum Ariſtoteli. Cap. XLV.

C

VERVM *enim uero ſi rem intimius perſcrutemur, fortaſſe hac in re longe aliter ſentiendum eſſe comperiemus; Quæ ſiquidem à Lydo, & à Scaligero ſcribuntur de natura vitæ, partim vera ſunt, partim ſuſpecta: Suſpectum ante omnia eſt quid per Vnionem intelligant, primamne unionem,*

quæ

Digitized by Google

quæ eſt animæ applicamentum corpori; an potius A *vnionem continuatam, quæ eſt anima, & corporis coexiſtentia; ſi namque de hac ſecunda vnione loquantur ueram quidem ſententiam proferunt, ſed in eo deficiūt, quod talem unionem a prima non diſtinxerint, nec rem tanti momenti ſatis explicauerint: Sin autem (quod uerius eſt) de prima unione agant, ſuſpectum eſt quod uita nihil aliud ſit, quam unio animæ cum corpore, ſeu (quod Lydus ait) vitale quoddam applicamentum animæ ad corpus; quia tale quid eſt potius* B *conſtitutio, ac generatio viuentis, quæ proprie vocatur ortus, non vita iam orti, & conſtituti viuentis; ita enim Ariſtoteles definiuit generationem animati, ſiue ortum viuentis, eſſe primam participationem*

De reſp. c. 1.

animæ vegetatricis cum calore, hoc eſt, vnionem, ſiue copulationem animæ vegetalis cum corpore; vitam vero aliud quiddam longe diuerſum, nempe moram, ſiue permanſionem eiuſdem animæ cum calore; Quæ loca in

Vide li. 2. c. 10

fra exactius explicabuntur commodiori loco. Deinde C

8. meth. t. 16.

Ariſtoteles in Metaphyſica reprehendendos cenſuit antiquiores eo quia definiuerint vitā eſſe cōpoſitionem, ſiue copulam, & coniunctionem animæ cum corpore, id quod in præſentia Scaliger, ac Lydus præſtitere. Amplius in libris de anima Philoſophus alio nomine haud

1. de an. t. 51. & 2. de an. t. 26.

ſemel increpat Antiquos, nempe quia de anima tractantes aut copulant eam corpori, nihil vltra determinantes quomodo ſe habente corpore; aut ipſam ad corpus aptāt nihil vltra definientes in quo, & quali: Quam ſane

culpam

A *culpam euitare Scaliger non poteſt; qui abſolute definit vitam eſſe unionem animæ cum corpore; non enim uita eſt unio Dæmonis cum ſtatua Dianæ; quippe Idolum Dianæ reſponſa dans non eſt uiuens, niſi æquiuoce. Præterea ſpecificare tenebatur de quanam unione ſermo ſit in definitione vitæ; non enim anima poſt mortem a corpore ſeparata (quam Lemurem, Larem, Laruam, & Manem fieri ſcribit ex Socrate Apuleius) ſi rurſus cadaueri, aut corpori aereo vniatur, velut in apparitio-* Lib. de Deo Socrat.
B *nibus mortuorum, ideo vitam in eſſe conſtituet; nam Lemures, Laruæ, Lares, Maneſque nuncupati, atque omnino diu, noctuue apparentes mortui, & nobiſcum alloquentes viuentia corpora non ſunt, niſi æquiuoce. Non eſt ergo vita definienda ſimpliciter vnio animæ cum corpore. In eo autem, quod mox ait iſte uir, a uita, quæ ſine operationum interuentu definienda eſt, poſterius proficiſci operationes; verum eſt quidem actiones non ingredi uitæ quidditatem; ſed animaduertendum*
C *eſt ne dicamus a uita operationes immediate, aut neceſſario prodire; nanque oppoſitum liquido conſtare poteſt ex ouis, & ſeminibus non ſolum infecundis, quibus Ariſtoteles animam, & uitam ineſſe demonſtrat ex eo, quod intereant obitu; mori autem nequeat niſi uiuens, & animatum, ſed etiam ex ouis, & ſeminibus, quæ poteſtatem habent propagandæ ſobolis, quam tamen plerunque aliqua ex cauſſa non reducũt ad actũ operandi; ſic aperte alibi Ariſtoteles animatum ab inanimato diſtinguens ſola uita; vitamque admonens cō-* 2. de gen. an. c. 4. de reſpir. c. 7. 2. de an. t. 13. 14.

ſiſtere

ſiſtere in participatione multiplicis principij, ſeu diuerſarum facultatum operandi; cuiuſmodi ſunt potentia intelligendi, ſentiendi, mouendi, & ſtandi ſecundum locum; adhuc autem nutriendi, augendi, & decreſcendi, ita vt cuicunque uel una tantum ex iſtis facultatibus ineſt, idipſum proprie uiuere dicendum ſit; ſtatim ex eo, quod omnia vegetabilia uidentur habere in ſeipſis potentiam, & principium huiuſmodi, per quod augumentum, & decrementum ſuſcipiunt; immo & A

alimentum; non ex eo, quod actu augeantur, diminuantur, vel alantur; colligit uegetabilia omnia proprie animata eſſe, ac uiuere; & uiuere ſemper, non quouſque actu ſuſcipiunt alimentum, hoc eſt quouſque actu nutriuntur, ſed quouſque poſſunt ſuſcipere alimentum, ideſt quouſque habent potentiam, & facultatem ſeſe alendi, quod eſt dictu, quouſque habent in ſe animam uegetalem. Non ergo a vita immediate, vel neceſſario prodeunt operationes. Suſpectum & B

illud eſt, quod ſcribitur Ariſtotelem dixiſſe quatuor ſolum eſſe actiones uitæ; nempe intelligere, ſentire, moueri, nutriri; nam reuera hoc nuſquam dixit Ariſtoteles in ſecundo de anima citato; bene ſemel dixit vitam eſſe nutritionem ex ſe, augumentum, decrementumque; & poſterius addidit vitam dici multipliciter, & ſi vnum aliquod horum inſit ſolum, id, cui hoc, ineſt, proprie uiuere; hæc autem ſunt Intellectus, ſenſus, principium motus, & ſtatus ſecundum locum, nutritionis, augumenti, & decrementi; ſed hæ operationes, ſiue C

2.de an.t.3.

3.de an.t.13.

harum

A *harum facultatum operationes haud parum excedunt numerum quaternarium; licet in ijs recenſendis Ariſtotelis intentio non fuerit eas omnes numerare; ſed ſolum earum plures in exẽplum afferre; quoniam reuera, præter allatas, inter vitæ operationes connumerandæ ſunt functiones voluntatis in homine, atque appetitus in brutorum genere; cuiuſmodi ſunt velle, nolle, deliberare, amare, odiſſe, & aliæ multæ; de quibus infra ſuo loco latius: Deinde verum quidem eſt definiuiſſe Ariſtote-* 2. de an. t. 24.
B *lem animam eſſe principium, quo primo viuimus, & ſentimus, & mouemur loco, & intelligimus; at hoc nõ eſt dicere uitæ operationes quatuor eſſe ſolummodo; nam ſub voce illa (viuimus) quam Scaliger in nutriri ſolum fortaſſe tranſtulit, intelligit Ariſtoteles omnia genera operationum vegetalium, nutriri nempe, augeri, & generare ſobolem, per viuere ſignificans idem, quod vegetare: Alioquin falſum eſt penitus ad aures Ariſtotelis, qui ſæpius inter vitæ operationes, quæ omnes ab* 1. de an. t. 12. 14. 15. 63. 64. & alibi paſſim.
C *anima prodeunt, commemorat in libris de anima iraſci, confidere, deſiderare, timere, miſereri, amare, gaudere, & alias multas functiones id generis; falſum eſt inquam vel Ariſtoteli actiones vitæ ſolummodo quatuor eſſe à Scaligero enumeratas, neque enim tunc Ariſtotelis definientis animam per operationes intererat omnes uitæ actiones recenſere; ſed aliquas tantum exẽpli gratia in vnoquoque viuentium genere. Non minus etiam id ſuſpectum eſt, quod ſcribitur deinceps, vitam ſcilicet eſſe Entelechiam, hoc eſt, actum eſſentialem, ſiue* 2. de an. t. 24.

actum primum animæ; hoc enim pacto anima ſuapte A natura eſſet in potentia ad vitam, vti corpus eſt in potentia ad animam, quæ reuera ex Ariſtotelis a.de an.t.6. teſtimonio eſt actus primus, & Entelechia, non energia; quamobrem anima ſuo iſti actui coniuncta eſſet appellanda viuens, perinde atque corpus dicitur animatum eo quia in ſe habet animam, quæ eſt ſui Entelechia: Immo etiã Vita vere eſſet in anima, velut in ſubiecta materia; quemadmodum anima reipſa eſt in corpore, cuius dicitur actus primus: Vlterius vita eſſet perfectioris no- B tæ, quam ſit anima; ſiquidem perfectior vbique eſt Entelechia eo, cuius eſt actus, vti anima corpore: at vero cuncta iſta valde ſuſpecta ſunt; quin etiam à Scaligero improbata, qui apertiſſime pronunciat corpus eſſe viuens, non animam; vitam eſſe ab anima, non in anima, tanquam in materia; & animam eſſe digniorem vita, non vitam perfectiorem anima: vita ergo non eſt actus primus animæ, qui dicitur Entelechia; immo neque vllo modo actus animæ. Præterea ſi vita C eſſet ille actus animæ, quem dicimus Entelechiam, proculdubio anima ſecundum ſe eſſet in potentia ad vitam, non ſecus ac ſit corpus in potentia ad animam, quæ corporis eſt Entelechia; at vero duo, quæ in proximo genere non conueniunt, nequeunt pariter eſſe per ſe in potentia ad eundem actum eſſentialem, qualis eſt ille, qui vocatur Entelechia; quum itaque corpus, & anima proxime non contineantur ſub eodem genere; ſi corpus eſt id, quod vitam habet in potentia, vt non ſemel in-

quit.

A *quit Ariſtoteles; plane anima non poterit eſſe in poten-* 2. de ant. 46.
tia ad vitam; & ideo vita non erit actus primus, ſiue Entelechia animæ, vti obijcit Cardano Scaliger. Non carent ergo ſuſpicione dogmata de natura vitæ à Scaligero, & prius à Priſciano Lydo in medium propoſita; immo potius ea non parum à veritate abeſſe maniſeſtiſſime conſtat ex traditis in ſuperiori contemplatione.

B Diluuntur Scaligeri rationes, & inſuper oſtenditur quomodo mors ſit ſeparatio, ſiue diſiunctio animæ à corpore. Cap. XLVI.

VERITATI *quidem conſonum eſſe putamus, quod ſcribitur à Scaligero dicente vitam non eſſe actionem; ſed tamen rationes à viro iſto propoſitæ ad hoc probandum neceßitatem non ha-*
C *bent, atque ab oppoſitam opinionem habentibus diſſolui poſſunt; videamus ergo quomodo, dignoſcendæ veritatis gratia: Quod enim primo loco dicitur, ſi vita eſſet actio, ergo eſſet in prædicamento actionis; concedent plane, negabunt autem inde ſequi quod dicere non liceat corpus viuens; dicitur etenim anima nutriens, animal ſentiens, homo intelligens, Petrus ambulans; quum tamen nutricatio, ſentire, intelligere noſtrum, & ambulatio ſint operationes quædam, de prædicamento actionis; rationi autem maxime conſentaneum eſt*

omne accidens denominare ſubiectum, in quo eſt; melius itaque dixiſſet Scaliger, ſi uita eſſet actio, & omnino in prædicamento actionis, ſane corpus uiuens, qua uiuens eſt, non eſſet ſpecies in prædicamento ſubſtantiæ; ſed quid aggregatum per accidens, quod ſpectaret potius ad cathegoriam actionis, quam ad genus puræ ſubſtantiæ; quod tamen eſt falſum penitus. Pari pacto ſecundæ rationi, ſi uita eſt actio animæ, igitur anima uiuere dicetur, non autem corpus; negabunt aduerſarij primam partem coniuncti, & eam partem aſſumpti, qua dicitur corpus uiuere prout eſt quid contradiſtinctum ab anima; ſiquidem uiuit homo, & animal, & planta, unumquodque ut eſt tertium quid ex anima & corpore conſtitutum; non anima ſeorſum, aut corpus; ita etiam quamuis intelligere ſit functio, & operatio animæ apud Ariſtotelem; Ariſtoteli tamen intelligit homo, non anima, uel corpus. Neque profecto tertia ratio eſt maioris momenti, qua dicebatur, ſi uita eſſet actio, ergo actionis eſſet actio; id enim haud eſt abſurdum omnino; quod ſcribitur actionis eſſe actionem; abſurdum eſt equidem actionis, ut actio eſt, actionem eſſe; at inconueniens non eſt actionis, qua talis actio eſt, actionem eſſe; motus enim cæleſtis eſt operatio quædam, atque actio Intelligentiæ motricis; cuius tamen lationis actio eſt, ſiue functio admetiri ſpatia uitæ omnibus animatis ſublunaribus, & gubernare omnia hæc inferiora; ita nanque Ariſtoteles aliquando ſcribit tum cælum ſuis motibus

A — B — C

1. de an. t. 10. 12. — 2. de. an. t. 64. & 3. de an. t. 1. — de mund. c. 6.

A *bus admetiri ſpatia vitæ omnibus viuentibus ſub Luna; ſiue vitam vniuſcuiuſque menſurari circulari cælorum latione; tum quoque non ſolum neceſſarium fuiſſe mundum hunc inferiorem contiguum extare ſuperioribus lationibus, vt omnis eius virtus gubernetur inde; verumetiam Solis acceſſum, & receſſum promouere generationes, & corruptiones in rebus hiſce ſublunaribus. Ceterum reuera quæ nuncupantur actiones vitæ, ideo tales appellantur, quia ſunt actiones viuentis,* 2. de gen. t. 57. 1. meteor. c. 2. 2. de gen. t. 55. 56. 57. 58.
B *quatenus viuens eſt; nõ quia ſint uere, ac proprie actiones vitæ vt operantis, tanquam agentis præcipui, atque totalis; ita ſiquidem dicere ſolemus exempli gratia Dialecticæ munus eſſe diſcernere verum a falſo in quauis re; quum tamen habitus Dialecticæ id ex ſe non efficiat; ſed hoc ipſum præſtet homo quatenus habet in animo habitum Dialectices; ſic prorſum & animata quia nutriuntur, augentur, prolem generant, ſentiunt, mouentur, atque intelligunt, aliaſque opera-*
C *tiones obeunt, quatenus in ſe animam, & vitam obtinent; propterea nutritio, augumentatio, propagatio ſobolis, ſentire, moueri, intelligere, ac ſimilia, dicuntur actiones, ſiue functiones animæ, ac vitæ. Ceterum illud etiam rei naturam intimius conſiderantibus haud minus ſolui poteſt, quod quarto loco a ſubtiliſſimo Scaligero ex Ariſtotelis doctrina proponebatur, qui alicubi ſcriptũ poſteritati relinquere non dubitauit vitam eſſe in anima; actionem autem non eſſe in agente, ſed in patiente; quare vitam* 9. meta. t. 16.

non

non eſſe actionem animæ; quoniam reuera loco allega- A
to ſcribit Ariſtoteles vitam eſſe in anima, vt ſpecu-
latio eſt in ſpeculante, ac omnino actio in agente: Neque
ſane inconueniens eſt actionem aliquomodo eſſe in agen-
te, ſimiliter & motum in mouente; nam etiam ſi actio,
& motus nequeant eſſe in agente, ac in mouente, uelut
2. de an. t. 139. 140. & 3 phy. t. 18. & ſequent. in ſubiecto; quod aliquando monet Ariſtoteles; in eo ta-
men eſſe poſſunt, veluti effectus in ſuis cauſis; ita enim
opus dicitur eſſe in poteſtate artificis, & operatio in po-
tentia operantis, ſiue vt ait Ariſtoteles Græcorum res B
4 phy. t. 23. in Rege, ac omnino in primo, qui mouere poteſt; & ante
Ariſtotelem Plato ad Dionyſium ſcribens in omnium
rege omnia eſſe poſita, qui omnium eſt autor: huius au-
tem ratio ea eſt, quia motus, operatio, ſiue opus conſide-
rari poſſunt & antequam fiant, & vbi ſunt in fieri, hoc
eſt, dum actu fiunt: ſi loquamur de motu, operatione, &
opere, antequam fiant; tunc vere ſunt in poteſtate arti-
ficis, ſiue in agente, tanquam in cauſa ſua, non autem
in patiente; ſi uero conſiderentur in fieri actiones, motus, C
& opera, tunc partim ſunt in patiente, tanquam in ſu-
biecto; partim etiã in agente, tanquam in cauſſa, prout
ſcilicet eius, quod eſt in fieri, ex neceſſitate eſt aliqua
portio nondum facta: Non ergo recte demonſtrauit
Scaliger vitam non eſſe actionem, licet hoc uerum ſit
alijs de cauſſis, quas adduximus antea. At uero neque
ſatis firmum illud eſt argumentum, quod poſtremo loco
afferebatur ad oſtendendum uitam eſſe unionem animæ
cum corpore, nempe oppoſitorum ubique oppoſita eſſe de-
bet

A *bet ſubſtantiæ ratio, ſeu definitio; quum ergo uitæ oppoſita ſit mors; hæc autem definiatur eſſe diſiunctio, ſiue ſeparatio animæ a corpore; uita definienda erit eſſe unio animæ cum corpore; nanque apud Ariſtotelem quum multæ ſint oppoſitionum ſpecies, non eſt inconueniens unum aliquid alicui opponi ſecundum unam ſpeciem oppoſitionis, alteri uero ſecundum aliam; ſic mors non ſolum uitæ opponitur, tanquam priuatio ſuo habitui, ſed etiam opponitur mors ortui, tanquam corruptio ge-* Prædicam.

B *nerationi; corruptio nanque omnis generationi opponitur, ueluti motus motui contrario: Ubi uero eadem res ſecundum uarias oppoſitionum ſpecies opponitur multis rebus, ipſa eadem relata ad res diuerſas ſibi oppoſitas non ſemper eandem habet definitionem, ſed uariam, & multiplicem, prout uaria, & multiplicia ſunt ea, quibus opponitur; ita mors conſiderata quatenus eſt corruptio uiuentis; & in genere motus, opponitur ortui uiuentis; ortus autem cum definiatur ab Ariſtotele in* de reſpir. c. 7

C *Paruis Naturalibus eſſe prima participatio animæ cum calore, ſiue unio animæ cum corpore, mors proculdubio, ut corruptio quædam ortui oppoſita, definienda erit ſeiunctio animæ a corpore: At ſi conſideretur mors, quatenus eſt priuatio uitæ, ſiue quatenus opponitur uitæ, cui opponitur tanquam habitui priuatio, iam non amplius animæ a corpore ſeiunctio, ſed alia ratione definienda eſt, nempe priuatio, ſiue deſinentia, uel extinctio uitæ, aut eſſentiæ uiuentis: ſed hac de re infra etiam ſuo loco fuſius: Ex eo igitur, quod uita opponi-*

tur

tur morti, & oppoſitorum oppoſita eſt definitio, ſi mors A
definiatur eſſe diſiunctio animæ a corpore, non ſtatim ſequitur vitam definiendam eſſe coniunctionem animæ & corporis; quoniam mors non ſolum vitæ, ſed ortui quoque opponitur; & iſta definitio, qua dicitur mors eſſe diſiunctio animæ a corpore, conuenit morti, quatenus eſt corruptio quædam ortui contraria, non quatenus eſt priuatio vitæ oppoſita. Non eſt itaque aſſentiendum Scaligero cum Priſciano Lydo ſtatuenti vitam nihil aliud eſſe, quam vnionem, ſiue coniunctio- B
nem animæ cum corpore.

Decima ſexta opinio Chriſtophori Marcelli exiſtimantis vitā eſſe quid cōmune Mundo Intelligibili, Cæleſti, atq; Terreno. Cap. XLVII.

CHRISTOPHORVS *autem Marcellus, Patritius Venetus, grauis admodum Philoſophus acute ſatis de vita* C
lib. de anim.
tractauit, ſcripſit enim vitam eſſe quid commune Mundo intelligibili, cæleſti, atque terreno, in hoc Platonicam doctrinam ſequutus, quod ſubſtantias ab omni materia ſeparatas, quas nuncupat Peripatus Intelligentias, Mundum Intelligibilem appellare maluerit, corpora vero cæleſtia Mundum cæleſtem, & noſtratia hæc vniuerſa Mundum terrenum; vitam autem illam Intelligentiarum immaterialium, quam ſupercæleſtem vocat, definit eſſe In-

tellectum

A *tellectum, ſiue illius operationem; vitam vero, quæ in-
eſt Mundo cæleſti non definit oſtendens quid ipſa ſit,
ſed ſolum docet quomodo, & quando primum conſti-
tuatur; vitam denique mortalem, quæ in Elementari
Mundo reperitur, dicit appellari eſſentiam animati, ac
definiri permanſionem animæ nutritiuæ cum calore; ſed
eius verba de propoſito ſparſim prolata in vnum ſer-
monem colligentes afferamus, ipſius dogmata diligenter
examinaturi. ſcribit igitur, Mundus hic infra terrenus*
B *ſuperni ſimilitudinem ſatis effingens in altiorem illius
conſiderationem nos inducit, & rapit: viuit enim cæ-
leſtis, ac ſupercæleſtis Mundus; vnde vniuerſa hæc
Mundana vita conſurgit; quantoque honorabiliſſimo
eorum quæque magis adhærent, tanto perſpicaciori &
clariori virtute vigent, & viuunt. Entium nanque
primum illud eſt, quod vitæ principium obtinuit, eo
quod noſcendi vim miro quodam modo à ſummo re-
rum Opifice ſumpſit; priuſque quam nouerit, vitam*
C *ſortitum eſt. ſiquidem (vt autore in Parmenide Plato-
ne diſſeritur) primum ens per Diuini Patris potentiam
vitam ſibi comparauit, per quam denique in Men-
tem procedere dicitur. Quod ſi Plotinum fidiſſimum
eius interpretem inſpiciamus, nil aliud eſt, quam quod
primum vt Mentis particeps fiat, quatenus inclina-
tur, vitæ præcipuo munere fungitur; quum ea inclina-
tio vita ſit. Proclus vero ab eo diſſentiens per uitam
Intelligibilem duntaxat Angelum non noſcentem in-
telligit; ſed qui meliorem operationem, qua viuat, ob-*

tineat; Mentibus enim, quibus ſupereſt, nobiliori A
quadam afficitur nota. Sed vtcunque velint, vita quidem prima ſupercæleſtis in Intelligibili Mundo Mentes eo vſque modo præcedit, quo noſtra hæc anima primum ſui capit exordium. mox vita, quæ Intellectus, ſiue actio eius eſt (quæ minime diſtant) poſteris effundi comprehenditur. Cæleſti præterea Mundo ponderoſiori modo vita conceditur, quum is ei primo effectus animæ prodeat; quæ dum eſſe proprium ſumit, vitalem ſortitur naturam, dum etiam per animam B
ratiocinantem diſcurrit, & noſcit. Elementa denique animata quum ſint, ſuſcipiunt vitam; ſed quoniam amplius materiæ conditiones participant, eandem ignobilius poſſident. Poſtremo ex elementis compoſita, quibus adſcribitur anima, vita utuntur; ex quibus quæ ſentiunt melius uiuunt; nobiliſſime uero quæ ſapiunt. Vita igitur quum ea ſit, quæ in cunctis primo prodeat animantibus, atque in pluribus quam ceteræ vegetalem naturam ſequuta repe- C
riatur, uniuſcuiuſque uiuentis eſſentia appellari merito poterit, ut Peripateticæ ſcientiæ noſter conueniat
2. de an. t. 37. *ſermo, quo ſecum uiuere uiuentibus eſſentiam fore canamus. Quæ quidem quum ab anima ſit, quæ natiui caloris, atque humoris beneficio fungitur, dum primo corpori mancipata fuerit, generatio; commorata uero diutius uocitatur uita; ita ſiquidem Philoſophus*
de reſpir. c. 7 *eam finiuit, dum animæ altricis in natiuo calore manſionem uocauit. Quod quidem ſane intelligen-*

dum

A *dum eſt, ne in calore fundari credatur; quin potius in uniuerſa corporis ſede ex humore, atque calore certantibus inuicem ſuo iure conſtructa. Mors autem quum uitæ oppoſitas habeat cauſſas, & illius tantum priuatio ſit, altricis animæ à calido naturali abſolutio erit, eo quod eiuſdem in eodem permanſio uita eſt; quippe ex aduerſis illius conditionibus ſingulis mortis definitionem ita ſufficienter elicimus. Sed etſi plantarum, & animalium uarium ſit uitæ principium,*
B *quum ibi alendi tantum; hic uero ſimul & ſentiendi originem præbeat; ſede tamen, ſolioque conſimili utrique ſtatuitur. His multa inſuper addidit Marcellus de parte, quæ in habentibus animam primum uiuit, quam partem uocat uitæ principium, ac ſedem; nec non de facultate uitali; atque etiam de motu Cordis; Vlterius item de reſpiratione; de ſpiritibus quoque; ac de pleriſque alijs huiuſmodi ad uitam aliqua ratione attinentibus: Quæ omnia breuitati ſtuden-*
C *tes huc afferre noluimus, nam quiſque à ſemetipſo poteſt ea legere apud Marcellum; ſat illud ſit ea nos hic tantummodo ſignificaſſe; quum non ſolum ſupra, ſed etiam infra latius explicentur commodiori loco.*

A

Examinatur opinio Marcelli, & oſtenditur Mentibus ſeparatis non conuenire vitam niſi eminentiori ſignificatione ſumpto vitæ vocabulo, Cælum non viuere per animam ratiocinãtem; & elementa non habere vitã. Cap. XLVIII.

IN propoſitis autem multa ſeſe nobis offerunt examinanda; & primum illud eſt, quod affertur de vita Intelligentiarum; in quo quidem quantum Marcellus ad Platonicam doctrinam accedit, tantundem a Peripatetica digreditur, nihil niſi voluntarie decernens; eaque in medium afferens, quæ ſenſus longe lateant, & vbi negata fuerint, ſolum id illi ſuperſit, vt ea ſimplici Platonicorum autoritate confirmet; cui (niſi mediocri, aut ſaltẽ probabili ratione nitatur) mens non acquieſcit: ſi enim phyſice, non eminentiori quodam modo, qui ad metaphyſicum ſpectat, ſumatur nomen vitæ, id certe non conuenit ſubſtantijs ſeparatis, niſi quatenus aſſiſtunt naturæ corporeæ, atque conſtituunt in eſſe id, quod nuncupat Academia Mundum cæleſtem, Peripatus autem cælum, ut quid conſtitutũ ex orbe, & Intelligentia illi aſſiſtente: Non congruit vero vita humili modo ſumpta Intelligentijs, quatenus in ſe conſideratæ vocantur ab Academicis nomine Mundi ſupercæleſtis, & intelligibilis; ita enim rationalis anima corpori noſtro adiuncta

B

C

A Eta vitam rationalem, ſiue humanam in eſſe conſtituit, quam viuit homo; ſi quidem (vt ait aliquando Philoſophus) conceptus in vtero primis temporibus in ſe habens animam ſenſualem, qua animal eſt, procedente tempore recipit animam rationalem, qua fit homo; non enim ſimul & animal fit, & homo. At vero ſi anima rationalis a corpore ſeparetur, viuens homo repente moritur; neque anima illa ſeparata in poſterum ex ſe viuere dici poteſt, niſi longe alio, & eminentiori modo, 2.de gen.an.c.3.
B quæ vita non eſt phyſicæ conſiderationis, ſed metaphyſicæ: Alioquin & homo ipſe viueret poſt interitum; ab anima enim rationali non niſi humana vita prouenire poteſt, quam viuit homo: Immo & in homine anima rationalis corpori addicta neceſſario haberet aut aliam vitæ ſpeciem ab ea, quæ illi a corpore ſeiunctæ attribuitur, aut eandem; non profecto aliam, quia in homine oporteret vel multiplicem ineſſe vitam ab eadẽ numero anima prodeuntem, multaque viuentia di-
C ſtincta; vitam ſcilicet animæ ſecundum ſe, & vitam totius coniuncti; vel eandem animam nunc vnam vitam gignere, nunc vero aliam; quod vtrunque abſurdum eſt euidenter: ſin autem dicatur anima corpori adiuncta eandem vitam habere, ac dum a corpore abiuncta eſt, quum rationalis anima in corpore vitam humanam ſuſcitet, ſane a corpore ſeparata poſt mortẽ hominis vitam hominis incolumem adhuc retineret; vnde homo poſt mortem uiueret, ac vita morti cederet incolumis; quo quid abſurdius? In homine igitur vi-

ta

ia humana congruit animæ rationali corpori adiunctæ, A
non autem a corpore ſeparatæ; ſi ergo, vt ait Marcellus, Mundus hic infra terrenus ſuperni ſimilitudinem ſatis effingens in altiorem illius conſiderationem nos inducere, ac rapere poteſt; ſane quod in anima hominis obſeruatum eſt, id ipſum de Mentibus a materia ſeparatis eſt aſſerendum, nempe ijs vitam haud conuenire, niſi aut eminentiori modo atque animalibus; aut quatenus orbibus cæli aſſiſtentes in eſſe conſtituunt Mundum cæleſtem. Ceterum id, quod eſt animis ſeparatis, vitam adſcribere, ut uidetur etiam aliquando fe- B
12. meta. t. 39. de mund. c. 7. *ciſſe Ariſtoteles, ſapientibus vſuuenire fortaſſe contigit, eo quia non haberent proprium nomen, quo apte ſignificare poſſent ipſum eſſe Mentiũ ſeparatarũ; quum enim quælibet Intelligentia ſeparata, ſed præſertim Prima, Deus Optimus, habeat ſui eſſe eminentiſſimum, & ineffabile, caremus nos accommodato nomine ad illam perfectiſſimam eſſentiam ſignificandã; propterea cogimur vti nomine vitæ, quod eſt nomen no-* C
bis vſitatum ad ſignificandam eſſentiam perfectiorem, digniorem ue quacunque illarum, quæ ſunt apud nos;
2. de an. t. 37. *eſt enim eſſe viuentium, quod ab Ariſtotele uocatur vita, perfectiſſimum eſſe noſtratium; cogimur inquam vti vocabulo vitæ, dum volumus quoquopacto ſignificare ipſum eſſe Diuinum, & eſſentiam Mentium ſeparatarum, cuius eſſentiæ nomen proprium nobis occultum eſt omnino, & ineffabile: Noſtri igitur inſtituti vita non eſt ea, quam nuncupat Marcellus vitã*

Intelli-

Digitized by Google

A *Intelligibilem, ac ſupercæleſtem: ſed eſſentia ſimplex ſupra omnem vitæ conditionem; qua de re abunde ſuperius.* Cap. 10. *Amplius vita in vniuerſum, vt vita eſt, pertinet ad Philoſophum naturalem; cuius illud eſt argumentum certiſſimum, quod uitæ naturam definire alibi noluerit Ariſtoteles, quam in libris ad Phyſiologiam attinentibus; immo quod proprium de vita tractatum in ijs opuſculis inſeruerit, qui Parua naturalia inſcribuntur, ſub titulo de vita, & morte; de Longitudine, ac breuitate vitæ:* 2. de an. t. 3. & 37. De reſp. t. c. 7. B *Quum itaque Ariſtotelis præcepto Phyſiologus contemplari nequeat ea, quæ conueniunt Mentibus ſeparatis, aut ſeparabilibus, niſi quatenus aliquo pacto ſunt in materia, & obtinent habitudinem ad naturam corpoream; neceſſarium eſt plane confiteri uitam hanc non conuenire Mentibus ſeparatis in Mundo Intelligibili, ac proinde uitam ſupercæleſtem eſſe quiddam uitæ ratione multũ eminentius.* 1. phy. t. 16. & alibi. *Quod autem præterea ſcribit Marcellus vitam Mun-* C *danam conſurgere ex uita cæleſti, & ſupercæleſti, ſuſpectum eſt ſatis; tum quia ultra cæleſtem, & uitam ſublunarem, non datur uita ulla ſupercæleſtis niſi eminentiori quodam modo, qui tranſcendit Phyſiologiæ limites, intra quos philoſophari decreuimus; tum quia uita Mundana una eſt, ac ſimpliciſſima, neque ullo modo e duplici uita conſurgens, quamuis e duplici natura coaleſcens; ut infra patebit; tum demum quia Mundus, ac Cælum ex ſe, ſine conſortio Mentis abſtractæ, uitam quandam haberet; quod a Marcello non*

gratis

gratis aſſumi, uel ſupponi debebat, ſed ratione cõfirmari. A
At certe uerum eſt, quod affertur ſecundo loco, Cælũ ſcilicet habere uitam; ſed in eo bifariã deficit Marcellus; primum eo quia non explicauit quidnam ſit, & qualis uita iſta cæleſtis; deinde uero quia præter omnem rationem, & contra principia Peripatetica, ſine ulla uel probabili cauſſa ponit cælum habere uitam ab anima ratiocinante, cuius actio ſit diſcurſus; quandoquidem diſcurrit noſcens unum ex alio ea tantummodo facultas, cui materia impedimento eſt quominus ualeat ſingula obiecta præſentia tota momento ex ſe cognoſcere; B
ut ſuo loco demõſtrabitur infra: quod ſane in cælo contingere nequit, quum materiam non habeat, quæ occultationis, & ignorantiæ cauſſa exiſtat, a qua iccirco præpediri poſſit cæleſtis anima in proprijs operationibus obeundis. Sed bene falſo decernitur Elementa eſſe animata, & habere uitã; quibus uere nullã ineſſe uitã, nullamq; animã penitus, illud apertum facit, quod carent omnino ijs actionibus, & facultatibus, quæ vitales exiſtunt, & ab anima proficiſcuntur; atq; ijs ita carent, vt quũ perfecta ſint in ſuo genere, nunquã eas habuerint, nec habere valeant ullo modo; quare fruſtra, & otioſa in eis eſſet anima, ſi uiuẽtia eſſent, & animata; Id quod ſane obijciat male mihi Marcellus de ouis ſubuẽtaneis, quæ animata ſunt, quum vitæ operationem ullam nunquam ediderint, aut edere ualeant, ſimile quid ratus de Elementis; nam oua hæc ſubuẽtanea imperfecta ſunt, ac mutila, ceu defectus Naturæ, ac monſtra; quibus C

7. metat. 35.

fru-

Digitized by Google

A *fruſtra ineſſe aliquid non eſt admirabile; quum & ipſamet fruſtra ſint, & non intenta a Natura, quã fruſtra quidquam non agere ſæpenumero monet Ariſtoteles eorum, quæ operando per ſe primo intendit. Sed redeamus ad penſum. Amplius quo iure quis adſcribere auſit Elementis animam, & vitam, quum ſint corpora omnino fluxibilia, inconſiſtentia, interminata proprijs limitibus, inorganica, certamque magnitudinem, quantum ad ſui naturam non habentia? creſcit nanq;* 2.de an.t.41.
B *ignis in immenſum, ſi adſit combuſtibile, vt ait Ariſtoteles, qui ſanxit animam eſſe actum primum corporis* 2.de an.t.7.
naturalis organici; & omnium animatorum natura 2.de an.t.41.
conſtantium præfinitum eſſe, ac certum magnitudinis terminum; Non habent ergo elementa vitã vllo modo.

Circa vitam animatorum, quæ ex elementis compoſita ſunt, *vnũ illud obſeruo a ueritate, atque ab Ariſt. mente longe abeſſe, eam definiri diuturnitate temporis, ac durationis; quod aſſerit Marcellus inquiens Generationem eſſe dum primo anima corpori mãcipata fuerit;*
C *Vitam uero ubi anima diutius in corpore fuerit commorata; Ex his enim ſequitur ſtatim atque anima corpori adiuncta eſt, compoſitum ex eis adhuc reuera vitã non habere, niſi poſt aliquod temporis ſpatium; quod quantum a ueritate abſit, tu ipſe iudica; quippe uita indiuiſibiliter, ac neceſſario nexu, & immediate ſequitur animam corpori phyſice aſſociatam; quemadmodũ umbra ſequitur corpus opacũ illuminatum ſecundum partem; nec tantillum quidem temporis eſſe poteſt ani-*

ma ſecundum naturã corpori aſſociata, quin uitã ef- A
ficiat; nam ſtatim atq; anima corpori phyſice adiun-
cta eſt, nulla interpoſita mora, conſtituitur in eſſe ani-
2. de. an.t.37. *matum, ac viuens; cuius eſſe uita eſt Ariſtoteli;*
De reſp.t.c 7. *qui alibi generationem hoc diſcrimine a uita diſiun-*
xit, quod generatio eſt prima participatio animæ, ſiue
Vnio, & copulatio animæ cum corpore: quæ abſoluitur
tempore ſenſibus imperceptibili: ſumpta interim gene-
ratione, ſiue ortu pro animæ ſolius ſimplici productio-
ne, non complectente præcedentem ſubiecti præparatio- B
nem; quippe quæ alteratio eſt facta in tempore ſenſibi-
li; generatio etenim mutatio eſt, in qua generans, vt
cetera omnia efficientia naturalia (Vnam ſemper ex-
cipe Mentem, ac voluntatem hominis, quæ cælo non
cogitur) gubernatur, ac regitur à motu cæleſti, tan-
quam à cauſa communi; quod ſæpius inculcat Ari-
1.meteor.c.2. 9. *ſtoteles; motus autem cæli quidquam non agit ſine tem*
2.de gen.t.55 56.57.58.& *pore; ſiquidem eo intrinſecus menſuratur apud Ariſto-*
4. phy.t.133. *telem; generatio itaque ſecundum ſe tempori ſubiacet,* C
10. eth. c.4. *eoque admetitur: Id quod tum aperte ſcribit Ariſtote-*
les inquiens Voluptatem non eſſe motionem, nec genera-
tionem; quum Voluptas momento fiat, ac tota ſimul,
ſitque impartibilis; omnis Vero motio, & generatio
tempore menſuretur, ſitque partibilis, ac rerum parti-
bilium; quo fit Vt puncti (addit etiam Viſionis, at ſe-
cundum famam, & apparentiam) non ſit Vere gene-
ratio: tum ea quoque ratione monſtrari poteſt, quia
omne generans eſt agens corporeum; ſed agentia corpo-

rea

A *rea nihil agunt, niſi tangendo, & mouendo ea, in quæ operantur; quæ item corporea ſunt; non enim pati poteſt directe, ac proprie incorporeum à corporeo; ſed corpus ita mouet illud corpus, in quod agit, vt in eo mouendo, & ipſum moueatur agens; ſola nanque incorporea mouent abſq; eo quod moueantur; ſed motus corporis nullius momento edi poteſt, at omne corpus in tempore mouetur; Generatio itaque phyſica quum ſit operatio ab agente corporeo prodiens in paſſum corporeum,*
B *neceſſario temporis menſuræ obnoxia eſt; etſi breui admodum, ac fere inſenſibili tempore admetiri queat, ita vt pene momentanea videatur: Sed vita eſt participatio animæ non prima, uerum adæquata, quæ dicitur mora, ſeu naturalis permanſio animæ in corpore, cui iam eſt vnita, & aſſociata per præcedentem generationem; Quæ mora, ſeu manſio animæ in corpore poteſt quidem in longum tempus protrahi; ſed hoc eſt omnino extra eſſentiam vitæ; quæ poteſt etiam durare per dif-*
C *ferentiam temporis paruam vſque adeo, vt ſit inſenſibilis, & minima; quemadmodum euenit non raro in abortis: Ita etiam viſio etſi durare valeat per differentiam temporis effatu dignam, ipſa tamen in ſui ratione, ac eſſentia diuturnitatem temporis non includit; quin etiam minima, & inſenſibili differentia temporis obiri, abſoluique poteſt: Non ergo definienda eſt vita ſublunaris diuturnitate temporis. Ceterum iſta vitæ definitio ex Ariſtotele propoſita fuſius infra commodiori loco examinabitur; ſic etiam illud, quod ſcribitur de-*

inceps, vitæ ſcilicet neceſſariam eſſe pugnam natiui caloris cum humore ſubiecto. Neque igitur Marcelli opinio hac in re plene ſatisfacere videtur; illi ergo non eſt ſubſcribendum. A

Satisfit rationibus Marcelli, demonſtrando quomodo intelligere Mentium abſtractarum poſſit eſſe actio cæli; & quomodo elementa non habeant ab anima Mundi vt viuentia dicantur. Cap. XLIX. B

AD *quod etiam illud nos maxime impulit, quia pro ſuorum dogmatum tutela non proponit Aduerſarius argumenta, quæ neceſſario concludant; Dum enim primo loco demonſtrare nititur Intelligentias abſtractas in Mundo Intelligibili vitam viuere ſupercæleſtem, proptereaquod habeant eam actionem, quæ connumeratur proprie inter operationes* C *vitæ, tanquam omnium vitæ operationum præſtantiſſima; voti non ſit compos omnino; quoniam etſi verum ſit abſolute ſubſtantias Diuinas in ſuo actu intelligendi nullo modo vti miniſterio corporis, aut à corpore dependere; negari tamen haudquaquam poteſt cæleſte corpus ab huiuſmodi operatione, ob ſummam illius excellentiam, & fecundiſſimam bonitatem, hoc nanciſci, vt appellari valeat aliqua ratione intelligens, ſi non qua corpus eſt abſolute, ſaltem qua*

tale

A tale corpus, nimirum quatenus gubernatum ab Intelligentia, & aliquomodo particeps Mentis abſtractæ quidem à materia, ſed tamen ſibi aſſiſtentis: ita Mundus à Platone in Timæo dicitur eſſe animal, idque intelligens; ita cælum apud Ariſtotelem intelligit, & 12.meta.t.36. & ſequentib. deſiderat; quare cognoſcit etiam finem illum, cuius gratia ſempiterno motu cietur in gyrum, Deum ſcilicet Optimum Maximum; quem mouere cælum vt intelligibile, & concupiſcibile docuit nos Ariſtoteles

B in Prima Philoſophia: Immo cæleſti corpori Philoſophus aliquando ineſſe ait functionem multo nobiliorem, 1.de plan.c.1. digniorem que noſtra; cælum autem functionem perfectiorem noſtra non haberet, niſi meliori quodam modo intelligeret; nos etenim intelligimus; actio vero intelligendi ceteris omnibus vitæ actionibus dignitate præfertur: Sic ergo cælum, & Mundus eſt intelligẽs, non quia Mens abſtracta eo vtatur ad meditandum, aut quouis alio modo ab eo pendeat inter contemplan-

C dum; ſed quia Intelligentia ſpeculans, ſuam iſtã operationem, & eius perfectionem quoquopacto cõmunicat corpori, cui aſſiſtit; eſt nanque operatio iſta valde bona; & de quidditate, ac intrinſeca ratione boni eſt eſſe communicabile: Quũ itaq; Intellectio Mentiũ immaterialium duplicem iſtum habeat reſpectũ, nempe ad Mẽtes abſtractas ſecundũ ſe conſideratas, & ad eaſdẽ vt corpori cæleſti aſsiſtentes, prout operatio iſta cõſiderari poteſt vel vt intellectio ſimpliciter, vel vt intellectio bona, & fecunda; cuius proprium eſt vt ſit communicabilis;

Digitized by Google

biliſ; in primo reſpectu intelligere, ſeu intellectio Mentium Diuinarum non eſt actio vitæ, ſed altioris naturæ, ac dignioris eſſentiæ, quam ea, quæ a nobis vita vocatur; Niſi tamen accipiamus vitæ vocabulum admodum eminenter, quatenus magis accommodato nomine carentes per illud ſignificamus ipſum eſſe, ſeu eſſentiam Intelligentiarum abſtractarum ſecundum ſe, quæ reuera eſt ſupra omnem vitæ rationem: At vero eadem intellectio in ſecũdo reſpectu conſiderata, eſt quidem actio vitæ, ſiue functio; quæ fluere dicitur ab Intelligentia prout habet aliquam habitudinem ad corpus, cui præeſt, atque aſſiſtit; non enim bona eſſet, neque fœcunda Intelligentiæ contemplatio, niſi communicabilis eſſe diceretur; at ſi communicatur, potiſſimum corpori cœleſti communicatur, cui aſſidet, ac præeſt Intelligentia; ſecus enim longe melior eſſet noſtra intellectio intellectione Mentium ſeparatarum, quippe Mens noſtra, quæ ad intelligendum nullo modo vtitur miniſterio corporis, aut a corpore dependet, vt clare docet Ariſtoteles, noſque fuſius alias oſtendimus; & hæc ratio conuincit; quoniam poſt mortem a corpore ſeparata intelligit; quod ſane facere non poſſet, ſi ad intelligendum indigeret opera corporis: Mens inquam noſtra ſuã hanc actionem, eiuſque perfectionem corpori communicat, vt reuera homo dicatur eſſe animal intelligens: ſed & aperte hoc ipſum in cælo euenire ſcribit alicubi Philoſophus inquiens cæleſte corpus maxime omnium ſentire Mentis Diuinæ vim, & ante omnia frui numine illius:

A B C

10. æth. c. 8. de ort. an. hu.

de mund. c. 7.

A lius: His prælibatis accedamus ad argumentũ: Dum ait Marcellus Intelligentias abſtractas in Mundo intelligibili habere illam operationem, quæ dicitur nomine proprio Intelligere, ſeu contẽplatio, concedatur; dum uero ſubdit intelligere, ſeu contemplationem Mentis abſtractæ eſſe operationem vitæ; hoc negandum eſt penitus, quia hic ſumitur intelligere Mentium Diuinarum in primo reſpectu, prout eſt operatio Mentis abſtractæ, ſecluſa eius habitudine ad corpus, cui præeſt; haud B enim Intelligentiæ intellectio, ſecluſo reſpectu ad corpus cæli, dici poteſt proprie loquendo functio vitæ; ſed eſt operatio eius eſſe, ſiue illius eſſentiæ, quæ eſt ſupra omnem vitæ conditionem: hinc ergo colligere non potuit Marcellus præter vitam ſublunarem, atque cæleſtẽ, eſſe vitam ſupercæleſtem Phyſiologo tractandam, quã viuant Diuinæ Mentes, ſecluſa omni habitudine ad corpus. Quod vero quiſpiam hoc in loco pro Marcello 1.cæl.t. 100. Ariſtotelem adducere poſſet alicubi ſcribentem ea, quæ C ſuper extima diſpoſita ſunt latione, optimam habere vitam, ac ſufficientiſſimam; nobis parum officit; nam niſi dicere velimus cũ Alexandro Ariſt. ibi loqui de cæleſtibus corporibus; quæ viuentia ſunt ex orbe, ac Intelligentia conſtituta; non autem de Intelligentijs abſtractis, ſecluſa orbita, cui præſunt; illud conſtanter aſſerere non dubitabimus Ariſtotelem non agere de vita phyſicæ ſcientiæ ſubiecta, uerum de natura quadam longe nobiliori, quam circũſcribit per uitam optimam, & ſufficientiſſimam, eo quia non habuit nomen eius peculiare,

Digitized by Google

peculiare, aut ad illam ſignificandam accommodatius. A
Quod autem deinceps probare uidetur Marcellus, Elementa iſta ſublunaria eſſe animata, & uiuere propterea quod gaudeant aſsiſtentia, ſiue præſentia Mundanæ animæ, cuius uis, et natura in penitiſsimas quaſque Mundi partes ſeſe inſinuat; neceſſitatem non habet ullam; quia etſi ponatur Mundi anima in omnes, ac ſingulas orbis particulas permeare; Elementa nihilominus eius naturæ non ſunt, quæ ab eius præſentia vitam ſortiri ualeant; ita nãque in Microcoſmo quamuis anima humana in omnes particulas corporis noſtri B
ſigillatim diffuſa eſſe dicatur; ſanguis tamen, & alij humores in corpore degentes, non propterea ſunt animati, aut uiuentes; forte quoniam ſunt corpora fluxilia, interminata, ſimilaria, & nonorganica; quum ex aduerſo anima ſit actus primus corporis phyſici organici, qua tale quid eſt: Elementa uero in Magno Mundo interminata, fluxilia, ſimilaria, & nonorganica videntur eſſe conſimiliter: Immo elementa in vniuerſo ſi- C
mile quid officium præſtare, ac præſtet ſanguis, & alij humores in corpore noſtro, belle ſatis adnotauit Magnus ille Ficinus in commentarijs ad Timæum Platonis inquiens ita, volens itaque Deus opus perfectum facere, viuum, & intellectualem effecit Mundum; atque vt ex ipſo ſpiritu, & materia Mundi commodius animal vnum connecteretur, materiam diſtinxit in quatuor, vt diximus, elementa, quaſi animalis huius humores. Non ſunt ergo elementa viuentia, & animata;

A *animata;quare ſatis manifeſtū eſſe poteſt neque Marcellum in vitæ natura inueſtiganda metam attigiſſe.*

Decimaſeptima opinio nobilis Cænobitæ dicentis vitam generatim eſſe Exiſtentiam, vel operationem naturæ mouentis ſeipſam; ſpeciatim vero in ſublunaribus eſſe Exiſtentiam animæ in corpore, ſiue moram, aut permanſionem animæ vegetatiuæ cum calido ſibi proportio-
B nali. Cap. L.

DOCTISSIMVS *autem Cænobita, non minus inter Philoſophos, ac Theologos doctrinæ genere clarus, quam inter viros Diuino cultui dicatos animi candore illuſtris, de vitæ natura non obſcure (ſi ceteris comparetur) philoſophatus eſt exiſtimans uitam generatim eſſe Exiſtentiam, vel operationem na-*
C *turæ mouentis ſeipſam; ſpeciatim vero vitam ſublunarium eſſe exiſtentiam animæ in corpore, ſiue manſionem, aut permanentiam animæ nutritiuæ cum calido ſibi proportionali; cuius vitæ primum fundamentum ſit calor à Corde in totum corpus influens, cui adiunctū ſit humidum illi proportionatum; ſed eius verba proponamus; ait enim. Agamus nunc de paſſionibus conuenientibus animali ratione animæ vegetalis, & primo de morte, & vita; mox de inſpiratione, & expiratione; tertio de iuuentute, & ſenectute; quarto de lon-*

Digitized by Google

gitudine, & breuitate vitæ. Circa primum aduerte A
quod Philoſophus in lib. de mort. & vit. ſic definit eam
elicitiue; vita eſt manſio nutritiuæ animæ cum calido
ſibi proportionali. Ad cuius euidentiam aduerte quod
vita dupliciter conſiderari poteſt, primo abſolute, & ſic
non competit ei dicta definitio; nam in abſtractis inue-
nitur vita, Deus enim, & Intelligentiæ nobiliſſimam
vitam habent, ex 12. metaphyſ. in quibus tamen non
eſt nutritiua anima; vnde vita abſolute dicta eſt Exi-
ſtentia, vel operatio naturæ mouentis ſeipſam, ſumen- B
do motum non ſolum phyſice, ſed etiam metaphyſice,
prout intelligere, & velle dicuntur motus, qui eſt actus
perfecti. Dico autem Exiſtentia, vel operatio, quo-
niam viuere ex 2. de an. non ſolum ſignificat eſſe, ſed
etiam operationem rei viuentis. Secundo conſideratur
uita ut eſt in uiuentibus inferioribus, quæ proprie dici-
tur uita naturalis corruptibilis, & ut ſic conſideratur,
& definitur hic à Philoſopho, & concordat his, quæ di-
xit in 2. de an. ubi inquit, uegetatiua anima & alijs C
Tex 34. ineſt prima, & maxime communis, ſecundum quam
ineſt uiuere omnibus, cuius opera ſunt generare, & ali-
mento uti. ſed ut ſcias quomodo uerificatur hæc defini-
tio, aduerte quod uita naturalis tripliciter ſumi poteſt;
primo pro ipſa anima, ut eſt uegetatiua; & ut ſic non
eſt formaliter permanentia, ſed cauſſaliter, in quan-
tum eſt principium uiuendi, & conſequenter eſt cauſ-
ſa permanentiæ caloris naturalis cum humido ſibi pro-
portionato: ſecundo pro exiſtentia animæ in corpore, &

ut

Digitized by Google

A *ut ſic hæc definitio eſt formalis; illa enim permanentia eſt formaliter exiſtentia, ſicut uiuere formaliter eſt eſſe uiuentis: tertio pro operatione procedente ab anima, ut uegetatiua, & ut ſic hæc definitio non eſt formalis, ſed ab effectu, & à poſteriori, ſicut etiam eſt iſta, Phantaſia eſt motus factus à ſenſu ſecundum actum: licet autem pro quolibet horum ſenſuum poßit uerificari, tamen uidetur intelligenda in ſecundo ſenſu; ratio enim quod Socrates uiuit, eſt quia anima uegetatiua permanet unita corpori mediante calore naturali coniuncto, & conſeruato in humido proportionali; cuius ſignum eſt quod, ut dicemus in 2. cap. & in 3. defectus, & extinctio caloris per deſiccationem humidi eſt. cauſſa mortis; Quare autem dicatur cum calido proportionali declarabitur infra. Hæc de primo capite ſufficiant. Deinde aduerte quod mors opponitur uitæ, ut priuatio habitui; & quum priuatio formaliter ſit negatio habitus in ſubiecto apto nato ex 5. metaphyſ. ergo mors*
C *formaliter dicit negationem, uel remotionem uitæ in ſubiecto apto nato habere uitam. Adhoc autem, quod remoueat uitam, neceſſe eſt ut deſtruantur ea, in quibus fundatur, & conſeruatur uita; hæc autem ſunt anima nutritiua unita corpori, & calor naturalis conſeruatus in humido naturali, ut dicemus. Ex his ergo poteſt ſumi duplex definitio mortis, ſiue naturalis, ſiue uiolentæ; prima eſt, mors eſt negatio permanentiæ animæ nutritiuæ cum calido naturali proportionali; & hæc definitio patet ex definitione data de ui-*

HH 2 ta,

ta, quoniam priuatio cognoſcitur per habitum, ut obliquum per rectum: ſecunda eſt, mors eſt extinctio, ſiue corruptio, ſiue deficientia caloris naturalis in ſubiecto viuente. hac definitio manifeſta fiet ex his, quæ dicentur infra in ſequenti cap. Deinceps aduerte quod quum vita fundetur in calido, & humido, vt dicemus in tractatu de longit. & breuit. vit. cauſſa communis ipſius mortis eſt extinctio, ſiue marcor caloris naturalis, & conſumptio humidi naturalis, quod eſt ſubiectum eiuſdē caloris, ut dicemus; ſed aduerte quod neceſſe eſt huiuſmodi extinctionem, & conſumptionē fieri in particula, in qua primo fundatur vita, quā diximus in lib. de mot. animal. eſſe Cor, uel proportionale Cordi; vnde ſtat omnes partes corporis frigeſcere, & tamen adhuc uiuet animal, ſtante calore in Corde; hæc aūt extinctio uniuerſaliter fit propter defectū refrigerationis, niſi enim refrigeretur calor ſuffocatur, vt dicemus in tract. de inſpir. & expir. aduerte tamē quod in vltimo ſenio non ſolū euenit mors propter defectū refrigerationis, ſed etiā propter defectū caloris natiui. Vlterius aduerte quod mors in uno ſenſu eſt vna omniū, in alio aūt eſt diuerſa in diuerſis; nā ſumpta in ſua ratione generica eſt vna; quoniam ſicut omniū viuentium generatio eſt via in ſubſtantiam viuam, & corruptio eſt via in non ſubſtantiam viuam; ſic uita eſt permanentia animæ, vt vegetatiuæ, cum calido proportionali, & mors eſt remotio, ſiue abſolutio animæ à corpore ex deficientia calidi proportionalis. Sumpta autem in ſua ratione

A B C

ſpecifica

Digitized by Google

A ſpecifica dico quod ſicut diuerſorum ſpecie eſt diuerſa generatio, & corruptio ſpecie, quoniam mutationes accipiunt diſtinctionem ſpecificam ex termino ad quem, ex 5. phyſ. ſic diuerſorum ſpecie eſt diuerſa vita, & mors ſpecie; vnde vita Leonis, & mors diſtinguitur ſpecie a vita, & morte Equi. Et paucis interpoſitis ſubiungit doctiſſimus Cænobita hunc in modum. Dico igitur quod calidum adiuncto ſibi humido proportionali eſt primum fundamentum vitæ, quoniam eo-
B dem anima dat vitam, & operatur opera vitæ; nam ad eſſe vitæ ſequitur operari uirtualiter; ſed anima uegetatiua, qua primo uiuimus, operatur opera vitæ, quæ ſunt nutrire, augere, & generare, per calidum, nutritio enim ex 2. de An. non fit niſi per decoctionem alimenti: decoctio autem non fit, niſi per calidum, vt patet; & quum idem ſit obiectum nutritiuæ, augmentatiuæ, generatiuæ, ſub diuerſa ratione generatiua, & augumentatiua ſupponunt opus nutritiuæ, ut patet, &
C declaratum eſt in 2. de An. manifeſtum eſt animam uegetatiuam, qua primo uiuimus, operari omnia opera ſua per calidum, & ex conſequenti dare eſſe viuũ per calidum; eius ſignum, quod morientia efficiuntur frigida; ergò uiuentia uiuunt per calidum; quod quidẽ calidum neceſſe eſt primo inueniri in Corde, vel ſibi proportionali; quoniam quum alimentum de proximo conuertendum in ſubſtantiã animalis ſit ſanguis, & alimentum indigeat calido, vt dictum eſt, idem erit fons, & principium ſanguinis, & caloris in animali; Con-

ſtat

Digitized by Google

ſtat autem Cor eſſe principium ſanguinis, quoniam omnes uenæ procedunt a Corde, vt canales recipientes aquam a fonte, ut declaratur in anatome; ergo cor eſt primum principium caloris; cuius ſignum eſt, quoniam in moriente ultimum infrigidatum eſt Cor; ergo ipſum eſt primum calidum. Dixi autem adiuncto ſibi humido proportionali, quoniam in animali humidum eſt pabulum caloris, & ſubiectum ſuum, quo ſubſtentatur; Vnde ſicut humidum pingue eſt pabulum flammæ in lucerna, & in eo ſuſtentatur flamma; ſic humidum B *naturale, & nutrimentale eſt pabulum caloris in animali; & ſicut deficiente humido pingui deficit flamma, & illuminatio; ſic deficiente humido, quod eſt ſubiectum caloris naturalis; deficit ipſe calor, & ex conſequenti deficit vita; vnde ſenectus ad mortem properat, quoniam frigida, & ſicca eſt. Hæc omnia promulgare placuit Cænobitæ Doctiſſimo De Vitæ natura.*

Expenditur opinio allata, mõſtrando vitam non eſſe exiſtentiam, nec operationem naturæ mouentis ſeipſam; nec exiſtentiam animæ in corpore; nec moram, aut permanſionem animæ vegetatiuæ cum calido ſibi proportionali. Cap. LI. C

IN quibus profecto ab eximio Cænobita propoſitis vti aliqua ſunt vera, & acuta ſatis; ita multa ex aduerſo reperiuntur a veritate haud parum abeſſe: Nos breuitati conſulentes

veris

A veris dogmatibus ſilentio approbatis, ea tantum ex-
pendemus, quæ ſuſpecta videntur. Difficile illud
primo loco mihi perſuaderi poteſt, quod ſtatuit Cæno-
bita, mortem ſcilicet, vitam, inſpirationem, expira-
tionem, iuuentutem, ſenectutem, longitudinem, & bre
uitatem vitæ, paſſiones eſſe conuenientes animali ra-
tione animæ vegetatiuæ; quum multa iſtorum non con-
ueniant plantis, & pleriſque brutorum ſpeciebus; qui-
bus tamen omnibus ineſt anima vegetalis, vt inſpira-
B tio, & expiratio; nam præter plantas, Zoophita, inſe-
ctorum plurima, oua, ſemina, & piſces fere plurimi
reſpirationem non habent; quum tamen habeant ani-
mam vegetalem; quod etenim obtinent animalia per-
fecta ad differentiam plantarum, & animalium im-
perfectorum, neceſſe eſt plane id illis ineſſe ratione ali-
cuius, quo perfectum genus animalium differat a plan
tis, & ab imperfectis animalibus, nō ratione alicuius,
quo cum eis conuenit, ſicuti eſt anima vegetalis. Am-
C plius vita nedum ſublunaribus hiſce noſtratibus, ſed
cæleſtibus etiam competit, Aduerſarij teſtimonio; quū
ergo cæleſtia careant omnino anima vegetali, neceſſa-
rium eſt plane confiteri vitam animalibus non ineſſe ab
anima vegetali. Sed non minorem dubitationem ha-
bet, quod ſecundo ſtatuit Deo, & alijs Intelligentijs
abſtractis præter id, quod dicitur eminenter, conueni-
re vitam; oppoſitum enim ſupra demonſtrauimus non
ſemel apud eos, qui opinabantur vitam eſſe animam
operantem, ſiue functionem animæ; quibus hanc adde
ratio-

rationem, quia vitæ ratio conſiſtit in eſſentia compoſita A ex multis naturis, & omnino concernit materiam, ſiue corpus; vt fuſius infra patebit; quum itaque Mentes abſtractæ, ac præſertim Deus optimus, eſſentiam ſimpliciſſimam obtineant, immaterialem, & incorpoream omnino; neceſſario confitendum eſt Deo, alijſque Intelligentijs abſtractis non ineſſe uitam, ſed longe dignius, ac perfectius eſſe, quam id, quod vitam appellamus: ſed hac de re ſupra ſatis. Non minus à veritate abeſt definitio allata vitæ in uniuerſum, nempe quod ſit exi- B ſtentia, vel operatio naturæ mouentis ſeipſam; in primis enim ſat, ſuperque conſtat ex ſuperioribus vitam non eſſe operationem vllo modo: Deinde vero quum exiſtentia ſit quoddam tranſcendens, quod eodem modo conuenit omni enti; vt ſupra late demõſtrauimus apud Zimaram; ac proinde omnia vt eſſentia differunt, ſic exiſtentia conueniant; ſane vita quum non competat omni enti; immo neque quibus ineſt, ijs omnibus eodem modo congruat; ſatis apertum puto uitam non eſſe exi- C ſtentiam vllius rei: Deinceps autem quid intelligit uir doctiſſimus per naturam mouentem ſeipſam? an ne animam? ſed hoc euidenter negauit Ariſtoteles aduerſus Antiquos; anima etenim mouet corpus, non ſeipſam. Verum quid aſſeret vir doctiſſimus de animis cæleſtibus, & præcipue de Deo, qui eſt omnino immobilis tum per ſe, tum quoque per accidens, ſi eis uita tribuenda eſt? Quod enim dicitur intelligere, ac uelle eſſe motus metaphyſicos, gratis, ac ſine ulla probatione voluntarie affertur;

1. de. an. t. 36. & ſequentib.

A *affertur; alioquin Deus, qui continue obit munera uo-
luntatis, & intellectus, iugiter quoque moueretur, ſal-
tem motu metaphyſico; ſed apud Ariſtotelem tum ſæpe
alibi, tum maxime in Metaphyſicis Deus optimus eſt
penitus, & omnino immobilis. Adde animam rationa-
lem poſt mortem hominis à corpore ſeparatam exiſtere,
ſeu propriam exiſtentiam habere; ſi ergo uita hominis
eſt exiſtentia rationalis animæ, quid prohibet hominem
mori, & uitam eius ſupereſſe? Vlterius ſi uita eſt exi-*
B *ſtentia, uel operatio naturæ mouentis ſeipſam, quomodo
uiuent plantæ, quibus non ineſt anima, quæ habeat fa-
cultatem mouendi? An per naturam ſeipſam mouentẽ
intelligit Aduerſarius non animam ex ſe, at potius com-
poſitum ex anima, & corpore? uerum nec ſtirpes, nec
oua, nec ſemina uitam habebunt, quæ ſeipſa non mouẽt;
quod falſum eſt penitus: Si uero dicat Cænobita ſe non
loqui de motu locali ſolum, ut noſtra ratio ſupponit, ſed
de motu in genere, nihil minus falſa eſt poſitio dicens*
C *uitam eſſe operationem, uel exiſtentiam naturæ mouen
tis ſeipſam; nam ſupra fuſius oſtendimus uitam non
eſſe operationem, nec exiſtentiam. At uero multo diffi-
ciliora ſunt quæ poſterius afferuntur ſpeciatim de uita
ſublunarium, & primo illud, quod ſtatuitur uitam
horum inferiorum generatim eſſe ab anima, ut uegeta-
tiua; ſiue potius, ut ait Aduerſarius, eſſe animam ut
uegetatiuam; ſuperius enim longa diſputatione com-
pertum fecimus uitam non eſſe animam ullo modo; eam
uero non pendere ab anima, ut uegetatiua; illud clare*

I I *docet,*

Digitized by Google

docet, quod uitā hominis, leonis, equi, oleæ, uitis, et fraſ- A
ſini, diuerſæ naturæ dicenda eſt: quod fatetur uel Cæ-
nobita: quum tamen anima uegetalis in omnibus bru-
tis ſit eiuſdem naturæ, in hominibus itē; rationi etenim
conſentaneum non eſt id, quo plantæ à brutis, & bruta
ab homine diſcrepant, nempe uitam, ijs omnibus ineſſe
ab eodem principio, quo inuicem communicant, nempe
ab anima uegetali. Amplius & illud ſuſpectū eſt, quod
poſtea uita ſublunarium definitur generatim eſſe exi-
ſtentia animæ in corpore, propter multas rationes; pri- B
ma eſt, quia talis definitio non cōſtat ex proprijs, ſed ex
communibus; anima etenim generatim accepta commu
ne quid eſt ad Mentes abſtractas cælo aſſiſtentes, & ad
formas viuentium inferiorum: Ita corpus etiam nimis
late ſumitur in propoſita definitione; quocirca Cænobitæ
hic eadem nota eſt inurenda, quam pridem inuſſit Ari-
2. de an. t. 26. *ſtoteles Antiquioribus, qui de anima tractantes eam*
1. de an. t. 51. *quidem corpori coaptabant, ſed nihil vltra definiebant*
in quo, & quali corpore illa exiſteret; quū rationi con- C
ſentaneum non ſit eam eſſe in quolibet. Altera cauſſa eſt,
quoniam allata definitio nimis lata eſt, & cum definito
non reciprocat; in primis enim ſcimus apud Idolatras
cacodæmonem ingredi ſtatuas, in eiſque manere, ac re-
ſponſa, & oracula dare ſolitum; quare Idolum procul-
dubio eſt corpus, in quo eſt anima; non tamen dici poteſt
Idolum vitam agere, niſi æquiuoce: Quo fit vt vita
non ſit definienda ſimpliciter Exiſtentia animæ in cor-
pore: Sic Dæmones in illuſionibus apparentes homini-
bus,

A *bus, eoſque alloquentes, aut cum ipſis quidpiam aliud agentes, aſſumpto ſibi vel aereo corpore, vel cadauere, vel etiam corpore bruti alicuius (quod non ſemel norunt venefici, ac præſtigiatores) Dæmones ita inquam conſtituunt quid, quod reuera non viuit phyſice, ſed improprie admodum, ac metaphorice vitam habere dicitur; nihilominus tunc accidit animam exiſtere ſimpliter in corpore: vita ergo non eſt abſolute exiſtentia animæ in corpore: Ita in vexatis ab immundo ſpiritu con-*
B *tingit Dæmonem exiſtere in corpore, & eo vti ad loquendum, multaſque alias operationes obeundas, haud tamen malo ſpiritu obſeſſi vitã vllam obtinent eo quod cacodæmon ſit in eorum corpore: Non eſt ergo vita definienda exiſtentia animæ in corpore: Similiter ſi Angelus bonus aſſumat ſibi corpus aereum, uel quoduis aliud (id quod non ſemel contigiſſe nouit (cænobita e ſacris litteris Abrahæ, Loth, Danieli, Thobiæ, Deiparæ Virgini, Seruatori angonizanti, alijſque multis ſancti-*
C *tate præclaris) tunc ſane anima erit in corpore abſq; eo quod conſtituatur in eſſe aliquid phyſice, ac vere uiuẽs; uita ergo proprie non eſt exiſtentia animæ in corpore; Adde ſi anima rationalis poſt mortem hominis à corpore ſeparata rurſum Dei nutu corpus aereum ſumat, uel iterum ſuo cadaueri adiungatur, & in eo permaneat ſenſibiliter; non tamen ex neceſſitate proinde fiet aliquod uere uiuens; neque enim proprie uiuebant multa illa corpora Sanctorum, qui de monumentis exeuntes poſt mortem, & reſurrectionem Domini uenerunt in San-*

ctam Ciuitatem, & apparuerunt multis: Neque item A
Diui Iacobi anima ſibi aſſumpto corpore, anno Domi-
ni octingenteſimo trigeſimo quinto, in auxilium Ray-
miri Regis apud Legionenſes in Hiſpania regnantis
Maurorum ditiones inuadentis, tunc veram, & natu
ralem vitam agebat, dum infidelium exercitum per-
deret ad locum, qui Clauiſo vulgo dicitur, prope ciui-
tatem Calaguritanam; Etſi vere, ac phyſice vixerint
plerique alij à Domino, & Sanctis eius à morte ad vi-
tam ſupra Naturæ ordinem reuocati, vt Lazarus à B
Bethania, & alij plures, qui poſtea uel iterum obierunt,
vel immortalem vitam induerũt, vt Seruator Domi-
nus; qui poſt reſurrectionem viuit immortalis; vt Vir
go quoque Sacroſancta Mater Dei ſpeciali priuilegio
poſt mortem ad vitam perennem ſuſcitata; quum alio-
rum nullus aut in tali vita ſemper manſerit, aut vera
morte interierit, nec naturali, nec violenta; ſed quaſi
laruæ omnes euanuerint; nanque uita omnis proprie
vel æterna eſt, vel morti obnoxia; ita ſiquidem mon- C
a. de gen. an c. *ſtrat Ariſtoteles oua infecunda viuere, quia morte*
pereant; mori autem nequeant niſi quæ uere uiuunt;
nos autem ab oppoſito arguimus ea non uiuere, quæ
nunquam proprie moriuntur, nec ſemper uiuunt: ui-
ta ergo abſolute non eſt exiſtentia animæ in corpo-
re, ut ait Cænobita. Maxime uero à ratione abeſt,
quod exinde affertur, uitam ſcilicet definiri eſſe ope-
rationem procedentem ab anima, ut uegetatiua; &
iſtam non eſſe definitionem formalem, ſed ab effectu,
& à

Digitized by Google

A & a poſteriori: nam præterea quod abunde oſtendimus
vitam non eſſe operationem procedentem ab anima, vt
vegetatiua; immo neque operationem ſimpliciter, quid
eſt commentum iſtud definitionis ab effectu, & a poſte-
riori? Ariſtoteles enim nullam aliam definitionem re- 1. Poſt.t.12.
periri poſſe putauit, quam formalem, quæ demon-
ſtrationis principium dicitur, & materialem, quæ de-
monſtrationis concluſio eſt; & aggregratam ex his, quæ
tota demonſtratio eſt terminorum poſitione differens; &
B bene, quia definitio quæuis explicat eſſentiam definiti;
eſſentia vero uel tota, vel ſecundum partem manife-
ſtari poteſt; ſed eſſentiæ partes duæ ſunt, materia ſci-
licet, ac forma; vel his duo alia proportione reſponden
tia: effectus autem ſunt extra eſſentiam penitus; iccir-
co iure optimo ablegãtur a definitionibus; & recte quaſi
lege ſanxerunt ſapientes vitium eſſe non paruum defi-
nitiones tradere per poſteriora; quæ ſolum in deſcrip-
tionibus locum habere dicuntur: ſed & effectus quan-
C doque in definitionibus aſſumuntur, quando ſcilicet
habent rationem finis, & res definienda eſt natura eſſe
habens in fieri, aut eſſentialem habitudem obtinens ad
opus, non abſoluta; verum enimuero vita obtinet eſſe
permanens, non in fieri; & eſt quid ſecundum ſe abſo-
lutum; ac proinde non eſt definienda per effectus, aut
a poſteriori vllo modo. Neque vero illud tutum eſt,
vitam per ſe primo conſeruari, & fundari calore a
Corde influente, atque humido illi calori proportiona-
to; nam ſi vita fundaretur calore influente a Corde

per ſe primo, ſane plantæ, ſemina, oua, conchæ, ſpongiæ, aliaque plurima vitam reuera non haberent; quippe quæ reipſa corde priuantur, quod vitæ fontem exiſtimat Cænobita: hoc ipſum tamen eſt falſum: Immo neque in animalibus perfectis prohiberi poſſet vel tantillo temporis fluxus caloris a Corde ad alias partes abſque illarum interitu; nihilominus ſæpe contingit in ſyncope, & alia quauis cauſſa tolli omnino per ſpatium temporis effatu dignum transfluxum caloris a Corde, ita ut eo tractu temporis animal veluti mortuũ iaceat, attamen ſine obitu partis vllius; nam recluſis vijs, & renouata fluxione caloris, iterum redijt animal ad priſtinum ſtatum; quum a morte ad vitam non ſit regreſſus in Natura. Adde quod calor, quo per ſe primo conſeruatur vita, eſt calor fixus, ac primigenius appellatus; cuius origo non eſt proprie a Corde, ſed a ſemine, quod eſt primordium generationis animalium noſtratium; Non fundatur ergo vita in calore influente a Corde: Sed multo minus in humido, quia ſi poſſibile eſſet calorem in corpore permanere ſine humore, vita nihilominus in eſſe maneret; ſignum euidentiſſimum vitam non indigere humido, niſi ſecundaria quadam ratione, ac fere per accidens, non per ſe primo: Verũ hac de re infra latius eſt agendum commodiori loco. Suſpectum & illud eſt, quod ſcribitur vitam per ſe primo fundari in Corde, iiſdem rationibus; ſed præcipue quia vbi quid alicui per ſe primo ineſt, id non poteſt vel momento exiſtere ſine illo, cui per ſe primo in-

A B C

A eſſe dicitur apud Ariſtotelem ; atuero exempto Corde animal viuere per notabilem quoque differentiam temporis obſeruatum fuiſſe a multis , ac præſertim ab Ariſtotele , adnotauimus antea , dum expenderemus Medicorum placita : Immo plantis, & pleriſque animalium ſpeciebus Cor non habentibus vitam ineſſe certum eſt . Adde animam æque ineſſe in omnibus corporis particulis , in plantis inquam potiſſimum , & brutis animalibus non magis in Corde quam in alia quauis B parte , vt fuſius alibi oſtendimus ; ſi ergo vita eſt exiſtentia animæ in corpore, vt ait Aduerſarius , non ſane poterit per ſe primo in Corde fundari , ſecundario autem in alijs partibus , ſed æque in omnibus. Quod ſequitur dogma inter alia probatiſſimum eſt, nec ſilentio prætereundum , dum ſcribitur ad ipſum eſſe vitæ ſequi operari virtualiter , non actu ; quippe vita poteſt ab omni operatione vacare, quum neceſſario habeat facultatem operandi ; attamen indiget aliqua limitatione C propſitum dogma, & eſt verum ſolum modo in viuentibus aliqua ratione perfectis ; nam oua ſubuentanea, quæ viuunt Ariſtoteli , neque actu , neque virtualiter operantur. Vlterius dum aſſerit Cænobita Cor eſſe principium ſanguinis , & venarum , etſi fautorẽ habere videatur Ariſtotelem , reclamantes tamen obtinet omnes Medicos , omneſque anatomiæ profeſſores , qui vnanimi conſenſu ſanguinis , & uenarum principium autumant eſſe Iecur ; licet Ariſtoteli conſentiant Cor eſſe principium uenarum pulſatilium , quas Neoterici nun-

1. Poſt. t. 8. & ſeq.

De Iu. & Sen. cap 1. de vit. & mor. cap. 14.

De or. an. hu.

2. de gen. c. 4

nuncupant arterias, & ſanguinis purioris, ac ſpiri- A
tuoſi, qui per uniuerſum corpus a Corde in arterijs im-
petu quodam transfunditur. Quod poſtremo dicitur
calorem indigere humido, tanquam quo alatur, & ve
luti ſuo fomite, ac ſuſtentaculo; alioquin ſine humi-
do conſiſtere non poſſe, latius a nobis expenditur in ope-
re de Lucernis admirandis; hæc enim diſputatio proli-
xior eſt, quam quæ huic loco aptari valeat; de propoſi-
to tamen nonnulla dicemus in ſequenti libro. Non eſt
ergo Cænobitæ aſſentiendum definienti vitam abſolute B
eſſe Exiſtentiam, vel operationem naturæ mouentis ſe-
ipſam, ſpeciatim uero in ſublunaribus Exiſtentiam
animæ in corpore, ſiue permanentiam animæ uegetati-
uæ cum calido naturali.

Diluuntur argumenta, quibus nobilis Cænobitæ opinio nititur, declarando multa loca Ariſtotelis. Cap. LII.

C

SED *neque ſatis habent roboris rationes illæ, quibus Cænobitæ ſententia munitur: Quod enim ante omnia dicitur Deum optimum, aliaſque Intelligentias immateriales habere vitã nobiliſſimam deſumpto argumento ab Ariſtotelis autoritate in Metaphyſicis, iam ſupra eſt enodatum ſæpius. Quod autem mox affertur vitam eſſe exiſtentiam, uel operationem naturæ mouentis ſeipſam, eo quia in 2. de An.*

A *viuere ſit non ſolum operatio ab anima proficiſcens, verum etiam id, quod dicitur eſſe viuentibus; leue eſt; nam ſupra fuſius oſtendimus Ariſtotelem in locis allegatis* 2.de an t 3.&
vti nomine vitæ admodum improprie ad ſignificandas 37.
vitæ operationes, ſeu viuentis functiones; proprie vero vitam eſſe viuentis eſſentiam; quum autem ab eſſentia operationes prodeant, iccirco actiones recte poſſunt vſuuenire tanquam ſigna ad notificandam eſſentiam; ſic 2.de an.t.13.
alicubi Philoſophus ea viuere arguit, quibus ineſt ali-
B *qua vitæ operatio, non quia vita ſit operatio; ſed quia operatio eſt indicium vitæ, vt fumus ignis. Amplius in ſua ratione Cænobita ſupponit eodem prorſus modo ſe habere vitam, & viuere, quo ſe habet exiſtentia, & eſſe; ſupponit item nihil diſtare ſecundum rem exiſtentiam ab eſſentia; oppoſitum tamen ſupra demonſtrauimus, dum examinaremus opinionem Theophili; Ari-* 2.de an.t. 37.
ſtoteles autem definiens quod viuere eſt viuentibus eſſe, nomine eſſe, non exiſtentiam ſignificauit, quæ tran-
C *ſcendens eſt indifferenter commune ad omne ens, tam animatum, quam inanimatum; ſed eſſentiam, qua differunt animata ab alijs omnibus, quæcunque animæ conſortio deſtituuntur; nam probaturus animam eſſe formam ſubſtantialem viuentium hoc vtitur argu-* 2.de an.t.36.
mento inquiens, Forma ſubſtantialis eſt cauſſa ipſius eſſe omnibus, quibus ineſt ut forma: ſiue forma eſt cauſſa conſtituens eſſentiam ijs, quorum eſt forma: ſiue vt alibi dixerat, forma eſt ratio ipſius quod quid erat eſ- 2.phy.t.28.
ſe; verum anima eſt cauſſa ipſius viuere, quod eſt eſſe

viuentibus; anima igitur eſt forma ſubſtantialis viuentium: Conſtat ergo Ariſtotelem dicentem quod uiuere eſt eſſe viuentibus, per eſſe, non exiſtentiam, ſed eſſentiam intelligere. Quod vero deinde afferebatur vitam pendere in omnibus animatis mortalibus ab vna anima vegetali, proptereaquod ſcripſerit Ariſto- **A**

a. de an. t. 34. *teles animam vegetalem & alijs ineſſe, præter plantas, & eſſe primam, & maxime communem animæ potentiam, ſecundum quam ineſt ipſum uiuere omni-*

a. de an t. 24. *bus; leue eſt argumentum; nam hoc in loco Ariſtoteles, vt paullo ſuperius etiam definiens animam eſſe principium quo primo viuimus, ſentimus, mouemur, & intelligimus, nomen vitæ, ſeu uiuere improprie admodum aſſumit ad ſignificandum id, quod eſt uegetare, ſiue obire functiones uegetales, cuiuſmodi ſunt generare, & alimento vti tum ad nutricationem, tum etiam ad augumentum; quum enim iſtæ functiones ſint propriæ animæ uegetalis, ſane uiuentia omnia ſublunaria, ſiue in plantarum, ſiue in animalium genere, quibus inſunt iſtæ operationes, eas non aliunde habere poterunt, niſi ab anima uegetali; non ſolum enim planta generat ſibi ſimile, & alimento alitur, & creſcit per animam uegetalem; uerum etiam animalia hæc uniuerſa generant ſibi ſimile ſecundum ſpeciem, & alimento utuntur per ſe primo miniſterio animæ uegetalis, adiutæ tamen à ſentiente, inſuper & à rationali in hominibus, ut latius alibi probauimus: Quum* **B** **C**

De or. an. hu. *itaque operationes animæ uegetalis inſint omnibus uiuentibus*

uentibus

A uentibus noſtratibus per ſe primo ab anima uegetali,
Ariſtoteles, qui latiori uocabulo, licet minus proprie,
illas ſæpe dignatur nomine uitæ, nunc ſtatuens omni-
bus uiuentibus ineſſe ipſum uiuere ab anima uegeta- 2. de an. t. 3. & 34.
li, per uiuere intelligens idem quod uegetare, ſeu uege-
tales operationes obire, nihil fauet Aduerſario aſſeren-
ti uitam proprie dictam omnibus uiuentibus ineſſe ab
anima uegetali ſolummodo: Quod autem loco allega-
to Philoſophus per uocabulum uiuere ſignificet idem 2. de. an. t. 34.
B quod uegetare, ac obire functiones uegetales, puta ge-
nerare, & alimento uti, non uitam proprie dictam,
quam definit Cænobita eſſe exiſtentiam animæ in cor-
pore, notum ſatis eſſe poteſt conſideranti uerba contex-
tus; nanque ibi dixit Ariſtoteles omnibus uiuentibus
ſublunaribus ineſſe ipſum uiuere ab anima uegetati-
ua; id ratione confirmans inquit, opera uegetatricis
animæ ſunt generare ſibi ſimile ſecundum ſpeciem, &
alimento uti, puta & ad nutritionem, & ad augu-
C mentum; ſubiicens omnia uiuentia ſublunaria ali-
mento uti, tanquam uulgatiſſimum, ſubdit naturaliſ-
ſimum eſſe opus uiuentium ſubcæleſtium tam in gene-
re ſtirpium, quam in genere animalium, quæcunq; per-
fecta ſunt, & non mutilata, ut mulus, & inſecta plu-
rima; aut generationem ſpontinam habent, quæ ſcili-
cet oriuntur ex putri materia; dicuntur autem ſpon-
te oriri, ſiue caſu, quia naſcuntur præter intentionem
agentis; producuntur enim ab efficiente æquiuoco, ut
à calore Solis, uel quouis alio, cui non eſt inſtinctus

Digitized by Google

producere magis hoc, quam illud; ſed eius actio, & opus determinatur à uarietate materiæ, in quam operatur; præter hæc inquam omnium uiuentium noſtratium naturaliſſimum opus eſt generare ſibi ſimile ſecundum ſpeciem; ex quo plane ſequitur ipſum uiuere non proprie ſumptum, ſed communiter, quatenus ſignificat idem quod uegetare, ſiue obire operationes uegetales, hoc eſt, generare, ac alimento uti, conuenire omnibus uiuentibus ſublunaribus per ſe primo ab anima uegetali: Alioquin ſi ſermo eſſet de uiuere proprie dicto, futili argumento uteretur Ariſtoteles probare ſtudens uitam proprie ineſſe omnibus animatis ſubcæleſtibus ab anima uegetali, quoniam ab eadem illis ineſt generare, & alimento uti; nam præter has, multæ aliæ inſunt uiuentibus hiſce noſtratibus operationes uitæ, quæ non prodeunt ab anima uegetali, ut moueri, ſentire, appetere, intelligere, & aliæ huiuſmodi plures. Inſuper quod ulterius adducitur, uitam definiri poſſe operationem prodeuntem ab anima uegetali, per definitionem non quidem formalem, ſed ab effectu, & à poſteriori, cuiuſmodi ea eſſe dicitur, qua Philoſophus definiuit Phantaſiam eſſe motum factum à ſenſu ſecundum actum; tenues habet radices; Ariſtoteles enim dum definit Phantaſiam eſſe motum factum à ſenſu in actu, non definit eam ab effectu, & à poſteriori, quia id fieri nequit; ſed potius a priori, & per ſui cauſſam eſſentialem; nam motus factus à ſenſu in actu licet ſit effectus ſenſus

A (margin, line 1); B (margin, at "anima uegetali: Alioquin"); C (margin, at "finiri poſſe")

3. de an. t.161 (margin, at "Philoſophus definiuit")

Digitized by Google

A *ſus externi operantis, non eſt tamen effectus phantaſiæ, & quid ea poſterius; ſed quid phantaſia prius, & cauſſa eam excitans ad agendum; ſenſus etenim ubi de re ſenſibili iudicium prompſerit, eius rei ſpeciem intus demandat, quæ ſopitam phantaſiam ſuſcitat ab actu primo ad ſecundum; & iſta ſuſcitatio, ſiue motus factus a ſenſu in actu per ſpeciem ſenſibilem dicitur phantaſia, ſiue facere phantaſiam, quatenus phantaſia ab eo motu fit quodam modo, ideſt, actu, ſicut* B *metaphorice, veluti etiam mens noſtra dicitur fieri id, quod intelligit. Poſſumus item dicere Ariſtotelem nomine motus non ſignificare operationem ſenſus externi mouentem internum, qui dicitur Phantaſia; ſed rem, quæ mouetur; vt Phantaſia definiatur eſſe ſenſus interior motus, ſiue aptus moueri, ac ſuſcitari, & impelli ad opus a ſenſu exteriori operante, perinde ac Intellectus dici, ac deſcribi poſſet motus a Phantaſia: Niſi etiam dicamus loco citato ab Ariſt. definiri non potentiam,* C *tiam, quæ vocatur Phantaſia, ſed eius operationem, quæ vocatur item nomine facultatis Imaginatio, & Phantaſia; & reuera operatio phantaſiæ eſt motus factus a ſenſu ſecundum actũ, hoc eſt, motus, ſiue actio facta poſt operationem ſenſus exterioris; nam phantaſiam, quæ potentia eſt animæ, prius definiuerat Ariſtoteles eſſe potentiam ſecundum quam phantaſma aliquod nobis fieri dicimus, & non aliud quidquam, quod per translationem hoc eodem nomine appellatur: Sed quicquid ſit de hoc, ſufficit nobis motum, quo definitur* 3. de an. c. 155.

Ph-

Phantaſia, non eſſe effectum phantaſiæ, aut quid ea A
poſterius; ſed effectum ſenſus in actu, & prius, ac veluti cauſſam phantaſiæ: Inde igitur a pari colligendũ non eſt Cænobitæ vitam per poſteriora, & effectus definiri poſſe operationem prodeuntem ab anima vegetali. Quod præterea ſcribitur vitã formaliter definiri exiſtentiam animæ vegetatiuæ in corpore mediante calore naturali coniuncto, & conſeruato in humido proportionali; quia ratio, quod Socrates, ſiue homo viuit, eſt
quoniam anima vegetatiua permanet vnita corpori me B
diante dicto calore, facile ſolui poteſt; nam falſo dicitur Socratem, & hominem viuere, quia vegetalis anima corpori vnita permaneat mediante calore naturali; ſiquidem in conceptu hominis primis quadraginta diebus, ante aduentum animæ rationalis, anima vegetans permanet vnita corpori mediante calore naturali coniuncto, & conſeruato in humido proportionali; non tamen adhuc viuit homo, vel Socrates, ſed
2. de gen. an. cap. 3. *Embryo, vel animal; quod non fit homo, niſi adep-* C
tione animæ rationalis, vti nos docuit Ariſtoteles; ſignum euidentiſſimum hominibus vitam non ineſſe per ſe primo ab anima vegetali, & vitam generatim non eſſe permanentiam animæ vegetalis in corpore mediante calore naturali.

Non ergo ſatis firmis fundamentis nititur opinio Cænobitæ.

Deci-

A

Decimaoctaua opinio Argenterij dicentis vitam eſſe Modum eſſendi rerum animatarum, cauſſatum ab animæ præſentia, ſiue ſubſiſtētiam, ac permanentiam earundem. Cap. LIII.

ARGENTERIVS ille Galenomaſtix de more acute ſatis vitæ naturam explicare conatus eſt duobus in locis, dum
B *ſtatuit vitam eſſe Modum eſſendi animatorum, ſiue ſubſiſtentiam, & permanentiam eorundem in eſſe: ſed eius verba in mediũ afferamus, intimius hac in re mentem ipſius introſpecturi; ſcribit ergo in primis. Intelligendum quid vita ſit. Dicam ego quid hac de re ſentiam. Viuere nihil* In 2. art. med. Gal.
aliud eſt in rebus animatis, quam eſſe; dicuntur enim illa eſſe, & viuere, quæ animam habent, & quandiu habent: mortua uero tunc ſunt, & dicuntur, quando
C *amplius nõ ſunt animata; ac tũc mori, quãdo anima a corpore recedit. Quia igitur animata aliter sũt, quã alia, quæ anima carent; ideo illorũ eſſentia, & ſubſtãtia peculiari nomine vitæ ſignificatur; quod perinde eſt ac ſi dicas, animata certo ſuo modo ſunt, quem Modum Vitam Maioribus noſtris appellare placuit. Eſt ergo animæ præſentia vitæ cauſſa, & abſentia mortis; quod idem eſt ac ſi dicas animam eſſe cauſſam vt res ſit, aut non ſit. Signum autem illius præſentiæ ſunt operationes, quas illa edit cum corpore; Agnoſcimus enim*

res

res viuere, quãdiu operantur; & mortuas eſſe, quando amplius operari nequeunt. Porro agnoſcitur animal viuere, vt animal, ex ſenſu, & motu; ut corpus animatum ex nutritione; vt homo, ex ratiocinatione. Quare nutriri, augeri, ſentire, moueri, ratiocinari, nõ eſt viuere, ut ſcribit Ariſtoteles; ſed ex iſtis plantæ, animalia, & homo uiuere; ideſt, eſſe cognoſcuntur. Ait alibi Argenterius quodſi quis diligenter rem inſpiciat, inueniet perinde eſſe dicere uiuere, & eſſe in animatis; & uitam, & eſſentiam, ſiue ſubſiſtentiam illorũ idem eſſe: quis enim eſt, qui non agnoſcat idem eſſe ſi quis dicat Hippocratem non amplius eßе, & non amplius viuere; & nos eſſe, & uiuere idem eßе? mortuum aliquid eſse, & non amplius eſse? Quid ergo tantum laboramus in vita definienda, quum nihil aliud ſit reuera, quam eſsentia, & ſubſiſtentia, ſiue permanentia rerũ animatarũ; quæ quidem contingit ex animæ cum corpore coniunctione. Hæc illa ſunt omnia, quæ de vitæ natura generatim tradidit Argenterius poſteritati.

lib. de an. — [me]taph. com. 1.

A — B — C

Perpenditur Argenterij ſententia monſtrando vitam non eſſe Modum eſſendi, nec ſubſiſtentiam, nec permanentiam animatorum; & defenditur Ariſtoteles à calumnia. Cap. LIV.

SED *propoſita huius viri placita pauca ſane habent, in quibus non deſideretur aliquid melioris; ante omnia vero deſideratur in Argenterio maior conſtantia; nunc enim ſtatuit vitam*

eſse

A eſſe eßentiam, & ſubſtantiam, ſiue ipſummet eſſe animatorum; nunc potius vult eam eſſe modum eſſendi eorundem; nunc denique ſcribit ipſam eſſe ſubſiſtentiam, ſiue permanentiam ipſorum in eſſe: quum tria hæc, Eſſentia, modus eſſendi, & ſubſiſtentia maxime à ſeinuicem differant; quod quidem ſubſiſtentia, quæ dicitur permanentia in eſſe, quæue idipſum eſt, quod alio nomine uocamus Exiſtentiam, diuerſum quiddam ſit ab eſſentia, ſat, ſuperque monſtrauimus antea, dum apud
B Zimaram philoſopharemur: quod autem eſſentia diſtinctam rationem habeat à modo eſſendi, ex eo manifeſto conſtare poteſt, quia eſſentia viuentium eſt quidpiam in genere ſubſtantiæ; modus uero eſſendi uidetur aptius collocari in accidentium coordinationibus; eſt enim qualitas quædam; atque omnino ſatis apertum eſt longe differre ipſum eßе vniuſcuiuſque rei à modo eſſendi eiuſdem, ad quodcunque prædicamentum reducantur vtraque, ſiue ad idem, ſiue ad diuerſum; ipſo- Cap. 6. & 7.
C rum etenim vnum eſt alterius conditio, ac veluti quædam differentia: Quod poſtremo loco ſubſiſtentia, ſiue permanentia in eſſe, ſiue exiſtentia diuerſam omnino rationem obtineat à ratione modi eſſendi; propterea manifeſtum fit, quoniam duo hæc ſunt inuicem oppoſita Eſſe, & eſſendi modus; opponuntur inquam eo genere oppoſitionis, quod reperitur eſſe in relatiuis; nanque modus omnis relationem habet ad illud, cuius modus eſſe dicitur. Præterea huic poſitioni, qua ſcribitur Argenterio vitam eſſe ſubſiſtentiam, ſiue permanentiam in

LL eſſe,

eſſe, illa omnia refragātur argumēta, quæ ſuperius alla- A *ta ſunt apud Theophilū, quibus abūde oſtēſum eſt uitā nullo modo definiri poſſe exiſtentiam rerum animatarū. Amplius in propoſitis explicaſſe videtur Argenterius quid nomen vitæ ſignificet; non quæ ſit vitæ natura, & quidditas; quam potiſſimum & nos in hoc opere intendimus, & ipſe ſibi loco allegato manifeſtandam propoſuit. Vlterius, eſto vitā eſſe animatorum, ſiue modus eſſendi rerum animam in ſe habentium; imperfecta nimis, ac plane tenuis eſt hæc vitæ notio; deſidera-* B *tur adhuc magis exquiſita notitia; hoc nanque de vita cognito, nempe quod ſit eſſe animati, ſiue modus eſſendi eius ipſius, inquirendum adhuc affectamus quidnam ſit iſtud eſſe, ſiue iſte modus eſſendi animatorum, quem Maiores noſtri per nomen vitæ ſignificare voluerunt. Verum & illud, quod affertur poſterius, Animæ præſentiam eſſe vitæ cauſſam, animæ uero abſentiam eſſe cauſſam interitus, non caret ſuſpitione; melius etenim*

2. de an. c. 10. *fortaſſe dixiſſet Argenterius cum Alexandro animæ* C *præſentiam eſſe vitam; eiuſdem vero abſentiam eſſe mortem; nam cauſſa vbique præcedit effectui, at animæ abſentia non præcedit morti: ſed hac de re fuſius & ſupra, & infra etiam agitur. Caute quoque intelligendum eſt, quod ulterius ſubdit Argenterius, Agnoſcimus enim res viuere, quandiu operantur, ſupplendum eſt ſiquidem, aut quandiu operandi facultatem habent; ita nanque Ariſtoteles alicubi demon-*

2. de an. t. 14. *ſtrat vegetabilia omnia uiuere, non quia nutriantur,*

atque

A atque augeantur actu; ſed quoniã habent in ſeipſis potentiam; & principium huiuſmodi, per quod ſuſcipere poſſunt alimentum, & augumentũ, & euſque viuere, quouſque talem potẽtiam, taleque principium in ſe habuerint: hoc aũt principium, & iſtã potentiã nihil aliud eſt, quam anima vegetalis. Adde ipſum eundem alibi oua, & ſemina, quæ actu non operantur, etiamſi nunquam ad actum operandi deueniant, collegiſſe tamen animata eſſe, ac viuere nihilominus quã ſtirpes, ex operationibus vitæ, quas edere poſſunt, atque omnino ex facultate, quam habent edendi operationes vitæ; cuius ratio ſane in promptu eſt, quoniam vita, quum prior ſit omni operatione, poteſt aliquando abſq; uniuerſo actionum genere conſiſtere; ac omnino viuens per aliquod temporis ſpatium poteſt quandoque ſimul ab omni operatione vacare: quemadmodum inferius commodiori loco apparebit: Quocirca ſcite illud ſcriptum eſt ab Argenterio, Nos cognoſcere res mortuas eſſe, quando amplius operari nequeunt, non aũt quãdo amplius non operantur. Ceterum falſo Argenterius criminatur Ariſt. quaſi dixerit in ſecundo de anima quod nutriri, augere, ſentire, moueri, & ratiocinari ſit viuere; hoc etenim ſenſiſſe Ariſtotele non colligitur ex eo, quod ſcripſerit, ſi alicui vel intellectus inerit, vel ſenſus, vel motus, & ſtatus ſecundũ locum; adhuc aũt motus ſecundũ alimentũ, & augumentum, & decrementũ, hoc ipſum viuere dicimus; nã iſtæ, quarũ nunc meminit Ariſt. non ſunt præciſe operationes, vt credidit Argenterius, ſed ſunt

(margin: 2. de gen. an. c. 3.)

(margin: Tex 13.)

potentiæ, ſiue facultates operandi, & omnino principia A
operationũ, ſiue partes, ac ſpecies animæ, vti videre eſt
3. de an. t. 14. *ex eo, quod mox aſſerit Ariſtoteles, nimirũ vegetabilia vniuerſa uiuere, propterea quod in ſe habeant potentiã, & principium huiuſmodi, per quod nutriri poſſunt, & augumentum, decrementumque ſuſcipere ſecundũ con-*
3. de an. t. 18. *traria loca; & paullo poſt admonet huiuſmodi poten-*
3. de an. t. 13. *tiam, taleque principium eſſe animam. Amplius eſto, diſputandi gratia, loco allegato Ariſtotelem agere de operationibus; eas profecto accipit Ariſtoteles ibi, tan-* B
quam ſigna indicantia id, in quo ſunt vel omnes, vel aliquæ illarum, reipſa vitam habere; non tanquam ea, in quibus conſtituta ſit ratio, & eſſentia vitæ, vt immerito illi vitio vertit Argenterius. Bene ſuperius di-
3. de. an. t. 3. *xerat Ariſtoteles vitam eſſe nutritionem, augumẽtum, & decrementum; ſed idem inferius admonuit ſe tunc*
3. de an. t. 11. *rudiori formula philoſophatum; quare non eſt hac in re abſolute inculpandus Ariſtoteles.*

Tollitur Argenterij ratio, monſtrando animata differre ab inanimatis non in ſolo modo eſſendi, & vitam non eſſe omne id, quo differt animatum ab inanimato. Cap. LV. C

QVOD *autem ad ſuæ opinionis confirmationem adducit Argenterius inquiens Animata differre ab inanimatis in modo eſſendi, eo quod animata longe aliter ſint, quã alia, quæ animã nõ habent; vitam autem eſſe id, quo animata ab inanimatis*

A tis diſtinguuntur; ac proinde vitam nihil aliud eſſe, quã modum eſſendi animatorum; haud ſatis firmum eſt argumentum; In primis etenim animata etſi conſtituantur differre ab inanimatis in modo eſſendi, quoniam aliter ſint animam habentia, ac ſint ea, quæ anima deſtituũtur; non tamen conſtituendum eſt in hoc ſolummodo animata differre ab inanimatis, vt ſupponit Argenterij ratio; differunt enim multis alijs, vt puta, tota eſſentia, ſiue ipſomet eſſe, forma, materia proxima, pro-
B prietatibus, & operationibus; quare quo argumento probare conatur Argenterius vitam eſſe modum eſſendi animatorum, quia ſcilicet per hunc modum eſſendi animata differunt ab inanimatis, & vita ſit quid, quod animata diſtinguit ab inanimatis; eodem plane demonſtare liceret vitam eſſe tum eſſentiam totam, ſiue ipſum eſſe animatorum; quod veritati magis eſt conſentaneũ; tum formam, tum materiam proximam, tum proprietates; tum demum operationes eorundem; quum vnum-
C quodque iſtorum tale ſit, vt eo animata differant ab inanimatis; ſed hoc vere dici non poteſt, atque ipſi uel Argenterio valde refragatur; non ergo concludit allata ratio ab Aduerſario. Deinde quod in alia propoſitione dicitur, vitam eſſe id quo animata differunt ab inanimatis, verum eſt quidem abſolute, ſed non in eo ſenſu, quod vita ſit omne id, quo animata diſtinguuntur ab anima carentibus; quo ſane fit vt inde colligi nequeat vitam eſſe modum eſſendi animatorum; nam ſi vita eſt aliquid eorum, per quæ animata differunt a non habentibus

Digitized by Google

bentibus animam, & modus eſſendi ſimiliter ſit quid- A
piam aliud, quo eadem ab eiſdē differant (non eſt enim neceſſe in vno tantum animata diſcriminari ab inanimatis) non propterea ex neceſſitate ſequitur vitam eſſe modum eſſendi animatorum. Non ergo concludit ratio Argenterij demonſtrare volentis uitam in uniuerſum definiendam eſſe Modum eſſendi rerum animatarum.

Decimanona opinio Ioſeph Liceti, ſtatuentis vitam eſſe ipſummet Eſſe rerum animam in ſe habentium. Cap. LVI. B

IOSEPH *Licetus Pater meus, quem quicunque nouerunt, uel eius opera perlegerunt, uirum in omni quidem uirtutum genere clarum, ſed præſertim de Philoſophia, & Medicina benemeritum confitentur; in primo e ſuis Dialogis, quem* Nobilitatem principalium membrorum hominis *inſcripſit, dum acriter oſtendit uitam non eſſe quid,* C
quod influat a corde in ceteras corporis noſtri particulas, ea de natura uitæ protulit, quibus non multum differre uidetur ab Argenterio, cuius opinionem hac in re nuper expendimus; diſſentit nihilominus; quoniam Argenterius uitam ſtatuit eſſe nunc eſſentiam, & ſubſtantiam; nunc exiſtentiam, ſiue ſubſiſtentiam, & permanentiā animatorum; nūc denique modū eſſendi eorundē quaſi eſſentia, exiſtentia, & modus eſſendi animatorum nequicquam differant a ſeinuicē, & ubi hæc abinuicem

differre

A *differre ponantur, in eam partem potius inclinare uidetur Argenterius, ut exiſtimauerit uitam eſſe modū eſſendi animatorum; ſiue ſubſiſtentiam, & eorundem permanentiam in eſſe: Pater autem arbitratus non leue reperiri diſcrimen inter eſſentiam, exiſtentiam, & modum eſſendi uniuſcuiuſque rei, conſtantiſſime ſemper aſſeuerauit uitam nihil aliud exiſtere, quam eſſe rerum animatarum, per hoc eſſe non exiſtentiam, ſed puram eſſentiam ſignificans, quæ non eſt eſſe ſimpli-*
B *citer, ſed eſſe hoc; fuit autem ad hoc ſentiendum non una ratione impulſus; altera eſt, quia uita eſt id, quo eſſentialiter, ac per ſe primo differunt animata ab inanimatis; differunt autem animata a non habentibus animam ipſo eſſe; quare uita nihil aliud eſt, quam eſſe rerum animatarum; quod alio nomine dicimus Eſſentiam. Altera uero eſt, quia mori tunc quippam uere dicitur, quādo deſinit eſſe animatum ſi ergo ubique oppoſitorum ratio eſt oppoſita, neceſſarium profecto erit con-*
C *fiteri vitam nihil aliud extare, quam eſſe animatorum, quod eſt eorum eſſentia. Hæc de vita ex Genitore.*

Examinatur opinio Patris, oſtendendo cur de Vita rudiori ſtilo tractauerit. Cap. LVII.

ORDO *equidem mihi a principio inſtitutus iam ſuadere videtur vt propoſitam a Patre ſententiam reuocem ad trutinū: Quid faciā hac in re? Genitori debita reuerentia duriore freno ani-*

mum

bentibus animam, & modus eſſendi ſimiliter ſit quid- A
piam aliud, quo eadem ab eiſdē differant (non eſt enim
neceſſe in vno tantum animata diſcriminari ab inani-
matis) non propterea ex neceſſitate ſequitur vitam eſſe
modum eſſendi animatorum. Non ergo concludit ra-
tio Argenterij demonſtrare volentis uitam in uniuerſum
definiendam eſſe Modum eſſendi rerum animatarum.

Decimanona opinio Ioſeph Liceti, ſtatuentis vitam eſſe ipſummet Eſſe rerum animam in ſe habentium. Cap. LVI. B

IOSEPH *Licetus Pater meus, quem*
quicunque nouerunt, uel eius opera
perlegerunt, uirum in omni quidem
uirtutum genere clarum, ſed præſer-
tim de Philoſophia, & Medicina be-
nemeritum confitentur; in primo e ſuis Dialogis, quem
Nobilitatem principalium membrorum hominis
inſcripſit, dum acriter oſtendit uitam non eſſe quid, C
quod influat a corde in ceteras corporis noſtri particulas
ea de natura uitæ protulit, quibus non multum differre
uidetur ab Argenterio, cuius opinionem hac in re nuper
expendimus; diſſentit nihilominus; quoniam Argente-
rius uitam ſtatuit eſſe nunc eſſentiam, & ſubſtantiam;
nunc exiſtentiam, ſiue ſubſiſtentiam, & permanentiā
animatorum; nūc denique modū eſſendi eorundē, qua-
ſi eſſentia, exiſtentia, & modus eſſendi animatorum
nequicquam differant a ſeinuicē, & ubi hæc abinuicem
differre

A *differre ponantur, in eam partem potius inclinare uidetur Argenterius, ut exiſtimauerit uitam eſſe modũ eſſendi animatorum, ſiue ſubſiſtentiam, & eorundem permanentiam in eſſe: Pater autem arbitratus non leue reperiri diſcrimen inter eſſentiam, exiſtentiam, & modum eſſendi uniuſcuiuſque rei, conſtantiſſime ſemper aſſeuerauit uitam nihil aliud exiſtere, quam eſſe rerum animatarum, per hoc eſſe non exiſtentiam, ſed puram eſſentiam ſignificans, quæ non eſt eſſe ſimpliciter, ſed eſſe hoc; fuit autem ad hoc ſentiendum non* B *una ratione impulſus; altera eſt, quia uita eſt id, quo eſſentialiter, ac per ſe primo differunt animata ab inanimatis; differunt autem animata a non habentibus animam ipſo eſſe; quare uita nihil aliud eſt, quam eſſe rerum animatarum; quod alio nomine dicimus Eſſentiam. Altera uero eſt, quia mori tunc quippam uere dicitur, quãdo deſinit eſſe animatum ſi ergo ubique oppoſitorum ratio eſt oppoſita, neceſſarium profecto erit con-* C *fiteri Vitam nihil aliud extare, quam eſſe animatorum, quod eſt eorum eſſentia. Hæc de vita ex Genitore.*

Examinatur opinio Patris, oſtendendo cur de Vita rudiori ſtilo tractauerit. Cap. LVII.

ORDO *equidem mihi a principio inſtitutus iam ſuadere Videtur Vt propoſitam a Patre ſententiam reuocem ad trutinũ: Quid faciã hac in re? Genitori debita reuerentia duriore freno animum*

mum meum quam maxime auocat, quaſi a nefario A
quodam facinore, ab ijs cenſurandis, quæ Pater ſan-
xerit: contra tamen æquitas haud leui ſtimulo illum
eundem vltro impellere non deſiſtit ad ea ipſa ſeuerius
examinanda: Poſitus in medio quo me vertam ambi-
go; hinc me trahit Pietas; hinc me vrget Veritas: ſed
fortaſſe licebit vtrique ſatisfacere: ſi nanque Ariſto-
teles ipſe non ſemel, & quiuis alius grauiſſimus autor
de aliqua re agens perfunctorie, de illa ſolummodo quan
tum ſibi facere videtur ad propoſitum negotium impu B
ne tractare poteſt, quum tamen dedita opera multo
exactius de ipſa ſpeculari valeret; quod ſane plerunq;
alibi præſtat, vt opus eſt, vbi eadem res conſulto ſibi
adamuſſim contemplanda proponitur; eapropter vitio
dandum non eſt Patri meo ſi non ex profeſſo, ſed obi-
ter agens de vita, eius eſſentiam penitus non explicaue-
rit, diligentiuſue diſtinxerit, hoc tantum de vita pro-
ferens, quod ſit eſſe rerum animatarum; cognitio de vi-
ta quidem tenuis ei, qui vitæ naturam ex inſtituto ſi- C
bi propoſuit inueſtigandam, fateor; verum Patri ſuf-
ficiens, qui non dedita opera de vita diſſerens ſat ha-
buit hanc eius communem notionem afferre, ad hoc ut
probare poſſet intentum, nempe uitam non diffundi a
corde in ceteras partes animantis; quia ſi uita eſt eſſe
animatæ rei; animata uero quæque res habeat ſui eſſe
ab anima, quæ non in ſolo Corde, ſed actu reperitur in
ceteris etiam partibus uniuerſis; clare iam patet uitã
non eſſe quid, quod a Corde influat ad reliquas corporis

animati

A *animati particulas. Sed etſi obiter agens Pater de vita, ſat habuerit vitæ naturam generatim conſideraſſe, & communẽ illius notionem, quantũ ſibi erat ad propoſitũ, attigiſſe; Nos tamẽ, qui ſedulo de vita tractamus, in eo quieſcere non debemus, in quo Pater ſiſtere potuit; ſed huius rei naturam intimius perſcrutari tenemur accurata definitione diſtincte illius eſſentiam explicantes.*

Ponderantur argumenta, Parentis. Cap. LVIII.

B RATIONES *autem, quibus Genitor propriã opinionẽ roborat, eam quidem vim obtinent vt neceſſario colligant vitam eſſe ipſummet eſſe animatorũ; nã proculdubio vita eſt quid, quo eſſentialiter animata differunt ab inanimatis; vt ait Ariſt.* 2. de an. t. 13. *ſed id, quo animata ſic differunt ab inanimatis, eſt aut anima, quæ eſt pars eſſentialis, aut eorum eſſentia tota; materia enim ex ſe vim non habet ſic diſtinguendi; nam potentia eſt Ariſtoteli, cui quod ita diſtinguit, actus eſt;* 2. de an. t. 1. 7. meta t. 49.
C *quum itaq; vita non ſit anima, ſed quid ab anima prodiens, vti docet Ariſt. ſane opus eſt confiteri vitã eſſe eſſentiam animatorum.* 2. de an. t. 37. *Quod & alia ratio demonſtrat, qua dicitur Mortẽ opponi vitæ, veluti priuationem habitui; quũ itaq; mors per ſe primo priuet animata ipſo eſſe; propterea ſit vt vita ſit eſſe animatorum: Hoc quidẽ dogma Patri concedimus eſſe verũ, & ex allatis rationibus neceſſario colligi, & Ariſt. doctrinæ conſentire; nã Ariſt. conſimilẽ ſentẽtiam promulgauit inquiens, uiuere eſt viuentibus eſſe: ſed non probant argumẽta Pa-* 2. de an. t 37.

tris eo, quod aſſeritur, uita eſt eſſe rerum animatarum, habeti definitionem, ac totam vitæ naturam diſtincte explicatam; quod eſt illud, cui dignoſcendo laboramus: probant ſolum vitã eſſe ipſum Eſſe rerum animatarũ, ceu dogma verum, in quo prædicatum eſſentiale, ſed commune, & confuſum dicitur de ſubiecto, non ceu exactam vitæ definitionem; Quare in hoc nobis quieſcere non licet. A

Vigeſima opinio Ariſtotelis. Cap. LIX. B

1 Polit. cap. 5
1 mor. Eud. c. 2.
6 hiſtor. c. 1.
9 meta. t. 16. & alibi.
2. de an t. 3.
6 top. c. 2. loc. 73.

ARISTOTELES *varie de uita tractauit pro varia occaſione; aliquãdo enim de vita egit metaphorice, & communiter, ſeu more vulgi, ac rudiori ſtilo, dum ſtatuit vitã eſſe de genere actionis: Aliquando aũt probabiliter, & gratia exempli, dũ ait uitã eſſe non vniuocũ, ſed æquiuocum animalibus, & plantis, cui non debeat aſſignari vnica definitio: Aliquando vero proprie, & acroamatice, ſeu ſcientifice, dũ*

2. de an. t. 13. & ſequentib.

ſcribit vitam eſſe id, quo differt animatum ab inanimato, vitam niti multiplici principio, ita vt cuicunque inſunt vel omnes, uel aliquæ, vel etiam vna ſolum facultas, ſiue potentia, & pars, ſeu ſpecies animæ, illud proprie vitam habere dicatur, quaſi viuere ſit habere principium, ſiue potentiam, & facultatem obeundi operationes animati; ſiue habere animam; uita uero ſit animæ participatio, ſeu etiam, vt mox ait, ipſum eſſe C

2. de an. t. 37
1. de p an. c. 1.

viuentibus; atque, ut alias inquit, Medium, quod cõmune eſt animalibus cæleſtibus perfectis, & noſtratibus

A bus hiſce diminutis ; ac demum Permanſio, ſiue mora
vegetatricis animæ cum calore. Hæc ſparſim de vita de reſpir. c. 7.
ex Ariſtotele.

Ariſtotelis opinio de vita examinatur. Cap. L X.

EX quibus ſane conſtat Ariſtotelem nuſquam
de vita ex profeſſo, ac diligenter tractaſſe,
ſed currenti calamo ſemper, & perfunctorie;
quare mirum non eſt ſi quæ ab eo de uitæ natura pro-
B mulgata fuere, mentem omni ex parte non impleant: At
ſi dogmata illius etiam examinare neceſſe ſit, in ijs pri-
mum magnam offendimus varietatem, ita ut ſi unquã
Ariſtoteles inconſtantiæ crimine culpandus uiſus eſt,
certe in explicanda natura uitæ iſta illi nota inuri poſſe
uidetur; nã ſæpe uitã ſtatuit eſſe accidẽs de genere actio-
nis, vt in Moral. Metaphy. & alibiq; loca luſtrauimus
cum Achillino; in lib. aũt de an. multoties uitam poſuit
in genere ſubſtantiæ, dum eam dixit eſſe id, quo anima- 2. de an. t. 13. & ſeq.
C tum differt ab inanimato, & omnino animæ participa-
tionem; dum ait uitam eſſe ipſummet eſſe uiuentibus; 2. de an. t. 37.
dum etiam utitur uita, ceu differentia in definitione
animæ. Deinde in Metaphy. Ariſt. damnat Antiquos 2. de an. t. 6. 8. met. t. 16.
definientes uitã eſſe compoſitionem, aut coniunctionem
animæ cum corpore; quum tamen & ipſe definiat ui- de reſpir. c. 7.
tam eſſe tale quid, nempe moram, ſeu permanſionem
animæ uegetatricis cum calore. Præterea in Topicis 6. top. c. 2. loc. 73.
Ariſtoteles Dionyſium culpat, qui definit uitam com-
munem plantis, & animalibus, per nutricationem;

2. de an t. 3. quum ipſemet definiat uitam. communem animalibus, A
& plantis, conſimiliter per nutritionem, inquiens citatis verbis, uitam autem dicimus nutritionem, accretionem, atque decretionem; & alibi definiens uitam eſſe
De reſp. c. 7. moram, ſiue permanſionem animæ nutritiuæ cum calore. Amplius in allato loco è Topicis immerito fortaſſe arguit Dionyſium Ariſtoteles, quaſi definiens uitam nutritione definire tẽtauerit æquiuocum unica definitione; quum certum ſit æquiuoca non dicere unam naturam communem, quæ unica definitione manifeſtari ualeat; ſed ponere multas eſſentias ita inuicem diuerſas, ut de illis communis ratio nulla eſſe queat; nam falſo accipit Ariſtoteles uitam eſſe pure, ac ſimpliciter æquiuocum; etſi enim plantis, & animalibus non uniuoce competat, haud tamen ideo ijs congruit æquiuoce; ſed analogice, ut iiſdem conuenire dicitur anima: At analoga dicunt naturam aliquo modo communem, ratione cuius de analogatis formari poteſt communis definitio; uti conſtat de anima: Vitam uero non dicere multas naturas omnino diuerſas, ſed unã quoquopacto communem animalibus, & plantis, aper-
1. de plan. c. 1. tum ſatis eſt uel ex ipſo Ariſtotele alicubi dicente, Animalia cæleſtia perfecta, & noſtratia diminuta, & plantas neceſſario habere id commune, quod uitam appellamus, quæ eſt medium quid commune iungens cæleſtia cum ſublunaribus. Quod aũt conſtituit Ariſt.
2. de an. t. 13. & ſequent. uitæ naturam in eo, quod eſt habere potentiam, ſiue facultatem, ac principium aut intelligendi, aut ſentiendi,

aut

A *aut mouendi, & ſtandi ſecundum locum, aut nutriendi, aut augendi, aut omnia iſta, aut eorum aliqua præſtandi: ſeu etiam in eo, quod eſt animæ participatio; id ea omnia refragãtia ſibi habere uidetur, quæ paullo antea in ſimilem definitionem a Doctiſs: viro propoſitam adducta fuere; quoniam eiuſdem criminis hoc in loco ſit reus Ariſtot. quo damnat antiquiores, qui tranctantes de anima, eam quidem corpori aptabant, ſed nihil vltra definiebant, in quo, & quali corpore illa exiſte-* 1 de an.t.c.51. 52.53. 2.de an.t.26.
B *ret; quum rationi conſentaneum non ſit ipſam eſſe in quolibet. Neque verum eſt, ſi cui potentia inſit intelligendi, aut ſentiendi, aut mouendi a ſeipſo, & ſtandi ſecundum locum, id reuera viuere; nam Idola ex ligno, vel cupro, vel quouis alio corpore artefacto habent in ſeipſis Dæmones, ac proinde principium, quo intelligũt, loquuntur, & mouentur loco; quum tamen iſta ſimulacra non viuant, niſi æquiuoce, etſi aliquo pacto animã participent: ſecus enim ſi veram vitam agerent, neceſſa-*
C *rio vel immortalia eſſent, vel morti obnoxia; quia vita omnis aut mortalis eſt, aut immortalis; quum itaque Idola iam eſſe deſierint, & fracta ceciderint, immortali vita prædita fuiſſe non eſt aſſerendum; quum vero nõ perierint obitu, qui proprie mors appellatur; plane colligendum eſt ea prius veram vitam non vixiſſe: ſi etenim potuit Ariſt. oſtendere oua ſubuentanea viuere, quia morte pereant; nihil autem mori poteſt, niſi quod reuera viuit; cur nobis non liceat ab oppoſito demonſtrare Idola non viuere, quia nec morte pereant, nec vitam* 2.de gen.an.c. 4. de reſpir.c.5.

agant

agant immortalem; quum omnis vita neceſſario ſit uel A
mortalis, vel immortalis? Quod autem Antiquorum Idola morte non perierint, ſed alio corruptionis genere deſierint, notum eſt ſatis; nemo enim dixerit Apollinem Delphicũ, aut Dianam Epheſiam mortuam eſſe, ac uero interitu obijſſe. Vlterius diminutus fuit in propoſito Ariſt. multis nominibus; deſideramus enim ab eo, qui
2. cæl. tit. 13. *ſtatuit Cælum eſſe animatum, & viuens, diſcere quidnam ſit vita iſta cæleſtis; nuſquam enim eam nobis aperuit Ariſt. in ſua Phiſiologia: Et certe ſatis non eſt in* B
analogis communem rationem inueniſſe, ſed tranſeundũ eſt vlterius ad ſpeciales analogatorum definitiones: Ali
2. de an. t. 30. *oquin ridiculum eſt vel Ariſt. quærere communem rationem in analogis, dimittentes propriam, & ſpecialem: nimis etenim lata, & communis eſt ratio, qua ſcribitur vitam eſſe participationem alicuius animæ, tum quoniam conuenit etiam non vere viuentibus, nimirum Idolis; tum etiam quia traditur per communia, nec di-*
1. Phy. t. 5. *ſtincte explicat naturam definiti; quod tamen eſſe pro-* C
prium definitionis officium clare teſtatur Ariſtoteles.
De reſpir. c. 7. *Inſuper allata definitio vitæ in Par. Nat. propria eſt vegetabiliũ, quũ tradita ſit per animã vegetatricẽ; anima nanque vegetans, quæ dicitur potẽtia, ſiue principium augendi, & nutriendi, eſt id, per quod viuere dicuntur ſola vegetabilia, quæ ab Ariſt. communi voce ge-*
2. de an. t. 14. 15. & 16. *neris viuentia nuncupantur; ſed principium, quo primo*
1. de plant. c. 1 *ſunt, & viuunt animalia, eſt anima ſentiens, vt ſæpe*
2. de ge. an. c. 3 2. de an. t. 16. *notat Ariſt. deſideratur ergo in propoſito ab Arſt. defi-*
nitio

A *nitio vitæ brutorum animalium. Immo deſideratur ab Ariſt. definitio vitæ humanæ, quoniam vita hominis non minus diſtat a vita brutorum, quam hæc a vita vegetabilium; nam & Ariſt. principium, quo primo* 2.de ge.an.c.3 *conſtituitur in eſſe, ac viuit homo, eſt anima rationalis, non vegetalis, neque ſentiens. Poſtremo deſideratur ab Ariſt. vera definitio vitæ generatim, prout ipſa eſt commune analogum ad vitam cæleſtium, & ſublunarium animatorum: licet enim, quod in lib. de an. ſcribitur, vi-* 2.de an.t.13.

B *tã eſſe id, quo animatũ differt ab inanimato; & vitam* 2.de an.t.37. *eſſe ipſum, quod eſt uiuentibus eſſe, ſit commune quid omni vitæ; adde nec vitæ naturam excedens, uti eſt id, quod dicitur uitam eſſe animæ participationem; id tamen non eſt definitio animæ generatim; nimis enim con-* 1.phy.t.5. *fuſa eſt, ac rudis iſta uitæ notitia; quum Ariſtoteli munus pruprium definitionum ſit exacte, ac diſtincte partes definiti eſſentiales explicare: & ſane allatæ notioni de vitæ natura ſimile quid eſt illud, quod dici ſolet Na-*

C *turam eſſe ipſum eſſe rebus naturalibus; uel etiam Na-* 2.phy. cap.1 *turam eſſe id, quo naturalia differũt a nonnaturalibus; quorum neutrum eſt definitio Naturæ: Quum itaque Ariſtoteles in tali notione Naturæ non quieuerit, ſed vlterius perfectam eius definionem inquiſiuerit; nos eius exemplo moti in traditis de natura uitæ quieſcere non debemus, ſed ulterius exactam uitæ definitionem indagare neceſſarium putamus: Neque ergo Ariſt. hac in re ſatiſfeciſſe uidetur.*

A

Excuſatur Ariſtoteles, ſi de Vita non egerit accuratius. Cap. LXI.

CAETERVM *tam acris, & exquiſita cenſura dogmatum Ariſt. in propoſito fortaſſe locum habere non debet; conſtat enim ex paullo antea traditis, Ariſtotelem hanc Philoſophiæ partem, quæ de Vita eſt, ut alias non paucas, non ſuſcepiſſe conſulto* B *tractandam; ſed poſteris reliquiſſe ſedulo excolendam: Non enim poterat unius hominis ingenium, etſi ſolertiſsimum, in tam breui curriculo uitæ contemplabilia Mundi uniuerſa, quæ innumera ſunt, ac propemodũ infinita, diligenter, & exactiori ſtilo pertractare. Propterea Philoſopho de Vita obiter, ac perfunctorie diſquirenti condonanda ſunt multa, quæ alioquin ex profeſſo, & accurate rem agere profitenti* C *concedenda non erant.*

Atque hæc ea dogmata ſunt Illuſtrium Scriptorum, quæ circunferuntur de natura Vitæ.

Digitized by Google

DE VITA
Liber Secundus
FORTVNII LICETI GENVENSIS,

PHILOSOPHIÆ, AC MEDICINÆ DOCTORIS
Philoſophiam in Acad. Piſana Profitentis.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISS. DOMINO,
D. CAROLO ANTONIO PVTEO
PISARVM ARCHIEPISC. VIGILANTISS.
Corſicæ, & Sardiniæ Inſularum Primati,
& in eis Apoſt. Sed. Legato Nato.

GENVÆ,
EX TYPOGRAPHIA PAVONIANA. MDCVI.
Annuentibus Superioribus.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO, D. CAROLO ANTONIO PVTEO,

PISARVM ARCHIEPISC. VIGILANTISS. *Corſicæ, & Sardiniæ Inſularum Primati, & in eis Apoſt. Sed. Legato Nato.*

FORTVNIVS LICETVS BENE AGERE.

INTER Separatas à materia Mentes, non niſi eas, quæ plurimum alijs dignitate pręcellunt, cælorum orbibus in hoc Mundo ſenſibili Moderatrices aſſiſtere, cuncti opinantur Philoſophorum Proceres; Mortalium itaque illos tantummodo, quos ceteris conſtat multum virtute præſtare, ſcriptorum voluminibus in litterario Mundo præeſſe Re-

ctores, Sapientum iudicio valde conſentire videtur; Verum & inter homines virtute pollentes, nulli magis animorum noſtrorum monimenta dicanda eſſe putandum, quam ijs, qui animis ipſis Præſides ex officio ſunt oculatiſſimi: Iure igitur cuinam viro, velut Intelligentiæ aſſiſtenti, meum hoc Opus DE VITA ſubijcerem, diu cogitans, Te vnum, quem nefas eſt a malis laudari (Ampliſſime Præſul) eum eſſe cognoui, fama ſuper æthera notum, cui munus hoc digne conſecrare valerem; nam ſiue cum Academicis Hominem arbitrer purum eſſe animum a Deo Maximo caduci huius corporis ergaſtulo mancipatum, quem deceat contemplationis ope ſeſe a tetro materiei carcere liberare, atque ad cæleſtem patriam, vnde primum diuerterat peregrinus, denuo euolare; ſiue cum Peripateticis exiſtimem illum eſſe tertium quiddam ex animo & corpore, tanquam ex imperante ac ſubdito, conſtitutum, cuius proprium ſit tum præclaris virtutum actionibus, tum præcipue intelligendi præpotente munere, ſeſe a vulgi fece non minus, quam a brutorum animalium cœtu ſeparare, atque Diuinis cum Mentibus mirifice conſociare; Te ſemper egregiam veri Hominis Ideam ſuſpiciam, & venerabor; Tu etenim per Romanos Prætores, a Regum conſilijs, Archiepiſcopos, Cardinales, Priores Rhodianos,

Comi-

Comites, & Marchiones, longa inſignium viro-
rum ſerie nobiliſsimo genere natus, a maioribus
tuis minime degeneras, dum nihil tam alte poſuiſ-
ſe Naturam, quo virtus peruenire non queat, ex-
celſo animo recolens, vulgaria quęque deſpiciens,
quod purum eſt, pulchrum, atque Diuinum, dulci
ardore complectens, temetipſum nobis cum pro-
bum hominem, & ſapientem virum exhibes, quē
nemo quidem reprehendere, pauci vero imitari,
ſed omnes æque poſſunt admirari; cunctis enim li-
beralibus diſciplinis eruditiſsimus, in agibilium
peritia, & intellectualium rerum ſcientia vſque
adeo excellis, vt reliquis hominibus (quod in pri-
mis optaſſe fertur Macedonum Rex ille Magnus
Alexander) ſimul ſapientiæ dignitate, ac pruden-
tiæ vbertate præſtans, iam ſupra humanam con-
ditionem extollaris: Verum & eo propius ad Men
tes Diuinas accedere videris, quo præclaræ animi
tui dotes non tibi ſoli maximo ſunt ornamento;
ſed alijs quoque omnibus multiplici, ac ſummo
extant emolumento; illum namque hominem
homini Deum eſſe ſtatuunt ſapientes viri, quem
veluti Deum, ceteris hominibus ingentium bo-
norum autorem, ac largitorem eſſe cognoſcunt;
Quot autem, quantaque ſint ea beneficia, quæ
in dies tibi accepta referimus, hoc loco recenſe-
re velle, nil porro eſſet aliud, quam vaſtum Ocea-
ni

Digitized by Google

ni pelagus in exiguam vrnam aggredi concluderer. Illud tamen haud prætorire poſſum magnanimum tuæ pietatis opus, qui dudum aſpiciens pauperes quamplurimos alias corporis, alias animi morbis paſſim conflictari, atque omni peno remedio ad optatam ſalutem ſpoliari, Tu (Antiſtes optime) maximo ſumptu, ac pari pietate vtriſque conſulens, Piſis inopum infirmæ valetudini Medicos, & oportuna medicamenta publice ſtatuiſti; ac nobile illud Collegium, in quo tot iuuenes ſacro Muſarum otio aſſidue aduſque lauream perfruerentur, poſuiſti: quo quid maius, magiſque pium excogitari poteſt? Nulli ergo mirum, ſi te, a quo talia munera iugiter ſortiuntur homines, veluti Diuinam quandam Intelligentiam veneramur. Merito igitur te huic operi meo Præſidem opto, quippe qui ex tua ipſi aſſiſtentia ſpero fore vt ab inuidiæ, ac temporis morſu conſeruetur incolume, haud minus quam ex præſentia ſeparatæ Mentis corpori cæleſti, Plato illud ſeruari cenſeat incorruptibile. Incomparabili ergo tua illa comitate, ac humanitate, quam ſumma cum ſapientia coniunctam boni quique ſuſpiciunt, qualecunque hoc munus in perpetuæ meæ erga te obſeruantiæ ſignum accipe, meque tibi deuinctiſsimum ama, & foue.

Piſis III. Nonas Nouembris. MDCVI.

Digitized by Google

FORTVNII LICETI GENVENSIS

IN SECVNDVM LIBRVM. DE VITA.

PRAEFATIO.

EXaminauimus in ſuperiori libro, qua maiori diligentia per nos fieri potuit, quęcunque in propoſita ſpeculatione De Natura Vita, à probatiſsimis quibuſque ſcriptoribus, tum Medicis, tum Philoſophis, tum quoque Theologis litterarum monumentis commendata fuere: Quorum ſane dogmatibus quum omni ex parte Mens acquieſcere non potuerit; eapropter neceſſarium fore duximus illos imitari, qui & in opere difficili, in quo plurimi alÿ præſtantiores fruſtra laborarunt, alacri animo vires proprias experiri eo potiſsimum conſilio ducuntur, quod ſi à ſcopo aberrauerint metam haud attingentes, non tamen vlla ratione ſibi vitio verti debere arbitrentur illi oneri minime ſuffeciſſe, cui longe potentiores antea ſuccubuerint; immo & magnis in rebus conatum etiam laudari conſueuiſſe animaduertentes, non parum laudis ab alÿs admirantibus tantum auſos fuiſſe facinus ſeſe aſſequuturos ſperant; ac præſertim de ceteris bene ſe merituros autumant, quibus in re tam ardua ſuo labore non

nihil

nihil collaturos exiſtimant; Sin autem reddantur voti compotes, hinc ſummum gloriæ faſtigium aſcendiſſe gaudeant, & Rempublicam ſtudioſorum vniuerſam plurimum iuuiſſe lætentur: Verus etenim Philoſophiæ cultor, cui abiecti animi videri ſemper oportet mediocrem eſſe velle, ac non ad ſummorum ſapientum excellentiam contendere, illic in omni contemplatione ſibi ſcopum figere debet, quo ſapientiſsimus quiſque ſeſe cuperet perueniſſe. Quid ni ergo tenuem De Vita notionem hactenus ab aliorum placitis collectam, noſtro ingenio, quantumuis mediocri, obuerſantes, in exactam ſcientiam tranſducere tentemus? ſæpenumero ſiquidem exilis fauilla, & extincta pene lucerna, quam vehemens ventorum flatus penitus extingueret, ab infirma vetula leuiori halitu in magnum ignem, clarumque lumen incendi conſpicitur.

Age itaque videamus & nos nunquid ex rei natura ſcientiam De Vita pertractare valeamus, inquirentes cum generatim, tum etiam ſpeciatim, quantum Phyſiologo licuerit, Quid Vita ſit, Quo innitatur, & conſeruetur, Quot, & Quas habeat Conditiones, ſiue Proprietates, & Differentias, ſiue Species, Nouo facto principio.

FOR-

FORTVNII LICETI GENVENSIS DE VITA

LIBER SECVNDVS.

In quo proprio Autoris marte agitur de Vitæ Natura, ideſt, De illius Eſſentia, Proprietatibus, Operationibus, & Differentijs, ſeu ſpeciebus.

Vitæ naturam vnica definitione communi ad omnes vitæ ſpecies explicari poſſe. Cap. Primum.

QVÆNAM *ſit Eſſentia, ſiue interna Vitæ natura, ea ſolum methodo reperiri poſſe omnibus apertum cenſeo, quæ Definitio uocari conſueuit: obſcurum tamen arbitror an unica definitione ualeat uitæ natura in uniuerſum explicari, an potius pluribus definitionibus id fieri debeat: Qua quidem in re primum illud accipio, propterea non poſſe quidpiam* 2. Poſt.t. 12.
unica definitione innoteſcere, quia non ſit eius una com- 6.top.c.2. loc. 73.
munis natura, ſed multiplex, & æquiuoca; ſecus enim ſi habuerit naturam uniuocam, aut ſaltem quam uocat Ariſtoteles alicubi alteram ab alteris, uulgus autẽ 1.de gen.t.44.
analogam, id poſſe per unam definitionem ſolummodo

notificari; quoniam ut antea obſeruauimus in Theophilum, diſcrimen hoc potiſſimum intercedit inter analogum, & æquiuocum, quod æquiuocum non dicit naturam communem ullo modo, ratione cuius de ipſo formari ualeat conceptus, & definitio uniuerſalis ad omnia æquiuocata; ſed ponit neceſſario multas eſſentias A
Prędicam. c. 1. ita inuicem diſcrepantes, ut de ipſis haberi nequeat niſi
1. de an. t. 8. conceptus, & definitio multiplex, ac diuerſa; & ſane hoc illud eſt, quod aliquando ait Ariſtoteles (cauẽdum eſſe indaganti definitionem animæ ut non lateat utrum ipſius ſit vna ratio, ſeu natura communis, quemadmodum dicitur eſſe vna ratio animalis; an ſecũdum vnũquodque genus animæ ſit ratio diuerſa, non communis omnibus, veluti diuerſa eſſe dicitur ratio Equi, canis, hominis, & Dei; quibus non ineſt vna communis natura, penes quam habere poſſint vnam communem definitionem; nam ſi quis dixerit his omnibus communem eſſe naturam animalis in vniuerſum, is male ſentiet ſiquidem animal vniuerſale, hoc eſt, commune Deo, cani, homini, & Equo, nihil eſt, quaſi dicas, non reperitur in rerum natura; Deus enim animal non eſt: Neque B C
5 meta. t 31. 14. meta. c. 3. ſane officit quod alibi ſcribit Ariſtoteles inquiens Animal eſſe quid vniuerſale continens ſub ſe Hominem, equum, & Deum; nam ibi nomine Dei cælum ſignificat; vt etiam alibi, dum Deum ponit eſſe compoſitum
1 de an. t. 77. 2 cæl. t 17. & Apul. lib de Deo Socrat. ex anima & corpore; non proprie Deum, qui ſimpliciſſimus eſt Intellectus: & ſi aſſumatur animal vniuerſale illud, quod ſignificat naturam communẽ omnibus animalibus,

A *malibus, id tale animal eſt quidem aliquid in rerum natura ſubſiſtens; non eſt autem commune Deo, canis, homini, & equo; ſed eſt omnibus iſtis vna iunctis poſterius, hoc eſt, particulare magis, & ſpecialius, non vniuerſalius, ac prius; particularia enim vbique ſunt poſteriora vniuerſalibus; & id, quod allatum eſt de animali, dicendum eſt item de quouis alio communi, quod prædicari poſſe videtur de iſtis omnibus; quippe Deus non eſt ſub vllo communi, ſub quo contineatur* B *homo, canis, & equus; ſi vero ſit ſub aliquo communi, hoc erit commune æquiuocum; quum autem æquiuocũ ſit purum nomen, cui non reſpondet natura communis; quumque nomen ſit quid poſterius re ſignificata per nomẽ; ſane commune hoc erit poſterius homine, Deo, equo, & cane; nec poterit definiri. nam definitio explicat rem, & eſſentiam, non eius nomen: Hæc ex Ariſtotele: quibus aperte conſtat æquiuoca non habere vnam definitionem communem: At vero Analogum dicit naturã* C *quandam communem inæqualiter participatam à pluribus; quæ natura licet in ſingulis diuerſa ſit, non eſt tamen vſq; adeo differens, quin aliquam in omnibus illis habeat conuenientiam, ratione cuius de analogo poßit Mens noſtra formare conceptum, ac definitionem communẽ omnibus analogatis: Deinde illud aſſumo vitam, quæ vel Ariſtotele aſſertore communis quædam natura eſt animalibus cæleſtibus immortalibus, & noſtratibus hiſce caducis, non eſſe vniuocum quid, immortalibus etenim, & caducis nihil eſſe poteſt commune vniuocum:* 1. de p'. mca.

 Addo

Addo vitam non eſſe purum æquiuocum; nam id non ponit naturam vllo modo communẽ, vt ponit vita, ſed multiplicem omnino, atque diuerſam: Reliquum eſt ergo vt vita ſit commune analogum, & proinde manifeſtari valeat vnica definitione. Sed hoc ipſum & alia ratione compertum fieri poteſt; nam ſi verum illud eſt, quod veriſſimum eſſe conſtat, vitam nempe ſic ab anima proficiſci, eiuſque naturam ita comitari, vt ad animæ diuerſitatem varia quoque vita ſeſe prodeat; veritati non minus conſentaneum eſſe debet vitam etiam in hoc animam æmulari, quod ſi anima æquiuoca fuerit, & vitam pariter multiplicem penitus futurã eſse oporteat; ſi uero potius anima generatim ſumpta vnam naturam communem aliquo pacto habuerit, & uitam illi ſemper aptiſsima proportione reſpondere ſit neceſſarium; Ex quo item ſi anima in vniuerſum vnius definitionis capax extiterit, vitam quoq; vnica definitione poſſe patere; ſin autem animæ aptanda fuerit definitio multiplex, & vitæ nõ minus plures definitiones aſſignãdas iri; quocirca in propoſito neceſſe eſt confugiamus ad A B C

2. de an. paſſim.

animã: Determinationẽ hãc certe ſi ab Ariſtotele inquiramus, facile reperiemus ipsũ de animæ natura ita ſenſiſſe, vt exiſtimauerit eam non eſſe pure, ac ſimpliciter æquiuocam; neq; pure, ac ſimpliciter vniuocam, ſed analogam, & omnino talem, vt de illa in vniuerſum vnus cõceptus formari valeat, cui cõmode adaptetur vna definitio aliqua ratione cõmunis omni animæ: Quæ quum ita ſe habeant in anima, conſimiliter nos de vita dicamus

mus

A *mus oportet ; Eius naturam ſcilicet non eſſe ſimpliciter*
aut vniuocam, aut æquiuocam, ſed analogam, ac talẽ,
de qua poſſit haberi vnus conceptus uniuerſalis, ratio-
ne cuius uita generatim definiri ualeat unica definitio-
ne quoquopacto communi ad omnem uitæ ſpeciem.

Ad exactam vitæ notitiam non ſufficere nouiſſe definitionem eius communem, ſed ſigillatim definiendas eſſe vitæ ſpecies. Cap. II.

B

ETIAMSI *vero ex habitis manifeſto*
conſtet uitæ naturam unica definitione
in uniuerſum explicari poſſe; non tamẽ
propterea certum eſt adhuc an uniuer-
ſali huic notioni acquieſcere debeamus
nos intimius eſſentiam uitæ dignoſcere cupientes; hoc er-
go prius eſt explanandũ: Hac in re certe ſi rationem ex
rei natura deductam, ſi Ariſtotelem etiam cõſulamus,
C *proculdubio reperiemus uitæ contemplationem accura-*
te perſequi uolenti haud ſatis eſſe communem definitio-
nem uitæ in uniuerſum conſideratæ indagaſſe, atque no-
uiſſe; uerum ulterius ad ſpeciales uniuſcuiuſque uitæ
rationes progrediendum eſſe; ratio quidem ea eſt, quia in
hoc præcipue uniuoca diſcriminantur ab analogis; uni-
uoca etenim quum ſint naturæ quædam communes æ-
que participatæ à pluribus; quumque ideo uniuocata
non differant abinuicem in cõmuni ea natura, quã par-
ticipant; ſimiliter enim, & æque animal eſt homo, &
bos;

bos; propterea in vniuocis habentes definitionem communem eius, cuius contemplatio eſt inſtituta, quieſcere poſſumus in tali notione; illa nanque naturam definiti ſatis manifeſtam reddit: ſed analogum licet natura ſit quoquopacto communis pluribus; quia tamen illa multa non æque talem naturam participant; ſiue quoniam iſta natura communis non conſimiliter, nec omnino eadem reperitur in ſingulis; ideo factum eſt, vel A

2.de an.t 30. *ex Ariſtotelis obſeruatione, vt analogum intime, ac ſufficienter dignoſci nequeat ex communi definitione ſolum; ſed vlterius progrediendum ſit ad noſcendas ſpeciales definitiones analogatorum ei, qui de huiuſmodi natura perfectam cognitionem aſſequi ſtudet: vita igitur quum ſit natura quædam analoga, non vniuoca, quod ſupra oſtenſum eſt, licet definiri valeat in vniuerſum vnica definitione communi ad omnes vitæ ſpecies, nobis tamen in hac vniuerſali notione acquieſcendum non eſt exactam de natura vitæ notitiam cupientibus:* B

6 top.c.2.loc. 73. *Atque huc fortaſſe tendit Ariſtotelis increpatio arguens Dionyſium, qui ſat eſſe duxit ad vitæ notitiam vnicam definitionem communem haberi de vita generatim, prout ipſa communis eſt ad animalia, & plantas; quum tamen opus ſit vtrorunque vitam propria definitione ſeorſum manifeſtam reddere. Præterea ſi methodum definiendi analoga ex Ariſtotele requiramus, vbique illum reperiemus ante omnia quidem aſſignare vniuerſalem definitionem communis analogi, in ea uero poſtea non quieſcere; ſed ſtatim ſpeciales uniuſcuiuſque* C

A *cuiuſque analogati definitiones inueſtigare; quemadmodum uidere eſt tum circa Naturam, quæ commune analogum eſt ad materiam, & formam primo enim loco promulgata definitione Naturæ in uniuerſum, tranſit deinde Ariſtoteles ad uenandas rationes proprias materiei, & formæ ſigillatim: tum etiam circa Motum, qui analogum commune eſt itidem ad lationem, alterationem, augumentum, & decrementum; adde quoque generationem, & corruptionem; quia propoſita uniuer-* 2. Phy. t. 1. 11. & 21. 2. phy. t. 3. 2. phy. t. 28. 3. Phy. t. 4. & 5. Poſtprædic.

B *ſali definitione Motus in communi, mox aſſignare aggreditur ſpeciatim definitiones ſingularum ſpecierum Motus: tum denique potiſſimum circa Animam: ſiquidẽ allata definitione animæ in uniuerſum, quæ eſt actus primus corporis phyſici organici, ſiue potentia uitã habentis, in ea ſiſtere noluit Ariſtoteles, ob rationem, quam affert inferius: ſed ultra progreditur ad inueſtigandas definitiones proprias cuiuſque animæ, definiens & uegetalem eſſe principium, quo primo ſunt, & uiuunt om-* 3. phy. t. 6. 2. de an. t. 4. & 6. 2. de an. t. 30. 2. de an. t. 16.

C *nia uegetabilia: ſiue principium conſeruatiuum indiuidui alimento: ſeu etiam principium, quo animatum generat aliud indiuiduum ſibi ſimile in ſpecie: Et ſenſualem eſſe principium, propter quod primo ſunt, & uiuũt animalia bruta: Et Intellectualem, ſiue rationalem eſſe genus animæ à ceteris diuerſum, quod ſolum poteſt ſeparari ab alijs, tanquam perpetuum à corruptibili: Et demum Humanam, quæ una natura eſt ex tribus prædictis eſſentialiter compoſita, eſſe principium, quo primo uiuimus nos homines, & ſentimus, & moue-* 2. de an. t. 48. 2. de an. t. 49. 2. de an. t. 16. 2. de an. t. 21. 2. de an. t. 24.

mur

*mur loco, & intelligimus: Ita ergo a nobis de vita di- A
cendum eſt, nequaquam ſufficere illius naturam in vniuerſum communi definitione explicare: ſed ab vniuerſali hac notione ad aſſignandas vniuſcuiuſque vitæ ſpeciales definitiones procedendum eſſe.*

In definienda vita non ſolius animæ, ſed etiam corporis meminiſſe oportere. Cap. III.

CONSTARE *quidem liquido cuique* B
*poteſt ex ſuperiori diſquiſitione quomodo vitæ natura definitionibus explicanda ſit; non tamen adhuc apertum eſt quales eſſe debeant iſtæ definitiones, an ſcilicet in definienda vita mentio ſit habenda corporis, nec ne, ſed ſolius animæ ſufficiat meminiſſe: Verum et in propoſito ſi ad animæ definitionem confugiamus: ſi ad rationem ipſam, & rei naturam, apertiſſime comperie-
mus vitam non per animam, ſecluſa corporis conſide-* C
*ratione, ſed per corpus etiã, & per tale corpus definiendã
2.de an.t.6. eſſe; ſiquidem Ariſtoteles animam definiens claram corporis mentionem, eamque ſpecialem habuit inquiens Animam eſſe actum primum corporis phyſici potentia vitam habentis, ſiue inſtrumentalis: immo Ariſtoteles
1.de an. t.51. 2.de an.t.26. plurimum eos increpat, qui de anima tractantes eam vel non aptabant corpori, vel corpori aptantes nihil vltra definiebant quod, qualeue illud corpus exiſteret: Conſimiliter ergo & in definienda uita corporis meminiſſe*

niſſe

A *niſſe oportet ſpeciatim, non ſolius animæ. Ratio quidem hoc ipſum ſuadet eo quia ex Ariſtotele habemus Naturalem Philoſophum, ad quem pertinet contemplatio de vita, non poſſe in ſuis definitionibus non aſſumere materiam; neque enim animas aut ſeparabiles à materia, aut ab ea ſeparatas definire poteſt Phyſiologus, niſi prout habent aliquam habitudinem ad corpus, in quo conſtituta eſt ratio materiæ; propterea igitur rationi conſentaneum eſt non remouere corpus à* 2.phy.t.21.& 1.de an. t.15. 16.17. 2.phy.t.26.& 1.de an. t.15. & 16.

B *definitione vitæ. Amplius & alia eſt ratio magis propria, quæ idem dictare videtur; ſiquidem vita per ſe primo, & proprie non competit niſi viuentibus; hæc autem omnia corpoream obtinent naturam; immo vita viuenti conuenit, quatenus illud in ſe eſt quid ex anima, & corpore conſtitutum, vti nos clare docuit Philoſophus inquiens Corpus omne naturale particeps vitæ ſubſtantiam eſſe, & ita ſubſtantiam, vt compoſitum ex anima, & corpore: Aſſumendum eſt ergo cor-* 2.de an.t.3.

C *pus in definitione vitæ. Quin etiam quum ex adiunctione animæ vnius corporibus diuerſis neceſſario varietur eſſentialiter vitæ ratio; ſi nanque rationalis anima poſt mortem hominis ſeparata ab eo corpore, cui prius aſſociata vitam humanam efficiebat, nunc adiungatur cadaueri, vel corpori cuiuis alteri, vt in apparitionibus mortuorum contingere ſolet, non amplius vitam humanam, immo nec vitam, niſi æquiuoce dictam parere poterit; ita ſi cæleſtis Intelligentia nunc aſſiſtens Orbi Lunæ inde ad nos deſcenderet aſſum-*

Digitized by Google

pto ſibi corpore aereo, vel quolibet alio (vti aliæ Intelligentiæ, immo & mali Dæmones non raro fecerunt) ſane haud conſtitueret in eſſe vitam cæleſtem, quemadmodum nunc efficit cælo aſsiſtens; ſed neque vitam produceret, niſi æquiuoce; argumentum certiſſimum vitam intrinſecus, & eſſentialiter non ab anima ſola, verum etiam à corpore; quinimmo à tali corpore dependere; quo factum eſt vt in definienda vita mentio ſit habenda corporis, & corporis talis. Sed & hoc ipſum manifeſtum ſatis eſt ex rei natura; vita enim quum morti cedere valeat ex ſola diſſolutione corporis organici, anima ipſa ſuperſtite, vt in obitu hominis; liquido iam conſtare poteſt vitam quoquopacto & à corpore dependere, & iccirco non ſine corpore definiendam eſſe. Ita ergo in definitione vitæ haud ſolius animæ, ſed etiam corporis meminiſſe oportet; neque corporis abſolute, ſed talis.

A B [2.de an.t.21. 12.meta.t.17.]

Definitionem Vitæ in vniuerſum ea methodo nobis eſſe venandam, qua prius Ariſtoteles definitionem Naturæ inueſtigauit. Cap. IV.

C

ILLVD *autem nunc nobis inquirendum reſtat in hoc apparatu ad contemplationem de natura vitæ, nouiſſe methodum, & rationem, qua definitionem huiuſmodi recte inueſtigare poſſimus: Qua quidem in re ſi Ariſtotelem, & rei naturam*

turam

A turam nobis in Ducem propoſuerimus , proculdubio
nihil à ſcopo aberrare poterimus ; Diutius itaque rei
naturam contemplatus in hanc denique ſententiam de-
uenio , Definitionem intime , ac exacte vitæ naturam,
& eſſentiam explicantem non aliunde commodius ex-
piſcari poſſe, quam ex diſcrimine, quod reperitur ineſſe
inter viuens, & nonuiuens ſecundum quod huiuſmo-
di ; quippe munus hoc eſt definitionum exquiſitarum
peculiare , vt notificent eſſentiam definitorum, illam
B diſtinguendo intrinſecus, & per ſe primo à quacunque
re alia : Hac etenim ratione ductus etiam Ariſtote-
les eſſentiam, quidditatemque Naturæ manifeſte ſa- 2. phy. cap. 1.
tis hauriebat per definitionem ex eo, quod intereſt in-
ter naturale, & nonnaturale, quatenus tale eſt. Cete-
rum illud, in quo viuētia diſcrepant intrinſecus, & per
ſe primo à nonuiuentibus, exacte cognoſcere non poſſu-
mus, niſi prius quot, quæque ſint viuentium, & nonui-
uentium genera ſigillatim intellexerimus ; Ita ſiquidem 2. phy. t. 1.
C & Ariſtoteles indagaturus illud, in quo per ſe pri-
mo, & eſſentialiter naturalia differunt à nonnatura-
libus , ipſorum vtrorunque ſpecies prænoſcit : Eius
exemplo itaque permoti & nos in præſentia inquiren-
tes quidnam illud ſit, in quo viuentia differunt eſſen-
tialiter, ac per ſe primo à nonuiuentibus, vtrorun-
que genera, ſeu ſpecies prænouiſſe ope-
ræ pretium fore pu-
tamus.

A

Connumerantur viuentium,& nonuiuentium genera; & ſpeciatim oſtenditur lapides, metalla, & foſſilia cetera non viuere; Mundum vero totum,& cæli ſphæras eſſe animata corpora, & e numero viuentium. Cap. V.

CORPORVM, *quæcunque in hac rerum vniuerſitate reperiuntur, alia quidem eſſe viuentia, cetera vero nonuiuentia,* B *manifeſtum eſt vnicuique; ſed & corpora nonuiuentia eſſe quatuor iſta vulgata elementa ſubcæleſtia, quæ vocari conſueuerunt nomine Ignis, Aeris, Aquæ, ac Terræ; inſuper & miſta ex his omnia inanimata, omnibus compertum eſt plane: Conſimiliter etiam viuentia corpora ea eſſe, quæ animam phyſice ſibi adiunctam habere dicuntur, cunctis eſt apertiſſimum: Verum enimuero inter corpora viuentia, & animata, quemadmodum vnanimi & in* C *Peripato, & in Academia omnium Philoſophorũ conſenſu connumerantur plantæ, animalia bruta, & homines; immo & ſingulæ iſtorum partes (quicquid Stoici, & Epicurei, vel in hoc vno ſemel concordes, exiſtimauerint, plantis videlicet vitam, & animam non ineſſe;* 1. de plan. c. 1 1. de ſtirp. nat. c. 3. & 4. *quorum opinionem iampridem Ariſtoteles, & poſt Ariſtotelem Doctiſſimus Coſtæus radicitus extirpauit) ita non ſatis cõſtat apud omnes vtrũ, præter has tres viuentium ſpecies, aliquod aliud naturaliũ corporũ viuẽs, &*

anima-

A *animatum dici debeat: qua in re multi quidem aſſerũt etiam lapides, metalla, & foſſilia reliqua; alij uero & Mundum, cæliq; ſphæras proprie uiuere, & corpora eſſe animata: Nos autem ſicuti hoc nunquam in animũ inducere potuimus, ut opinaremur lapides, metalla, & foſſilia cetera uitam habere; ita uiciſſim ijs dare manus neceſſarium eſſe duximus, qui arbitrati ſunt Mundum, & ſphæras cæli uere connumerari inter corpora uiuentia, & animata; Rationes autem, quæ a prioribus abſcedere nos coegerunt, multæ ſunt; prima quidẽ,* B *nam ſi lapides, aut metalla, aut foſſilia reliqua eſſent corpora uiuentia, & animata, proculdubio fruerentur inferioris notæ anima, & uita, quam ea ſit, quæ plantis ineſt; in plantis enim conſpicuæ magis, & perfectiores obſeruantur uitæ operationes, quam in lapidibus, metallis, & foſſibilibus uniuerſis; actiones autem ubique dignitatem, & perfectionem animæ, ac uitæ, a qua prodeunt, neceſſario præſeferre ſolent: Quare ſi plantæ hoc pa-* C *tiuntur, ut earum anima ob ſui magnam imperfectionem, eſt enim rationali, & ſentiente materiei magis immerſa, ut infra oſtendetur; a materia uero animis, & formis omnis ineſt imperfectio; ſi plantarum inquam anima non ob aliud, quam ob ſuam imperfectionem, ad ſubiecti corporis partitionem diuiditur, & proprias operationes ita materiales habet, ut ad corporis dimenſiones coextendantur conuenientes unicuique particulæ ea ratione, quia quælibet plantæ portio nutritur, augetur, & ab alijs etiam diuiſa nouam ſtirpem generat in*

eadem

Digitized by Google

eadem ſpecie; quod abunde oſtenditur inferius; multo A
magis profecto pars vnaquæque lapidis, metalli, &
foſſilis cuiuſque, vt quibus ineſſe non poteſt anima niſi
valde imperfectior ea, quæ plantis ineſt, vel ob id etiam
tum quia ſtirpium materia elaboratior eſt, atque per-
pectior, quam lapidum, metallorum, & foſſilium mate
ria; formæ nanque materiam vbique ſuæ dignitati
proportionatam neceſſario poſtulant, ita vt ſcite dixerit
2. Phy. t. 26. *alicubi Ariſtoteles aliam formam ad aliam materiam*
habere habitudinem: tum etiam plantæ maiorem calo- B
rem adeptæ ſunt, quam lapides metalla, & foſſilia ce-
4. mete ſu 4. c. 1. 2. *tera, quæ apud Ariſtotelem a prædominio in vniuer-*
ſum frigida, & ſicca, vel humida eſſe demonſtrantur,
2. Phy. t. 8. *eo quia frigore concreta fuerint quæ omnia calore liquā*
de iu & ſen. c. 9 *tur; At vero eidemmet Ariſtoteli quæ inter animata*
honoratiora ſunt, plus caloris ſortita ſunt; nam ſimul
& animam ſortita eſſe honoratiorem neceſſe eſt: portio
inquam metalli, foſſilis, aut lapidis cuiuſque a fodinis
excerpta, & in terræ ſinum denuo proiecta, more parti- C
um ſtirpis, immo potiori ratione germinare deberet, nu-
triri, & augeri; quod tamen experimento non reſpon-
det; Non ſunt ergo lapides, metalla, & foſſilia reliqua
vllo modo e numero viuentium, & animatorum cor-
porum. Altera vero ratio eſt, quoniam animatorum
ſpecies quæuis determinatam ſibi habet a natura for-
mam exteriorem, quam figuram appellant, ſemper
eiuſdem generis; vt inductione per omnes viuentium
ſpecies cuique apertum eſſe poteſt; homo enim vbique

naſci

A naſci conſueuit rectæ ſtaturæ, bruta pronam ſemper obtinent figuram, arbores item vnam conſimilem perpetuo quæque formam retinent; at uero in fodinis lapides, metalla, & foſſilia etiam eiuſdem ſpeciei nullam ſeruãt peculiarem, certam, & determinatam figuram; ſed uel prout locus, in quo generãtur, figuratur; vel prout materia ex qua fiũt, vario modo intra terræ uiſcera diſperſa eſt, & conglobata, ſingulæ metallorum, lapidum, & foſſilium ſpecies haud ſemper ſimilem figuram ſortiun-
B tur; ſed variam, & diuerſam penitus varijs in locis induuntur: Non ſunt itaque lapides, metalla, & foſſilia in genere viuentium, & animatorum corporum.

Ad quod itidem oſtendendum ſi tertium addere placeat argumentum, dicemus quod ſi vllum genus metallorum animatum, ac viuens eſſe poteſt, id profecto erit in metallorum genere perfectiſſimum, æs, argentum, & aurum; quum autem, vel Ariſtotelis teſtimonio, æs, & agentum; adde tu aurum, quod eſt eiusdem generis 4 mete. c. vlt. 2. phy. t. 8.
C concretorum a frigore; quum inquam æs, argentum, & aurum ſint corpora penitus inanimata, & nõuiuentia; 4. mete. ſ. 4. c. 1. 2.
plane conſtare poteſt omne metallorum genus vita, & anima carere. Addere quoque liceat Ariſtotelem aliquando ab animatorum genere ablegantem lapides in vniuerſum, dum inquit Dubium non eſſe vim alendi 1. mag. mor. c. 5.
eſſe animatorum, quum certo conſtet lapides non ali; hoc autem eſt certo ſupponere lapides eſſe inanimatos. vide lib. 3.

At aſſeuerare Mundum totum, cæleſtemque ſphærã cap. 7.
quamlibet eſſe corpus viuens, & animatum, non recla

mante

mãte Sacroſanctæ fidei veritate, Aſtrologis, Academicis, Peripateticis, & rationi eſt maximopere conſentaneum: A D. etenim Auguſtino in Enchiridio ſuaſus D. Thomas in tertio contra Gentes apertiſsime ſcriptũ reliquit nihil omnino intereſſe ad fidem ſiue Mundum, cæleſteſquæ ſphæras animata, & viuentia corpora eſſe credamus, ſiue inanimata, & nonuiuentia; & ſiue in Angelorum numero animas motrices ponamus, ſiue aliud aſſeramus, quod nobis probabilius eſſe videatur: Quinimmo inter veteris Eccleſiæ Patres doctrina plenſsimus Origenes in opere ſuo de Principijs pluribus argumentis e ſacra ſcriptura depromptis ſuadere voluit Chriſtifidelibus haud aliter ſentiendum eſſe, quã cælum eſſe animatum, ac viuere: Sic D. Chryſoſtomus ait nos in Mundo uiuere, tanquam puellos in utero, clare innuens Mundum eſſe magnum quoddam animal. A B

lib de cap. 1.

Aſtrologos autem putare cæleſtes orbes anima præditos, ac uiuentes, notat Ficinus apud Plotinũ ſcribens, Eſſe quidem animata cæleſtia autores nobis aſtronomiæ concedunt; præſertim Ptolomæus, et Abumaſar, atque Zaeles: Quod & Hali confirmat deridens illos ex ſententia Ptolomei, qui diffidunt cæleſtia uiuere, propterea quod nõ more animaliũ noſtrorũ uagabunda perrerrent; ait enim una cum Ptolomæo animalia cæleſtia optimum tenorem motus ſemel electum perpetuo conſeruare: ſimiliter Aratus, atque Malius arbitrantur. Ex Academicis autem eius, quod eſt Mundum, & cælum eſſe corpus animatum, & viuens, tam clara, tã C

in argum l. 3. enn. 2. cap 2.

cre-

Digitized by Google

A *crebra teſtimonia leguntur, vt cuique facile ſit illa apud Plotinum, Iamblicum, Proclum, & alios paßim videre; quæ ſi omnia recenſere vellemus, nimis equidem prolixam orationem haberemus, rem nõ iccirco multo magis comprobantes; quare duo infraſcripta ſufficiant; alterum quidem Platonis aſſerentis. Dicendum eſt hunc* in Tim.
Mundum animal eſſe, idque intelligens, reuera Diuina prouidentia conſtitutum: Mundi enim huius generatio ex neceſſitatis, Mentiſque coitu miſta eſt: Alterum ve- in Tim. Plat.
B *ro Ficini admonentis quod volens Deus opus perfectũ* cap. 26.
facere, viuum, & intellectualem effecit Mundum; atque vt ex ipſo ſpiritu, & materia mundi commodius animal vnũ connecteretur, materiam diſtinxit in quatuor Elementa, quaſi animalis huius humores. His aſ- Lib. 2. cap. 5.
ſentitur etiam Plinius, qui apertiſſime ſcriptum reliquit Mundum, & hoc, quod nomine alio Cælum appellare libuit, cuius circunflexu teguntur cuncta, numen eſſe, hoc eſt, animal Diuinum. Plinio non parum fauet Ari-
C *ſtoteles, qui agens alicubi de animaliũ differentijs aper-* 1. de plant. c. 1
te fateri non dubitauit Mundum, cæleſtemque ſphærã quamlibet eſſe animal nobile, quod circulo vertit cælũ, Solem, ſtellas, & Planetas; quodque eſt principium in vita animalis, hoc eſt, primum, ſiue præcipuũ omniũ animalium; atque vnde animalia cetera ſuæ vitæ prin- de mund. c 6.
cipium acquirunt; quod alibi ſæpe notat Ariſtoteles; 1. cæl. tex. 100.
qui prius ſubdit, Cælum, quod eſt animal perfectum, 2. de gen. t. 57.
cõmunicare debet in aliquo cum animalibus hiſce ſublunaribus imperfectioribus; id autem non eſt ſenſus, nam 1. de plan. c. 1.

cælum quia functionem habet digniorem multò, nobilioremque noſtra, procul ab hiſce diſſitum eſt; ſed cõmune id, quod neceſſe eſt vt habeat animal cæleſte perfectũ cum hiſce noſtratibus diminutis, eſt ipſa vita. Præterea
2.cæl.t. 13. *idem Ariſtoteles alibi aſſerit cælum eſſe animatum, & habere principium motus, ac differentias poſitionis, dextrum, & ſiniſtrum: quæ conueniunt animali quatenus*
2.cæl.t 17. *animal eſt. Deinde ſcriptum reliquit omne Diuinum habere vitam perpetuam, ſeu actionem vitæ immortalem; ac proinde cælum, quum ſit corpus diuinum, moueri æterno circulo; qui motus eſt actio vitæ: Hoc idem* B
1.de an.t.32. *alibi conſentit Alcmæoni Ariſtoteles, & ante Ariſtote-*
in Aſclep. *lem Mercurius innuit vocans cælum Deum ſenſibile,*
2.cæl. t.61. *ideſt animal Diuinum. Amplius ipſe idem Philoſophus alibi ait Oportere cæleſtia corpora viuentia eſſe exiſtimare, atque actionem habere vitalem: & paucis inter-*
2.cæl.t. 63. *poſitis: Quapropter oportet putare & aſtrorum actionem eſſe talem, qualis animalium eſt, & plantarum putatu, multiplicem, ad inanimatorum differẽtiam, quippe quæ determinantur ad vnum; etenim hic hominis* C
actiones plurimæ ſunt; multa enim bona poteſt adipiſci, ita vt multa agat, & aliorum gratia. Hoc in loco adnotaſſe obiter liceat Ariſtotelem aſſerentem actiones hominis in hac vita plurimas eſſe, hominemque in hoc ſæculo multa bona poſſe adipiſci, & multa agere; clare ſupponere hominis alium eſſe ſtatum, in quo ipſe vna tantum actione fruatur; nempe poſt hanc vitam mortalem apud ſuperos; quibuſcum viuit animus no-

ſter

A *ſter à corpore ſolutus in contemplatione ſemper beatus: Qua de re fuſius infra ex Ariſtotele commodiori loco.* 12.met.t.51. *Deinceps Ariſtoteles ait hoc facere differentiam ani-* 2.de an.t.13. *malium, quod alia obtinent omnia animarum genera, alia quædam, alia vnum ſolum: at vero quemadmodum certum eſt in animalium genere quæ omnia obtinent animarum genera, eſſe homines, quibus anima ineſt tum vegetatrix, tum ſenſitrix, tū demum intellectrix; quæ autem animalia quædam nacta ſunt animarum* B *genera, eſſe bruta, quibus data eſt anima vegeta, & ſentiens abſque intellectrice; ita plane impoſſibile eſt aliquod reperiri animal, cui vnum tātum inſit animæ genus, ſiue vna ſolū animæ ſpecies, niſi cælum, & Mundus, quorum anima dicitur eſſe purus Intellectus abſq; vegetali, & ſenſuali anima; quum bruta omnia (vt notabamus) vegetalem, & ſentientem animam obtineant; homo vero, præter has, & rationalem. Vlterius* 8 phy. t. 27. & 29. *apud eundem Ariſtotelem habemus tum quod moueri à* C *ſeipſis vitale eſt, & animalium, ſeu animatorum proprium; tum etiam animatum ab inanimato differre po-* 1. de an. t. 19. *tiſſimum ipſo motu; quum itaque ſphæræ cæleſtes perenni latione ſe ſe moueant in gyrum, atque omnino moueantur à ſeipſis (nomine ſphæræ interim ſignificando quid conſtitutum ex orbe, ac Intelligentia motrice) quis non aſſeueret ad aures Ariſtotelis cæleſtes ſphæras eſſe corpora viuentia, & animata? Poſterius alibi aſſerit non* 3. de an. t. 60. *eſſe neceſſarium ſenſum ineſſe omnibus viuentibus: neq; enim (ait) ea, quorum corpus ſimplex eſt, contingit habe-*

retactum: ceterum in viuentium genere nihil eſt, quod A
ſit corpus ſimplex, & careat ſenſu, niſi cælum; ut nuper
obſeruauimus apud eundem Ariſtotelẽ; viuentia nanq;
ſubcæleſtia vniuerſa miſta ſunt corpora ex quatuor ele
mentis; & noſtratia animalia ſingula ſenſu aliquo pol-
lent ex neceſsitate; quum per animã ſenſitiuam per ſe pri
2.de gen an c 3 & *mo conſtituantur in eſſe, vel Ariſtotelis obſeruatione:*
2.de an.t. 6. *Præterea ipſemet confitetur: Determinari animatũ ab*
2.de an.t.13 *inanimato ipſo viuere: Multipliciter aũt ipſo viuere di-*
cto, etſi vnũ aliquod horum inſit ſolũ, uiuere ipſum dici- B
mus, vt intellectus, & ſenſus, & motus, & ſtatus ſecũ
dum locum; adhuc aũt motus ſecundũ alimentũ, & au
gumentum, & decrementũ. Vnde & uegetabilia omnia
2.de an.t.14. *videntur viuere, quia in ſe habent potentiã, & princi-*
pium hoc vltimũ ſolum, quo augeri, diminui, & nutriri
poſſunt vndiquaq; Vt hinc à potiori liceat nobis argu-
mẽtari ea etiã uiuere, quibus ineſt potentia, & principiũ
intelligẽdi, & mouẽdi ſecundũ locũ, cuiuſmodi ſunt cæle
ſtia corpora. Sed poſterius addit, Adhuc aũt quibuſdam C
animaliũ omnia inſunt hæc, quibuſdã vero quædã ho-
rũ, alijs aũt unũ ſolũ; hoc aũt facit differentiã animaliũ:
ſimiliter aũt & circa ſenſus accidit; alia enim habẽt om-
nes; alia vero quoſdã; quædã vero unũ maxime neceſſa-
riũ, tactũ: His ita ſe habẽtibus, quũ cælũ, & Mundus
habeat intellectũ, ſiue principiũ intelligẽdi; ãplius aũt et
motũ, & ſtatũ ſecundũ locũ, ſiue facultatẽ, & principiũ
ſeſe mouẽdi, & ſtãdi ſecundũ locũ; quis itẽ non dicat in
Peripato Mundũ, & cælos eſſe animata corpora, & ui-
uere?

A *uere? Deniq; ait ea, ex quibus Mundus conſtitutus eſt,* 6. eth. c.7.
eſſe natura homine longe diuiniora, nobilioraque; id au-
tem uerum non eſſet, niſi Mundus eſſet animal nobilio-
ri anima præditum, quam ſit humana; quippe conſti-
tuere munus eſt potiſsimum animæ, ac formæ. Inſuper 8. meta. t. cō. 12.
addamus tum Auerroem aſſerentem cæleſtia corpora
eße perſe animata, & uiua; tum Alexandrum de
mente Ariſtotelis adſcribentem Mundo, & cæleſtibus 1. cæl. t. com. 100.
ſphæris uitã nobiliſsimam, atque ſufficientiſſimã; tum
B *Auicennam affirmantem corpora cæleſtia recipere*
uirtutem uiuificantem a ſubſtantia ſeparata regenti; de an. par. 5. c.7.
tum Simplicium ſcribentem Mundum eße unum ani- 4 phy. digr. de loco.
mal, per quod omnia uiuunt; tum Themiſtium aperte
concedentem cælo animam, & uitam; tum denique de an. paſſim.
Philoponum, qui multoties, Aduerſario non recla- In diſp. contr. Procl.
mante, Mundum aſſerit eſſe animatum, & uiuere.
Amplius certiſsimæ rationes in mentem ueniunt,
quæ idipſum neceſſario concludant; uerißimum nan-
C *que eſt, & in Peripatetica officina cuſum, omne ui-*
uens, omneque animatum nobiliorem, perfectioremque
naturam ſortiri quocunque inanimato, ac non uiuente;
ſiquidem notat Ariſtoteles Animam eſſe meliorem cor- 2. de gen. an. cap. 1.
pore, animatumque inanimato præſtare propter animã;
& uiuere quam non uiuere melius eſſe omnino: Quum
itaque nemo iure aſſeuerare poſsit Cælum, ac Mun-
dum ignobiliorem, & imperfectiorem eßentiam obtine-
re, quam ſtirpes, & animalia bruta; ratio ipſa plane
conuincit plantis, ac brutis animantibus in uiuentium

genere

genere poſitis, Mundum quoque, ac ſphæras cæli connu- A
merandas eſſe inter uiuentia corpora. Immo etiam
peruetuſtum eſt in ore omnium dogma, Hominem eſſe
Mundi totius compendioſum exemplar ad vniuerſi or-
bis imaginem factum a Natura, qui propterea Micro-
coſmus, quaſi paruus mundus appellatus eſt; quare ſi
homo animatum corpus eſt, ac vere viuens, multo ſane
potiori vita, & anima pollere debet vniuerſum, ad cu-
ius ſimilitudinem factus eſt homo; ſiquidem vbique
imago, & exemplar dignitate, ac perfectione cedit ei, B
cuius eſt ſimilitudo; quod inductione per ſingula fieri po
teſt manifeſtum. Deinde uero cælo inſunt potentia
effectiue motrix ſecundum locum, et facultas cognitrix
intellectualis, de Peripateticorum omnium ſententia;
1.de an.t.18. ſed iſte apud Ariſtotelem ſunt duæ facultates, quibus
3.de an.t.40. definita eſt anima uerorum animalium, potentia effe-
ctiue motrix ſecundum locum, & facultas cognitrix,
quæcunque illa ſit, ſiue ſenſitrix, ſiue intellectrix, ne re-
petam ex traditis id, cui a natura uel vna ſolum ineſt C
2.de an.t.13. harum facultatum, decreto Ariſtotelis dicendum eſſe
animatum, & uiuere; cælum itaque reuera eſt animal,
ſiue animatum, atque omnino uiuens. Deinceps illud
quoque notiſſimum eſt, ac ex Ariſtotelis oeconomia de-
1.meteor.c.1. 1.cæl.t.100. promptum, ſubæcleſtia uniuerſa tum uiuentia, tum ui-
tam non habentia (ſolum excipias Mentem, ac uolun-
tatem hominis quoad proprias illarum operationes) de-
pendere, gubernari, & regi a cæleſtibus ſphæris, ita ut
ijs non exiſtentibus, aut ab opere ſuo quoquopacto ceſ-
ſantibus

A *ſantibus, noſtratia hæc uniuerſa, ſiue Elementa, ſiue ex Elementis orta, recte a Græcis Apoteleſmata, ceu mundi euentus, & effectus cognominata, neceſſario ſint corrumpenda; ſed animata, & uiuentia, quorum multa inſigni ui cognitrice fruuntur, pendere, gubernari & regi a natura penitus inanimata, omniſque tum uitæ, tum cognitionis experte, non eſt profecto rationi conſentaneum, nec ſummam decet Parentis rerum Naturæ prouidentiam; Mundus ergo, cæleſteſque ſphæræ ui-*
B *uunt, eaque facultate cognoſcendi pollent, quæ omnium uiuentium ſublunarium uirtutem cognitricem longe ſuperet, cuiuſmodi eſſe dicitur Mens Diuina, ſiue Intelligentia ſeparata. Amplius quum corpus ex ſe abſque anima nequeat animas ullas, ullaque animata producere, productaue conſeruare; quoniam anima ubique perfectior eſt corpore, nihilue ultra ſui uires agere poteſt quidquam ſeipſo perfectius efficiendo; cælum profecto, a quo cuncta ſubcæleſtia, & animata, & anima ca-*
C *rentia fiunt, & facta conſeruantur in eſſe, tanquam a* 2. de gent. 55. 56. 57 & 58
cauſſa omnium prima, & communi; cælum inquam 8. phyſ paſſim
dici non poteſt corpus inanime, ſed animatum, & uiuens. Denique ſi cælum non eſſet proprie animal, ac uiuens, proculdubio idipſum non moueretur motu proprio animalium; contra tamen uel ipſe Ariſtoteles in libro de Motu animalium ſpecialiter inſumit uniuerſum caput ſecundum in tractatione de motu cæli; cælũ ergo eſt proprie uiuens, & uere animal. Huc ea etiã pertinere uidentur, quæ fuſius hac de re alibi tum a

Cice

2.de nat.Deo. *Cicerone afferuntur; tum a Theophilo Zimara; tum* A
2.de.an.t.c.31.
3.de orb.dub. *quoque ab Achillino; quibuſcum in eo tantum conueni-*
1. *mus, quod exiſtimamus Mundum, ac cælos eſſe corpo-*
ra viuentia, & animata; diſcrepamus autem primũ
a Cicerone, qui non ſolum putat cælum eſſe Deum (niſi
2. cæl. t.17. *per id intelligat corpus Diuinum, vt ait Ariſtoteles*
2.phy.12.met. *alicubi) nam alias ex Ariſtotele Deus eſt omnino incor*
& al.bi paſſ. *poreus, & immobilis; quum cælum corpus ſit, ac iugi-*
ter moueatur; ſed etiam cælo, & ſideribus ſenſum con-
1.de an.t.46. *cedit, aduerſante Ariſtotele multis rationibus non vno* B
&c.
in loco: Deinde uero a Theophilo, qui affirmare non au-
1.de plan.c.1.
2.de an.t.61. *det cuius naturæ ſit anima cæli, puruſne Intellectus, an*
62. *rationalis anima; nanque arbitramur animam cæli eſ-*
ſe Intelligentiam, tanto nobiliorẽ anima rationali, quã-
to cælum dignius eſt homine; ac omnino eſſe mentem ſe-
paratam, ſiue Intellectum purum, ob rationes, de qui-
bus infra ſuo loco: Deinceps autem ab Achillino, qui cen
ſuit animam iſtam cæli, quam vocamus Intelligentiã,
[illegible] *eſſe formam informantem, non aſſiſtentem; cuius oppo-* C
ſitum inferius demonſtrabitur. Eſt itaque Mundus,
& ſphæra cæli quælibet vero animal, & viuens. Cor-
porum ergo, quæ Mundana fabrica continentur,
alia viuentia ſunt, alia vero nonuiuentia; viuen-
tia quidem ſunt plantæ, animalia bruta, homo,
ſphæræ cæleſtes, Mundus ipſa totus, & horum par-
vide lib. 3.
c.43. *tes; Nonuiuentia vero ſunt ſimplicia corpora hæc*
ſubcæleſtia, quæ vulgo elementa vocantur, vt ignis,
aer, aqua, terra, & ex his miſta omnia inanimata,
lapi-

A *lapides nimirum, metalla, foſſilia cetera, & alia id generis.*

Quid illud ſit, in quo viuentia per ſe primo diffe-runt à nonuiuentibus. Cap. VI.

PORRO *viuentia cũcta, quæ talia ſunt, in hoc vno conueniunt, quod animam naturaliter participant, vel informantem, ſeu immerſam corpori, in eoque*
B *clauſam, vt ſublunaria; vel aſſiſtentem, ſiue à corpore ſeparatam, vt cæleſtia corpora, & Mundus, ſumpto interim animæ vocabulo in ampliſſima ſui ſignificatione, quæ denotare poteſt omne genus animæ, tam ſcilicet informantis, quam aſſiſtentis; quo ſenſu nomen animæ haud ſemel vſurpat Ariſtoteles: Nonuiuentia vero vniuerſa deſtituta ſunt phyſice animæ conſortio: Et ſane nihil proprie ſtatui poteſt, quo ui-*

1. de an. t. 50. 2. de an. t. 7. & 11. 12. meta. t. 31.

C *uentia, in eo quod viuentia ſunt, à nonuiuentibus differant, niſi participatio animæ ſecundum naturã; quoniam anima quibuſcũq; phyſice ineſt; iis ineſt vt actus, actus inquam talis, qui ſubſtantia eſt, non actio, non accidens omnino; atque ab eo actu ſolum, qui ſubſtantia eſſe dicitur, eſſentiales rerum differentiæ vbiq; ſunt deſumendæ; quod Porphyrij præcepto cautum eſt, & Ariſtotelis etiam ſtatuentis actum eſſe id, quod ſeparat, & diſtinguit: Id quidem ab Ariſtotele pronunciatum fuiſſe de actu, qui eſt ſubſtantia, non autem de actu ſe-*

cap. de differ. 7. met. t. 49.

Digitized by Google

cundo nuncupato, qui eſt operatio, & omnino acci- A dens, ex eo aperte conſtare poteſt tum quod viuentia, & nonuiuentia ſigillatim prius, ſaltem natura, ſunt id quod ſunt, & propterea eſſentialiter abinuicem diuerſa, quam operentur id, quod poſſunt, & proinde diuerſimode; tum etiam quod eſſe viuens, & corpus viuens ſubſtantia eſt; conſimiliter eſſe nonuiuens, & corpus nonuiuens ſubſtantiale eſt: ſiquidem corpus viuẽs, & nonuiuens in ſubſtantiæ cathegoria continetur; illud autem, quo vnum ſubſtantiæ genus ab alio differt per B ſe primo, ſeu eſſentialiter, atque in eo quòd ſubſtantia eſt, quum idem ſit, quo eadem ſubſtantiæ genera ſigillatim conſtituuntur in eſſe, idem etenim vbique eſt principium per ſe primo diſtinguens, & eſſentialiter conſtituens; illud inquam, quo vna ſubſtantia per ſe primo ab alia diſtinguitur, ſubſtantiale quid eſſe oportet, non accidens; & hoc non ſolum quoniam accidens omne longe imperfectius eſt quacunque ſubſtantia: conſtituere vero munus eſt actus, & perficientis; verum etiam C
7.meta. t.4 *quia, ut ait aliquando Ariſtoteles, quodcunque accidens vbique poſterius eſt ea ſubſtantia, cuius eſt accidens, & hoc quouis modo aliquid alio poſterius eſſe poteſt: ſubſtantia vero uiuens ſimul ac eſt, & conſiderata in ea prioritate, ſiue in illo inſtanti naturæ, quo præcedit omnibus ſuis accidentibus, ſiue ſecluſo quolibet accidente, an onuiuente differt per ſe primo, & eſſentialiter; non ergo beneficio alicuius accidentis: Reliquum eſt igitur vt viuentia per ſe primo, ſeu eſſentialiter differant*

à non-

A à nonuiuentibus ipſa participatione animæ ſecundum
naturam, ſiue eo quod eſt habere animam à natura, vt
à principio dictum eſt.

Quid ſit vita in vniuerſum per communem definitionem explicatur. Cap. VII.

QVVM *itaque viuentia, quæ talia ſunt,*
ſeu per ſe primo, ac eſſentialiter à non-
B *uiuentibus differant naturali, & adæ*
quata participatione diuerſi actus, qui
dicitur eſſe ſubſtantia; iſte vero actus
in viuentibus ſit anima; neceſſario concludendum eſt
vitam generatim nihil aliud eſſe, quam naturalem, &
adæquatam animæ participationem in corpore phyſico
inſtrumentali; ſiue phyſicam permanſionem animæ cum
corpore ſecundum ſe ad animam propenſo, ſeu potius na
turalem coexiſtentiam, vel commercium, ſiue conſor-
C *tium naturale animæ, & corporis ex ſe ad talem ani-*
mam propenſionem habentis: Quæ omnia idem penitus
ſignificare videntur: Definitur autem vita eſſe parti-
cipatio adæquata, ſiue permanſio, vel commercium, vel
etiam conſortium, ad differentiam naturæ, hoc eſt, na-
ſcituræ, ſiue originis, & ortus, ac generationis anima- 2.phy t.14.
torum; qui ortus ab Ariſtotele definitur eſſe prima par- De reſpir. c.7.
ticipatio animæ cum calore, quaſi vnio animæ cum cor-
pore, non participatio adæquata, quæ eſt permanſio:
Dicitur autem vita animæ, & corporis commercium,

Digitized by Google

ſiue conſortium naturale, vel etiam permanſio phyſica A
illius in ipſo, ad differentiam conſortij tum ſupranaturalis, vt dum in apparitionibus Diuinæ Mentes, & beatæ animæ iam poſt mortem à corpore abſolutæ, ſpeciali Dei munere, per aliquod tempus reaſſumunt proprium corpus iam vita functum, ac præſertim ſi id ſeruetur imputre, quod multis cadaueribus accidit; tum præternaturalis, vt dũ in illuſionibus cacodæmones aliquod ſibi corpus aſſumunt; iſta etenim corpora tale commercium cum animis habẽtia non niſi æquiuoce vitam B
habere dicuntur: Dictum eſt vlterius vitam eſſe naturalem coexiſtentiam animæ, & corporis phyſici organici, ſiue ad talem animam ex ſe propenſionem habentis, ad differentiam corporis non organici, aut non phyſici, ſed artificioſi, aut omnino ſecundum ſe ad talem animam propenſionem non habentis; vt quando vel Angeli aſſumpto ſibi aereo corpore hominibus apparent, eoſque alloquuntur; vel mali dæmones aut aſſumentes itidem corpus aereum nos illudere ſtudent; aut in- C
greſſi ſtatuam Apollinis, ſiue Dianæ, ſiue alicuius alterius Idoli oracula tradunt, mouentur, ſudant, & aliud quidpiam efficiunt, quod uideatur vitæ opus; neque enim aer condenſatus, neque ſimulacrum arte factum ex ſe naturalem habet propenſionem ad talem animam; quare vbi talibus corporibus anima quouis modo adiungitur, inde non reſultat viuens, niſi æquiuoce; ſic prorſus æquiuoce vitam habere dicuntur Idola, ſeu Dæmones reſpõſa ferentes, vmbræ, ſiue Manes,

hoc

A hoc eſt, mortui terrefacientes, ac nobiſcum loquẽtes; Le-
mures, ſeu Dæmones illudentes, quos appellamus ma-
terna lingua Foletti; Genij, ſiue Angeli apparẽtes, & ea
omnia, quæ conſtituuntur ex anima, & corpore inui-
cem non phyſice adiunctis: Cuius ea ratio eſt, quia (vt
ſuperiore libro abunde ſatis oſtendimus) vita omnis
quæ vere vita eſt, duplici tantum differentia prima con
tinetur, mortali ſcilicet, ac immortali; vita mortalis pe-
rennis nõ eſt, ſed caduca, & non niſi per mortem definit,
B ad defectionem caloris natiui, quo per ſe primo nititur;
vt infra ſuo loco patebit; immortalis autẽ vita eſt æter-
na; modo nullum ex dictis vitam viuit immortalem;
quoniam aliquando eſſe deſinunt; neque tamen ideo di-
ci poſſunt uitam agere mortalem, quia non vere obeunt,
nec deſinunt eſſe moriendo, deficiente in eis calore natu-
rali; ſed quum huiuſmodi calorem in ſe non habeant,
quare nec vitam, quæ in eo fundatur, vere mori ne-
queunt: quamobrem deſinunt eſſe ſubito, ac ueluti fu-
C mus, & umbra euaneſcere ſolent: Vita ergo proprie de- vide lib. 5. c.10.11.&.12.
finienda eſt eſſe naturalis coexiſtẽtia, ſiue naturale con-
ſortium animæ, & corporis ex ſe ad illam propenſi, vt
paullo antea dictum eſt.

De cõmuni operatione Vitę generatim. Cap. VIII.

QVVM ergo *Vita generatim conſtituta ſit conſortium naturale animæ cum corpore; quumque anima ſecundum Naturæ leges corpori adiuncta in eo ex neceſſitate ſtatutis tempori-*

bus

bus aliquam actionem obeat, & hanc eius generis, quã A
in communi appellare conſueuerunt nomine Motus;
nanque, vt admonet quandoque uel Ariſtoteles, anima
2.de an.t.37. *in uniuerſum eſt ſecundum decreta Naturæ cauſſa efficiens alicuius motus in quocunque uiuente; & alibi*
1.de an.t.19. *etiam animatum ab inanimato differre potiſsimũ ipſo motu, idem adnotat, etiam ex doctrina fere omnium Antiquorum; propterea certe hoc habent uiuentia uniuerſa ut ualeant a ſeipſis phyſice moueri aliquo genere motus, ad differentiam nonuiuentium, quæ aut non* B
mouentur niſi ab extrinſeco, ut elementa, & ex elemen-
8.phyſ paſſim & a.ibi. *tis miſta inanimata omnia, teſtimonio Ariſtotelis; aut non mouentur phyſice, ut Idola, & alia, quæ ſupra oſtendimus eſſe uiuentia æquiuoce; his adde animas ab omni corpore ſeparatas; dum etenim locum mutant, tunc ſane dicendæ ſunt cieri motu æquiuoce dicto, & ſi hoc dicere liceat, metaphyſico potius quam naturali; ex*
8 phy paſſim. 1.de an.t.36. & ſequentib. *Ariſtotele nanque omne phyſice mobile neceſſario eſt corpus, & præſertim mobile a ſeipſo: ſic artificioſa non a* C
2.phy.t.2. *ſeipſis, ſed vbique mouentur ab extrinſeco, quodcunque ſit illud, ſiue actu, ac directe mouens, ſiue impedimentum remouens; per extrinſecum mouens intelligimus id, quod eſt extra eſſentiam mobilis, non item id, quod eſt extra mobilis ambitum; nanque ab extrinſeco mouetur dolium, dum quis illud ingrediens ipſum moueat; ſic ab extrinſeco antiquitus mouebantur ſtatuæ Dædali, quæ ab immiſſo intra eas mercurio ciebantur; quia nec homo eſt in eſſentia dolij, nec argentum*

viuum

Digitized by Google

A *uiuum in eſſentia ſtatuæ: Quare communis vniuſcuiuſque vitæ operatio, ſiue vniuerſalis operatio vitæ in communi competens unicuique uiuenti eſt moueri a ſeipſo motu aliquo naturali; ſumendo interim nomen Motus non quidem ſpeciatim pro eo, quod ſignificat ſolum motum localem, neque tam late ut Simplicius, qui motum appellat impulſum agentis ad operandum, qui motus eſt metaphoricus a fine, ut alicubi monet Ariſtoteles; ſed generatim pro eo, quod ſignificat quamlibet* 1. de gen. t. 55.
B *ſpeciem motus phyſici, quæ ſunt illæ ab Ariſtotele aliquando enumeratæ, Generatio nimirum, & corruptio, quæ in uiuentibus nomine ſpeciali appellantur Ortus, & interitus, ſiue mors, Augumentum, Alteratio, & Latio, quæ eſt ſecundum locum mutatio; Vnde quodcunque ſecundum naturam a ſeipſo moueri poteſt aliquo ex his motibus, uel pluribus, uel etiam omnibus, illud omne eſt uere uiuens; & uiciſſim omne uere uiuẽs a ſeipſo phyſice moueri poteſt aliqua, uel pluribus, uel* Præ. c. de Mot. 2. top. c. 1. lo. 11. & 2. phy. t. 6.
C *etiam omnibus enumeratis motionibus; cælum enim a ſeipſo phyſice mouetur ſolum motu locali perenni circulo; at homo pluribus mouetur motibus naturaliter a ſeipſo, nam loco mouetur, augetur, alteratur erubeſcens, & corrumpitur a ſeipſo naturali morte in ultimo ſenio, calore inſito poſt conſumptionem humidi euaneſcente; ſic bruta perfectiora creſcunt, morte naturali quandoque pereunt, nullo extrinſecus ca lædente, ad caloris inſiti marcorem; alterantur in digeſtione alimenti, & mouentur ſecundum locum a ſeipſis; Bruta uero*

imper-

Digitized by Google

imperfectiora quædam, ut oſtreacea, & alia id generis, A
nõ mouentur quidem motu locali perfecto, ſed ſolũ mo-
de an. inceſſ. cap. 18. *tu dilatationis, & conſtrictionis, uti nos admonet quã-*
doque Philoſophus; mouentur etiam a ſeipſis motu au-
gumenti, alterationis, & corruptionis in obitu naturali;
Plantæ, præter motum localem, quo non gaudent, niſi
admodum abſcuro, dum augentur; quoniam ex Ari-
1. de gen. t. 25. *ſtotele habemus augumentum fieri non poſſe citra mo-*
tum localem; augentur a ſeipſis proprie, ac ſenio con-
fectæ tandem etiam mortem obeunt naturalem; quæ B
de reſp. c. 7. *plantarum mors Ariſtoteli uocatur peculiari nomine*
Ariditas: alterantur item in nutritione, atque in ari-
2. de gẽ an. c 4 de reſpir. c. 7. *ditate; Semina demum, & oua omnia, uel Ariſtotelis*
adnotatione, quamuis diuiſa, ſiue ſeparata ab eo, cu-
ius ſunt fructus, non alantur, aut creſcant, nec mo-
ueantur ſecundum locum a ſeipſis, pereunt nihilomi-
nus a ſeipſis morte naturali, ut uiuentia cetera mor-
talia; & ante obitum alterantur, quoniam ad ſui ca-
loris inſiti defectum refrigerantur, & ad humidi radi- C
calis conſumptionem exſiccantur. Ita ergo communis operatio prodiens a uita in uniuerſum, & conueniens ſingulo uiuentium generi una eſt; quæ dicitur Moueri a ſeipſo ſimpliciter ſecundum naturam, ſiue Mouere ſeipſum phyſice aliquo genere mutationum naturaliũ; appellatur autem iſta uitæ operatio communis, nõ quia ſit ueluti genus commune ſub ſe continens omnes operationes a qualibet uitæ ſpecie prodeuntes; nam intelligere, uelle, deſiderare, aliæque multæ ſunt a uita na-

ſcentes

A *ſcentes operationes, quarum nulla eſt de genere motus; ſed ſolum quia eſt quoddam genus operationis commune omnibus viuentibus;commune inquam non vniuoce, ſed analogice; quippe non eſt in omni viuente vna, & eadẽ natura motus, ſed varia, & diuerſa; vti viſum eſt. Huius autem communis operationis ea eſt peculiaris conditio, vt menſuretur tempore ſuæ naturæ proportionato; eſt enim tempus apud Ariſtotelem menſura omnium motuum, ſiue menſura motus in cõmuni: qua* 4. phy. paſſim, & alibi.
B *ſane conditione communis iſta vitæ operatio diſcriminatur à multis vitæ operationibus peculiaribus, quæ tempore non metiuntur neceſſario, ſed momento abſolui poſſe videntur, vt intelligere, velle, & aliæ multæ, de quibus infra ſuo loco.*

Quotuplex ſit vita in vniuerſum, ſeu quot, quæque ſint primæ differentiæ, ac ſpecies vitæ in communi. Cap. IX.

C
DEFINITA *natura vitæ generatim, & explicata operatione illius communiſſima, ſeſe nunc offert occaſio deſcendendi ad vitæ ſpecies: Eas vero indagaturi non aliam Ducem ſequi nos oportet, quã rei naturam. Si ergo vita in vniuerſum nihil aliud eſt, niſi adæquata, & phyſica participatio, ſiue naturale conſortium, aut phyſica coexiſtentia animæ, & corporis ex ſe ad illam propenſionem habentis: tot profecto*

erunt vitæ ſpecies, quot modis continget animam phyſice coexiſtere, ac omnino naturale commercium habere cum corpore ſibi proportionato: Quoniam vero conſortium, & coexiſtentia quæuis diuerſarum rerum multiplicari poteſt ex parte vtriuſque naturæ coexiſtentis ſigillatim; propterea vitæ diſtinctio non aliunde petenda eſt, quam à diuerſitate conſortij, ſiue coexiſtentiæ naturalis animæ cum corpore ſecundum ſe ad illam propenſo. & hoc tum ex parte animæ, tum etiam ex parte corporis. Quod quidem attinet ad animam, quum animæ generatim ſumptæ duæ ſint primæ differentiæ, ſeu ſpecies; quarum altera eſt anima cæleſtis à materia ſeparata, quæ Mentis potius, & Intellectus, vt notat alicubi Ariſtoteles, ſeu etiam, vt eius Interpretes, Intelligentiæ nomine appellanda eſt, quam generica voce Anima; altera vero eſt imperfectioris notæ anima in ſublunaribus viuentibus materiei copulata; quam propterea in poſterum, ad animæ abſtractæ differentiam, vocabimus animam materialem: Et quidem cæleſtis anima, ſiue Mens tanta perfectione ſuperat omnem eſſentiam corpoream, vt nullum ſit in rerum natura corpus, quod eius animæ ſubſtantiam digne complecti valeat; talis proinde Intelligentia in cæleſti corpore non ineſt, ſed ipſi adeſt potius, atque præeſt, vniturque, ac illi aſſociatur, non ſane per inexiſtentiam, vt forma informans ſuo ſubiecto adiungi conſueuit; ſed tantum per aſſiſtentiam, ſiue præſentiam, vt lumen perſpicuo, ac fere vt nauta naui; Alioquin Mens abſtracta,

A B C

1. de an. t. 46.

A *abſtracta, quantum ad ſui eſſentiam, nulli corpori prorſus immiſta, vel immerſa eſt; ſed ab omni corpore ſic eſt abſoluta, vt neque per accidens moueatur ad motum corporis, cui præeſt, atque aſſiſtit; quod etiam admonet alicubi Philoſophus; tale quid autem etiam-* 8 phy.c. 3.4. & 5.
ſi non obſeruetur in nauta, quippe qui neceſſario mouetur ad motum nauis, obſeruari tamen poteſt in lumine, quod reuera non mouetur ad motum diaphani, cuius ab Ariſtotele definitur eſſe actus; quemadmodum 2.de ani.69.
B *ſatis euidenter colligere poſſumus ex immobilitate, ſeu quiete vmbrarum, quas fundunt opaca corpora in perſpicuo illuminato; nanque in aere turbinibus agitato, aut ventis hinc inde permoto, vel etiam ſtudio, & arte flabellis concitato, ad præſentiam luminis opaca corpora vmbras emittunt immobiles, & quietas; quod proculdubio non contingeret, ſi lumen ad motum perſpicui moueretur, ſicuti nauta mouetur ad motum nauis; mouetur enim vmbra ex neceſſitate ad motum*
C *aduerſi luminis, nedum ad motum opaci corporis, a quo defluit: Quod vero de nauta dicitur, nempe ipſum per accidens moueri ad motum nauis, id tamen non efficit quominus nauta ſit appellandus forma naui aſſiſtens; quamuis enim neceſſarium ſit formam informantem moueri per accidens ad motum ſubiecti corporis; nam, vt ait quandoque Ariſtoteles, motis nobis ne-* 2.top. cap.3.
ceſſarium eſt & quæ in nobis ſunt, omnia moueri; & loc. 14.
alibi, exiſtentia in ſenſibilibus motis mobilia eſſe opor- 3.met. t.9.
tere; quin etiam alibi, vbi mutat locum corpus, qua- 2.phy. t.27. & 51.

Digitized by Google

re & quod in corpore exiſtit; quamuis inquam oportEat formam informantem moueri per accidens ad motum corporis, in quo eſſe dicitur; non tamen ſat eſt ipſi formæ, ne moueatur ad motum ſui corporis, eam illi præeſſe, atque aſſiſtere, non autem illud informare; horum ſane ratio eſt, quoniam informare non eſt æquale ei, quod eſt moueri ad motum ſubiecti, ſed eſt ſpecialius; neque ipſum aſſiſtere illi æquiualet, quod eſt non moueri ad motum ſubiecti, ſed eo eſt vniuerſalius, proprie vero, vt ex Ariſtotele colligere licet, moueri ad motum ſubiecti æquiualenter ineſt ei, quod aliqua ratione dicitur eſſe in ſubiecto, nempe uel tanquam in loco, vel tanquam in continente; materia enim etſi Ariſtoteli negetur eſſe proprie omnium locus, non tamen inficiabitur Platoni eam eſſe quodammodo formarum locum; quippe reuera formæ informantes ſunt in ſubiecto ſuo aliquatenus velut in loco; ſunt præterea quædam formæ aſſiſtentes in eo, cui aſſiſtunt, velut in loco proprie, ac in continente, vt nauta, qui propterea mouetur ad motum nauis, in qua locatur, & continetur: aliæ vero formæ aſſiſtentes, quæ non ſunt in ſubiecto, velut in loco, aut continente, vt quæ nulla ratione pendeant à ſubiecto, ad eius motum minime mouentur, ſic Intelligentiæ, ac lumen haud ſunt vlla ratione in ſubiecto, nec tanquam in loco, nec tanquam in continente: ſed illi præſunt, atque illi aſſiſtunt ſolummodo, & idcirco non mouentur ad motum illius.

loc.cit.

4. phy. t. 14. 45.

At

A *At vero materialis anima, quæ eſt infra conditionem Intelligentiarum ſeparatarum, tanto non diſtat interuallo a natura corporea, quin aliquod corpus reperiatur in hac rerum uniuerſitate dignum illius habitaculum (ut ita dixerim) cui ipſa tota intrinſecus inſit, non adſit ſolum; eique uniatur, ſitque aſſociata per inexiſtentiam, ut forma informans ſuæ materiæ; non per merā aſsiſtentiam, puramque præſentiam; ita ut ad corporis, quod informat, mutationes & ipſa moueatur, quod*

B *uulgo dicitur per accidens: Ita etiam Ariſtoteles alicubi nos docuit duo genera actuum perficientium corpora; ſiue duo animarum genera; alterum ſcilicet, quod corpus informat; alterum uero, quod corpori aſsiſtit, veluti nauta naui: Duobus itaque modis animarum genus poteſt corpori coexiſtere, nempe uel per aſſiſtentiam, uel per inexiſtentiam, quam informationem appellant; & hoc ratione diuerſitatis ſpecierum animæ. Quod autē pertinet ad corpus, cui anima phyſice ſociari conſueuit,* 2. de an. t. 11.

C *duo item quum ſint in hac Mundanarum rerum congerie ad animam ex ſe habitudinem habentium corporum genera; quorum alterius natura ita eſſentialiter completa eſt, ut Mentis non indigeat, niſi aſsiſtentis; alterius uero natura eſt huiuſmodi, quæ niſi compleatur ab eſſentia informantis animæ, ilico ſit interitura; primi generis eſt Mundus, corpuſque cæleſte, ex ſe intrinſecus perfectam naturam habens, in potentia tamen ad animam, & uitam; cui propterea ſufficit commercium, ſiue conſortium Diuinæ Mentis, & Intel-*

ligentiæ

ligentiæ ſeparatæ per ſimplicem aſſiſtentiam, meramq; **A**
præſentiam; a cuius conſortio corpus iſtud attollitur ad
hoc eſſe perfectius, quod ſit uiuens, animal, idque in-
telligens; non ſecus ac perſpicuum ex ſe hoc aliquid exi-
ſtens actu, in potentia tamen ad lumen, ſeu ad eſſe il-
luminatum, a lumine ſibi præſente ad perfectius eſſe
euehi dicitur, dum ab eo ſit actu illuminatum: ſed in
poſteriori genere ſunt corpora uiuentium ſublunarium;
quibus, ad hoc ne diſſoluantur, neceſſaria eſt ea coexi-
ſtentia, ſiue illud conſortium animæ materialis, puta **B**
uel uegetalis, ut in plantis; vel etiam ſenſualis, ut in
brutis animalibus; uel tandem quoque rationalis, ut in
homine; quod conſortium uulgo appellare conſueuimus
informationem, ſiue informationis ſpeciem, ſed commu
niori uocabulo; nam proprie uocatur uita. Ex his itaq;
liquido conſtare arbitror animam in vniuerſum corpori
ex ſe ad eam propenſo duplici ueluti coniugio nubere, ac
bifariam cum eo conſortium habere, nempe aut per aſſi-
ſtentiam, meramque præſentiam, aut per inexiſten- **C**
tiam, & informationem; ac proinde duas eſſe primas
differentias uitam generatim ſumptam diuidentes,
Aſſiſtentiam uidelicet, ſiue Præſentiam Mentis ab-
ſtractæ corpori cæleſti, & Inexiſtentiam, ſiue Perman-
ſionem animæ materialis in tali corpore ſublunari;
vide lib. 3. cap. 27. & 28. ***Duæ igitur ſunt primæ ſpeciet in genere vitæ, nimirum***
vita Cæleſtis, & vita ſublunaris.

Quid

A

Quid ſit vita ſublunaris in vniuerſum; & quomodo illam definiuerit Ariſtoteles, cuius hac in re ſententia expenditur. Cap. X.

*AGE nunc ſpeciatim vtriuſque vitæ
naturam introſpiciamus, a vita ſublu
nari exordium ſumentes, ne declinemus
a methodo nobis antea propoſita,*
B *quæ a minus perfectis vbique progreditur
ad perfectiora: Qua in re ſi quidem illud verum
eſt, quod ſcriptum reliquit Ariſtoteles non vno in loco,* 1. de plan. c. 1.
*Genera ſcilicet ſuis ſpeciebus nomina dare, & definitiones;
ſiue ſpecies & nomen, & definitionem generum, hoc* 2. top. c. 2. lo. 1.
*eſt, a generibus ſuſcipere; quum ſuperius adinuenerimus
vitam ſecundum genus eſſe naturale conſortium,
ſiue phyſicam coexiſtentiam animæ, & corporis ex ſe
ad illam propenſi; quum in hiſce ſublunaribus corpus,*
C *quod ex ſe propenſionem habet, eſtque in potentia ad
animam materialem, nullum ſit aliud, quam id, in
quo eſt calor naturalis appellatus; quippe iſte calor eſt
quid, quo ceu vinculo materialis anima corpori adnectitur
elementari, vt infra latius apparebit; & ſane in
connubio animæ, & corporis calor innatus eſt dos, aut
pulcritudo corporis, ob quam anima quaſi ſponſus coexiſtit
cum corpore, veluti cum ſponſa; ſic etenim dicebat
alicubi Philoſophus materiam eſſe ſicuti feminam,* 1. phy. t. 81.
*& formam vices obire maſculi: propterea ſane vna
ſublu-*

Digitized by Google

ſublunaris haud aliter definienda eſt, quam naturale A *conſortium, ſeu naturalis inexiſtentia, vel permanſio animæ materialis in corpore elementari mediante calore naturali primigenio. Quæ quidem ſublunaris vitæ definitio ſatis comprobari valet vlterius tum ratione, tum etiam Ariſtotelis autoritate; ratione quidẽ eo quia oppoſitorum oppoſita eſt vbique proportionabiliter eſſentia, & definitio: quum autem ſatis aperte conſtet mortem vitæ ſublunari opponi e diametro, veluti priuationem habitui; dixi mortẽ opponi vitæ ſublunari, non vitæ in vniuerſum, quia vita in communi non* B *eſt morti obnoxia, quum vita cæleſtis ſit immortalis; ſi ergo mors iuxta oppoſitionem illam, ſecundum quã aduerſatur vitæ ſublunari, haud aliter definiri debet, quã eſſe deſinentia, ſeu finis, ac terminus, vel potius priuatio naturalis conſortij animæ materialis cum corpore ſublunari ex ſe ad illam propenſo, propter defectum caloris innati, quemadmodum colligitur ab Ariſtotele tũ paſſim alibi, tum maxime in Paruis Naturalibus non* C *vno in loco; proculdubio vita ſublunaris non poteſt non definiri eſſe naturalis coexiſtentia, ſiue phyſica inexiſtentia animæ materialis in elementari corpore ſecundũ ſe ad illam propenſo, mediante calore natiuo; Ariſtotelis autem autoritate id ipſum confirmari poteſt; nam ipſe conſimilem quandoque ſublunaris uitæ definitionẽ promulgauit, dum ſcilicet in Paruis Naturalibus appellatis definiuit ſublunarem uitam eſſe permanſionem, ac moram animæ uegetatricis cum calore; quod ſane*

vide lib. 3. cap. 13.

de reſp. c. 7.

idem

A *idem prorſus eſt ac dicere vitam ſublunarem eſſe per-
manſionem animæ materialis cum corpore habente ca-
lorem natiuum, ſiue cum corpore ſublunari mediante
calore innato; cæleſtia nanque corpora calorem in ſe non
habent vllum; & miſta hæc apud nos inanimata non
habent calorem natiuum appellatum; quo caret etiam
Elementa ſublunaria. Ceterum ad exactam magis
explicationem propoſitæ definitionis ab Ariſtotele de vi-
ta ſublunari, reuocandum illud in mentem venit, quod* 1. de ort. an. cap. 30. 2. de ge. an. c. 3
B *alias obſeruauimus, In primis quidem Ariſtotelem ſen-
ſiſſe vnicuique animæ ſublunare corpus informanti ad-
iunctum eſſe corpus quoddam Diuinum, quo mediante
illarum quælibet corpori huic elementari aſſociatur; ta-
leque Diuinum corpus, & ſpeciatim illud, quod famu-
latur animæ vegetali, dum ipſamet vegetalis anima
elementari corpori adiungitur, calorem protinus appel-
lari, nomenque tale retinere ſemper quouſque anima
iſta in hoc ipſo corpore moratur: Dum itaque ſcribit*
C *Ariſtoteles vitam eſſe moram, ſeu permanſionem animæ
nutritiuæ cum calore, nil niſi vitam eſſe animæ mate-
rialis cum elementari corpore calorem inſitum habente
naturale conſortium, atque inexiſtentiam pronunciat.
Deinde illud etiam animaduertendum eſt ex Ariſtote-* 2 de ort. an. hu. cap. 1.
*le cuique viuenti ſublunari animam contigiſſe compoſi-
tam eſſentialiter, Plantis quidem ex vegetali generica,
& ea, cuius merito determinata ſpecies plantæ conſti-
tuitur, oleæ ſcilicet, aut vitis, aut vlmi; Brutis autem
animalibus ex vegetali generica remota, ſenſitrice ge-*

Digitized by Google

nerica proxima, & illa, qua ſpecies propria, & vlti- A
ma cuiuſque bruti determinatur, Leonis videlicet, aut
Equi; Homini tandem ex vegetatiua generica remota
conſimiliter, ſenſitrice generica proxima, & rationali
1. æth. c. vlt. *ſpecifica; quoniam Ariſtoteli primum anima vegeta-*
trix ineſt illa eadem in fœtibus, quæ in animalibus per-
2. de gen. c. 3. *fectis, abſolutiſque; & alio in loco, Non fit idem ſimul*
& animal, & homo; nec animal, & equus; nec planta,
& olea; & pariter in omnibus alijs huiuſmodi: Quum
itaque omnia viuentia ſublunaria conueniant in parti- B
cipatione ſolius animæ vegetalis; aliarum vero animæ
ſpecierum ſingula perinde non inſit in cunctis viuenti-
bus noſtratibus; propterea in definitione vitæ ſubluna-
ris generatim ſatius eſſe duxit Ariſtoteles (ceteris præ-
termiſſis) vnius animæ vegetantis meminiſſe. Verum
quoniam, vt infra ſuo loco apparebit, & liquido con-
2. de ã.t.c. 16. et *ſtat ex Ariſtotele alicubi ſcribente vegetabilibus om-*
1. de plan. c. 1. *nibus ineſſe ipſum viuere propter animam vegetalem;*
animalia vero per ſe primo viuere propter ſenſitricem; C
quia inquam in genere vitæ ſublunaris vita vegeta-
bilium, vita brutorum animalium, & vita hominis
differunt inter ſe ſpecie; & quoniam vita hominis ſpe-
ciatim eſſentialem obtinet habitudinem ad animam ra
tionalem, ſiue humanam; vita vero brutorum anima-
lium ad animam ſenſitricem; nec iſtius vtriuſque vi-
tæ vlla conſiſtit in participatione ſolius animæ vegeta-
lis, vt vita vegetabilium; quod apertum eſt item ex
2. de an. t. 16. *Ariſtotele dicente vegetabilibus vniuerſis, quæ gene-*
rico

A *rico nomine viuentia nuncupat, ineſſe ipſum uiuere propter animam vegetalem; animalibus vero per ſenſualem; hominem vero eſſe, hoc eſt, uiuere; hoc enim Ariſtoteli uiuentibus eſſe eſt; hominem inquam eſſe, ſeu uiuere per animam rationalem; propterea non erit fortaſſe præter rationem uitæ ſublunaris definitionem Ariſtotelcam extendere magis proprie ad uitam & brutorum animalium, & hominis, mutata coarctante illa particula, uegetalis, aut nutritiuæ, in ampliantem particulam, materialis, & definiendo uitam ſublunarem generatim eſſe permanſionem, ſeu moram animæ materialis cum corpore in ſe habente calorem naturalem; anima enim materialis genus commune eſt ad actus intrinſece, ac eſſentialiter perficientes corpora omnium uiuentium ſublunarium; cuius ſpecies ſunt anima uegetalis, ſentiens, & humana, ſiue etiam rationalis; quæ licet à materia non pendeat, quia tamen illam informat, ideo materialis dicitur. Sed quoniam* C *nomen permanentiæ, ac moræ commune quoquopacto eſt ad differentiam conſtitutricem uitæ cæleſtis, immo & ad uitam æquiuoce dictam; quam ſupra obſeruauimus agere Dæmones, & Manes aſſumpto ſibi corpore non phyſice; quum ſublunaris uitæ differentia ſpecifica ſit informatio, ſeu naturalis inexiſtentia; iccirco ut exacte definiatur uita ſublunaris in uniuerſum, prout contradiſtinguitur à uita cæleſti, & magis intime uitæ ſublunaris eſſentia explicetur, dicendum arbitror uitam ſublunarem eſſe naturalem inexi-*

2.de gen. an. cap. 3.

2.de an. t. 37.

B

Digitized by Google

ſtentiam animæ materialis in elementari corpore me- A
diante calore natiuo.

Quo innitatur, & conſeruetur vita ſublunaris generatim; & vtrum conſiſtere valeat abſque alimentis, ac omnino citra nutritionem. Cap. XI.

ITA *ergo explicata natura, & eſſentia vitæ ſublunaris generatim, iam* B *nunc ſeſe nobis offert alterum caput circa illam examinandum, & hoc eſt, Quonam innitatur, & ſuſtentetur, ſiue conſeruetur vita ſublunaris in vniuerſum: Qua quidem in re certiſſimum ego puto vitam ſublunarem coniti, & conſeruari, quo & anima materialis corpori elementari ad illam propenſo conſors, & adiuncta detinetur, ſi uita hæc nihil aliud eſt, quã naturalis inexiſtẽtia animæ materialis in corpore ſublunari ex ſe ad illã* C *propenſo; at vero huiuſmodi anima nullius alterius beneficio in tali corpore detinetur, niſi eius, quo mediante primum, dum oriretur, corpori eidem fuit aſſociata; quippe materialis anima, vt forma quæuis alia informans, antequam materiei, & corpori coniungatur, in eo deſiderat pręparationem quandam, præuiamque diſpoſitionem, ſine qua nec illi adnecti poſſet, nec eidem adnexa permanere; huiuſmodi aũt præuia diſpoſitio corporis ad materialem animam phyſice ſuſcipiendam, ſuſce-*

A *ptamque retinendam, multiplex eſt quidem, ſed præci-
pua, & immediata eſt calor naturalis inſitus, ac primi-
genius appellatus; qui continens in miſto animato ceteras
omnes qualitates primas elementorum in vnum iun-
ctas, eius temperamentum conſtituit; nam ſicuti apud
Ariſtotelem ignis in miſto ad elementa alia relatus ſu- 2.de gen.t. 50. 4.cæl.t. 35.
bit rationem formæ, ita prorſus calor in temperamento
comparatus ad qualitates reliquas formæ rationem pa-
riter habere debet; Hic naturalis calor diſponit corpus*

B *miſtum ad materialem animam; animam talem dicto
corpori colligat, & copulat nexu eſſentiali, ac intrinſeco;
inexiſtentem ipſam eandem in huiuſmodi corpore con-
ſeruat, & detinet; atque vlterius animato ipſi, ac vi-
uenti deſeruit, veluti principale inſtrumentum ad vi- 2. de part.c.7.
tæ actiones obeundas. Quæ omnia ijs maxime con-
ſentiunt, quæ afferuntur ab Ariſtotele tum vbi apertiſ- 4.meteor.c.1.
ſime calori adſcribit vim copulandi; tum præcipue ſcri- de iuu.& ſen.
bente omnia viuentia, puta tu ſublunaria, ſortita eſſe*

C *animam, quæ nequaquam eſſe poteſt abſq; naturali ca-
lore; tum quoque alibi dicente hunc in modum, Quum de reſpir. c. 4.
uero antea dictum ſit uitam, & animam calore quo-
dam contineri; iccirco in quo primo corporis loco, & in
qua prima huius loci particula huiuſmodi principium
eſſe neceſſarium ſit, ibidem & animam uegetalem, quæ
prima omnium eſt, haberi neceſſe eſt. & mox. Ceteræ igi-
tur animæ ſine uegetali eſſe nequeunt, uegetalis uero ſine
igne naturali. Et adhuc infra: Porro uitæ principium, in cap. 7.
quibus habetur, deficere ſolet, quum calor uitalis non re-*

frige-

frigeratur; tunc enim idem, quod ſæpe diximus, ſeipſũ A
Cap. 9. *conſumit. Et ulterius etiam: Quæ inter animalia hono-*
ratiora ſunt, plus caloris ſortita ſunt; nã ſimul & ani-
mam ſortita eſſe honoratiorẽ neceſſe eſt: tum alibi dicẽte,
de vit. & mor. *uitam remanere remanẽte calore (cordis, eoque diſſoluto*
interire quippe anima quaſi ignita, ideſt, quaſi igne, ſeu
calore innixa ſit, ac detineatur, & conſeruetur in hiſce
partibus; quapropter fit ut oporteat uitam, & caloris
incolumitatem; mortem, & caloris corruptionem eſſe
ſimul, uita nanque calore conſeruatur; quod & alio in B
2. ſect. pro. 17. *loco repetit iiſdem fere uerbis, uitam ſcilicet calore foue-*
ri, & conſeruari. Ex quibus omnibus aperte iam
conſtare poteſt, uel ex mente Ariſtotelis calorem inna-
tum eſſe id, quo materialis anima corpori huic elemen-
mentari adnectitur, ipſique adnexa detinetur: Quum
itaque calor naturalis inſitus illud ſit, quod conſeruat,
& detinet materialem animam in huiuſmodi corpore
ſublunari; proculdubio uita ſublunaris, quæ eſt natura-
lis inexiſtẽtia animæ materialis in corpore elementari C
ſecundum ſe ad illam propenſo, nullo alio per ſe primo
niti poteſt, aut conſeruari, quam calore natiuo, ut pro-
pterea recte definita fuerit eſſe naturalis inexiſtẽtia ma-
terialis animæ in corpore ſublunari ex ſe ad eam pro-
penſo, mediante calore natiuo. Sed quia calor innatus,
ut qualitas in temperamento a ceteris diſtincta, natu-
rali propenſione, ob inſitam ſibi leuitatem perpetuo ſur-
ſum tendere contendit; profecto niſi ipſe ceu alligatus
materiei cuipiam humidæ, ac tenaci apud nos detinere-

tur

A tur, ſponte ad proprium locum euolaret; quamobrem ipſum alligauit Natura ſagax pingui, ut ait Ariſtoteles ac tenaci ſubſtantiæ humoris primigenij, ſeu radicalis nuncupati; qui ſane humor ſui lentore, ac viſciditate calori eſt impedimento ne cito a viuentibus hiſce ſublunaribus euolet ad æthera; nam illum, ad inſtar cuiuſdam glutinis, corpori alligatum retinet; quo factum eſt ut nõ omne humidũ calorẽ deorſum trahat, & retineat; ſed pingue ſolummodo, quod lentoris, & viſciditatis eſt ma- de lon. & bre vi. c. 3.

B gis particeps, ut cera, oleum, pix, adeps, reſina, & alia id generis; unde vulgatum eſt dogma illud inter Philoſophiæ, ac Medicinæ cultores, vitã conſiſtere in calido, & humido, ex Ariſtotele ipſo depromptum, qui aliquãdo aſſerere non dubitauit vitam eſſe calidum, & humidum. Cæterum ſi contigerit, quod plerunque contingit, a caloris natiui vigore ſuperari virtutem humoris primigenij, tunc calor humorem, tanquam ſibi obſtantem ad aſcẽdendum, atque ideo veluti ſibi contrarium loc. cit.

C continue depaſcit, ut eo conſumpto, libere ualeat, quo propenſus eſt, quantocius euolare; propterea iſti radicalis humoris conſumptioni recte itidem Natura conſuluit duplici ratione; una eſt interuẽtu refrigerij cuiuſdã, quo caloris æſtus temperaretur, eiuſque uires ideo hebetatæ, ac remiſſæ non ita facile poſſent inſitum humorem abſumere; de quo refrigerio fuſe agit Ariſtoteles in Paruis Naturalibus inquiens Calorem inſitum in animalibus uel aere tum ambiente forinſecus, tum inſpirato intrinſecus, uel etiam aqua refrigerari; & hoc eſſe pro diuer- de reſp. c. 8. 10. 11. 12. 13. & lib. de vita, & mor.

Digitized by Google

diuerſitate animalium; nam calor in exanguibus, & inſectis, quæ non reſpirant, & habēt calorem exiguum, refrigeratur ab ambiente aere forinſecus; in ſanguineis uero pulmonem habentibus aere inſpirato intrinſecus; ſed in piſcibus pulmone carentibus aqua uel ambiente, uel etiam intrinſecus attracta per branchias; in plantis demum ab aere, ac terra forinſecus ambiente: uerum hac de re alibi fuſius: Altera uero eſt interuentu alimentorum per nutritionem auocando calorem natiuum aliqua ex parte ab humore radicali ad alimentarem, tum quia humor alimentaris inſito calori eſt magis infenſus, magiſque contrarius, quam ſit radicalis, qui eo pinguior eſt, & magis aereæ naturæ; tum quia Natura ſemper agit quod melius eſt, ſiue minus malum; ſed præſtat, ſeu minus eſt incommodum conſumere humorem alimentarem, quam radicalem; & hiſce nominibus calor inſitus conſumit potius, ac magis humidū alimentare, quā radicale, ubi agere poßit in utrunque: His de cauſſis etiam ſimile quid in lucernis olearijs cōtingere uidemus; ſi enim oleo quidpiam aquæ admiſtū fuerit, lucernis accenſis flamma ſtatim conſumere tentat humiditatem aqueam, tanquam ſibi magis contrariam, & minus neceſſariam, retardando, quantum fieri poteſt, olei conſumptionem; cuius illud ſignum eſt euidentiſſimum, quod flamma in dictis lucernis ab initio per aliquod ſpacium temporis crepitare conſueuit, denique uero quieta ſub finem ardere ſolet; crepitus autem flammæ ab aqua ſunt, non ab ardente oleo: Sic in

de an. incess. c. 10.

A B C

ignem

Digitized by Google

A ignem immiſſæ olearum, & lauri frondes primum cre-
pitant, denique ſilentes ardent, non niſi quia, & in eis
primo loco flamma depaſcere ſtudet amurcā, ſeu aqueā
humiditatem, remittendo propterea quadantenus olei
conſumptionem: Quo factum eſt etiam vt diutius per-
duret ardens lucerna, cui aliquid aquæ inſit, quam cui
purum oleum; quod ſane quotidiano experimento com-
probatur in lampadibus templarijs aqua ſemiplenis;
minus enim olei ardentes abſumunt, quam ſi aquā non
B habuerint; magis nanque igni reſiſtit oleum limphatum
puro: Ita ergo proportione quadam euenit per nutritio-
nem in viuentibus hiſce noſtratibus; in quibus vt re-
tardaretur, quantū fieri poterat, radicalis humidi ex-
terminium, prouida Natura per nutritionem humidi-
tate alimentari quoquopacto tentat auocare calorē na-
tiuum à radicalis humoris abſumptione ad alimenta-
rem; non fortaſſe (vt vulgo dicitur) ſtudens illud refice-
re, quod actione caloris fuit diſſipatum prius; quoniam
C vtriuſque humoris, & alimentaris, & primigenij por-
tio inſiti caloris actione quum in animantibus iugiter
abſumatur, irreſtaurabilis eſt primigenius humor iam
deperditus; alioquin aſſiduis alimentis immortale con-
ſeruari poſſet ſublunare animans; quod nemo dixerit
vel parum in Philoſophia exercitatus adhuc accidiſſe,
aut accidere poſſe: at humoris alimētoſi portio refici qui-
dē poteſt quoquopacto; ceterum in eius refectionem non
eſt à Natura per ſe primo inſtituta nutritio; neque ali-
mentū, & nutritio neceſſaria ſunt omnino ad hoc ut re-

ſtauretur id, quod e corpore nutriendo effluxit; ſiue, vt melius dicam, finis cuius gratia data fuit à Natura viuentibus hiſce nutricatio, non eſt vt inſtauretur ſubſtantiæ viuentis portio iam deperdita, ſiue humiditas alimentoſa prius à calore conſumpta: nam dum anima vegetans in nuper concepto animante nutritionẽ incipit, tunc certe alimentum non poteſt reficere ſubſtantiã humidi alimentaris iam conſumpti, quia quũ antea viuẽs iſtud nuſquam fuerit enutritum, haud ſane potuit in eo conſumpta fuiſſe portio vlla humiditatis alimentariæ. Hic me retardat vir Doctiſſimus inquiens priorẽ illam fetus vitã primis poſt conceptũ diebus ſine nutricatione traduci, quia nutritione opus non eſt, vbi partiũ nullus exhauſtus; poſtquã vero diſcretæ ſunt, & delineatæ partes, ſtatim & nutriri, & augeri prima vice fetum. Nãque vt ante conceptũ ſemẽ abſq; vlla partium delineatione dies aliquot in vtero tranſigere poteſt ſine altione; quippe tunc purũ adhuc eſt ſemẽ, quod ex ſe non alitur; aluntur enim partes in fetu formatæ; ita poſt conceptum ſtatim quum ſemen partes delineet, ac formet; neceſſarium eſt plane ilico à conceptu efformata quantulacunq; particula, quæ vel ipſis primis diebus ante alias oẽs, poſt cõceptionis actum, ſtatim enaſci dicitur, ſiue ea ſit Cor, ſiue Iecur, ſiue quæuis alia ſpermatica, vti diſertiſſime demonſtrat in ſuis Phyſiologicis Diſquiſitionibus acutiſſimus Coſtæus, neceſſe eſt inquam partẽ illam primis poſt conceptũ diebus ali, & augeri, quod ſimiliter in dies de ceteris aſſerendũ eſt, quæ deinceps in fetu efformantur;

A B C lib. 5.

A tur; neq; enim eo tēpore, quo maxime vrget incrementi neceſſitas, animam in particulis nuper efformatis ociari ſedentariam rationi cōſonum eſt; ſed puro eſt ſimile figmento, particulas primo poſt conceptū in fetu formatas expectare omnium aliarū diſcretionem, vt ſimul cum illis ali, & augeri incipiant; ita enim fetus non aletur, neque creſcet toto primo quadragenario; quum certo conſtet partium efformationē in fetu non abſolui ante quadrageſimam diem à conceptu; id tamen experimento re-

B fragatur; quo certum eſt fetum à conceptu, toto primo quadragenario in dies augeri, & partes, quæ prius efformantur, prius etiam ali, & augeri; Quare dicendum eſt fetum primis poſt conceptum diebus alimento vti, ſi non ad reſtaurationē deperditi, quia nil adhuc fuerit cōſumptum; ſaltē & ad auocādum magnum calorē inſitū, qui viget in fetu, ab humoris primigenij conſumptione; & ad partiū nuper genitarum nutritionem, & auctionem; qua maxime indiget fetus exilimus: Quod ſi

C accipias fetum ante omnium partium originem, is nondum fetus eſt, ſed ſemen, in quo nulla ſit pars delineata; nec vere alitur, quia in animali non aluntur niſi partes proprie dictæ; totum enim ad partium altionem ali, & auctionem augeri, teſtis eſt Ariſtoteles alicubi: ſed iam 1.de gent.35. redeamus vnde noſtra defluxit oratio. Præterea ſi puer in vtero degens, ſiue in lucem hanc editus, hoc priuilegiū haberet, vt nihil ſuæ ſubſtantiæ diffiueret, neq; primigeniæ, neq; alimentariæ; nihilominus illū nutriri deceret, ac oporteret; deceret quidē, vt auocaretur calor à

tam celeri conſumptione humidi ſubſtantifici; oporteret A
autem, vt in debitam molem augeri poſſet, quod obſer-
3.de an. t. 59. uat Ariſtoteles, ac omnino vt acquireret iuſtam orga-
norum quantitatem; quia multa inſtrumenta idonea,
& apta nõ ſunt ad actiones obeundas, niſi certam ma-
gnitudinem adepta fuerint; aſſequuntur autem in ani-
mantibus organa decentem ſibi quantitatẽ per nutritio-
nem ex alimentis: Quocirca inſtauratio deperditi nõ eſt
cauſſa propria, ſeu proxima, propter quã viuentibus hi-
ſce noſtratibus à Natura traditus eſt alimenti vſus, vt B
vulgo dicitur; etſi reuera nutricatio quadamtenus huic
inſtaurationi conſulat, hoc eſt, per accidẽs, ac ex neceſſi-
tate materiæ; atq; ideo nutritio ſecũdaria quadã ratio-
ne à natura viuentibus indita eſſe videatur: quo ſenſu
Philoſophis dicere placuit nutritionẽ eſſe inſtaurationem
eius ſubſtãtiæ, quæ à corpore nutriendo effluxit, mediã-
te alimento; quibus habetur non quidẽ vera nutritionis
definitio, ſed quædã eius explicatio, ſiue deſcriptio ꝑ ac-
cidentalia, quaſi dicatur nutritio inſtaurare mediante C
alimento id, quod e corpore nutriendo effluxit; ceterũ nu-
tritio proprie definienda eſt conuerſio alimenti in ſubſtã-
tiam eius, quod nutritur, vt calor inſitus quoquopacto
auocetur à conſumptione humidi radicalis, & vt orga-
na corporis iuſtã ſibi magnitudinẽ acquirant, retineãt-
que, quo poſſit vita diutius conſeruari, & viuẽs probe
ſuo munere fungi: ſic ergo refici quidem poteſt humi-
dum alimentare, ſed eius refectio non eſt cauſſa finalis
nutritionis, nec per ſe primo ad vitam neceſſaria.

Am-

A Amplius quid ſi dixero in nutritione haud vere, ac proprie refici humiditatem alimentoſam? quia nanque vlla non eſt alia ratio auocandi calorem inſitum a conſumptione humidi ſubſtantifici, niſi ei depaſcendum proponatur humidum alimentare; ideo poſterius alimentũ quum ſuccedat in vſum prioris iam conſumpti, nempe in auocationem caloris a celeri conſumptione humidi ſubſtantifici, dicitur ſecundario reſtaurare humidum alimentare iam conſumptum, dum in eius officium ſuccedit: ſic etiam aqua, vel alia humiditas iniecta in oleũ,
B quod eſt in lampade, aut ardente lucerna, retardare ſolet conſumptionem olei, auocando, diuertendoque calorem ignis quoquopacto ab exterminio olei ad ſeipſam: ea vero ante olei finem conſumpta, ſi denuo alia eius portio admiſceatur oleo, hæc proprie non reſtaurabit oleum, neque aquam, neque aliam humiditatem antea conſumptam, ſed bene in eius officium ſuccedet, quod eſt retardare conſumptionem humidi, ſiue olei reſidui,
C auocando totis viribus ab eo flammam: ita ergo alimentum poſterius in officium ſuccedit iam conſumpti, auocando inſitum calorem ab exterminio humidi radicalis, ac primigenij: non illud proprie reficit: & hæc omnia fiunt vbi calor humorem ſuperet, atque abſumat. Sin autem caloris uirtus humoris vigorem non ſuperet, neque alimentum, neque nutritio ad vitam eſt neceſſaria; quia niſi calor vim habeat ſupra humorem, humor a calore non abſumitur; quocirca non indiget humor vt calor ab eo auocetur, & diuertatur ad alimen-

ta; neque, vt vulgo dici conſueuit, indiget humor ſui A *refectione per nutritionem ex alimentis; Immo quum iſte humor primigenius in viuentibus hiſce ſublunaribus haud conſiſtat in indiuiſibili, ſed habeat notabilem latitudinem, ſiue quantitatem effatu dignam; quemadmodum contingit lucernam cum notabili quantitate olei ardentem perdurare multas horas abſque eo quod illi nouum oleum extrinſecus iugiter apponamus in locum eius, quod aſſidue conſumitur; ita profecto nihil eſt, quod prohibeat vitam ſublunarem per differentiã* B *temporis effatu dignam conſiſtere poſſe citra vſum alimenti; & ſine altione penitus, etiamſi calor humorem aſſidue depaſcere conſtituatur. His de cauſſis fieri poteſt, vt multa viuentia ſublunaria ſine alimento, & abſque nutritione quandoque viuant diutius; huiuſmodi ſunt ſemina omnia tum animalium, tum maxime plantarum, quæ vltra annum in horreo fecunda*
2. de gen an. c. 3. & 4. de reſp. c. 7. *ſeruantur; oua item cuncta & prolifica, & ſubuentanea, vt monſtrat Ariſtoteles; vniuerſa pariter ſer-* C *pentium genera, vrſi, glyres, & alia bruta; quæcunque hyeme latent in terræ penetralibus, aſſertore Gale-*
4. loc. aff. c. 1. *no; conſimiliter homines non pauci, quorum diuturnã vitam agentium ſine ullius alimenti aſſumptione plenæ ſunt exteræ, ac noſtrates hiſtoriæ: verũ de hac re latius in peculiari tractatu agimus; quem Deo fauente, propediem in lucem edemus inſcriptum* De ijs, qui diu ſine alimento viuunt: *Ex traditis ergo iam ſatis conſtare poteſt illud, quo per ſe primo, & immedia-*

te

A te innititur, & conſeruatur, ſeu ſuſtentatur vita ſublunaris in vniuerſum, eſſe calorem naturalem, quem primigenium vocant, & partibus corporis viuentis inſixum, a primordijs generationis cum animati temperamento genitum, non influentem, & aduentitium, ſine quo multæ partes, vt in ſyncope, aliquando per plures horas in uita ſeruantur; quo nomine alicubi dicit Ariſtoteles neceſſarium eſſe ſeruari calorem, ſi animal victurum ſit, nam ſolus calor inſitus ab ortu ad interitum idẽ (de iu. & ſen. in f.)

B ſeruatur in animatis ſublunaribus, influens uero & aduentitius ex alimentis eſt, & in dies varius, ſemperque nouus: Certum eſt item humorem radicalem, ut qui ad vitam eo ſolum nomine confert, quia impedit, ne calor detinens animã in corpore ſurſum a nobis euolet, conſeruare vitam ſecundario, & velut id ſine quo non permaneret calor hic apud nos in uiuentibus inferioribus: Manifeſtum eſt ſimiliter vitæ ſublunari conſeruandæ adhuc paullo remotius inſeruire ambientem

C aerem, aquam, ac terram tum extrinſecus refrigerantem, tum intrinſecus temperantem caloris inſiti feruorẽ; nam tale refrigerium ambientis haud alia ratione vitam ſublunarem conſeruare dicitur, niſi quia temperando caloris æſtum, eiuſque uires ideo remittendo, ac hebetando, prohibet quominus tam cito ualeat calor inſitus humidum radicale abſumere, illoque abſumpto, ſurſum euolare: Patet poſtremo alimentum, & nutritionem non eſſe quiddam neceſſarium ad uitam ſublunarem; atque ubi ei opem fert, quia id non præſtat, niſi

auocando

auocando calorem aliqua ex parte a conſumptione humidi radicalis, illumque diuertendo ad alimentare; ea- A
propter nutritio, & alimentum dicitur ſuſtentare uitam remote, ac fere per accidens: Vnde liquido iam apparet cauſſam per ſe, ac immediatam longitudinis, & breuitatis uitæ ſublunaris nullam eſſe aliam, niſi caloris natiui cum humido radicali proportionem, & improportionem; quanto enim calori humor fuerit proportionatus, & ſecundum uigorem æqualis, tanto humor poterit cum ſubiecti uiuentis ſanitate actiuitati caloris B
obſiſtere, ac ipſi eſſe impedimento, quominus tam cito euolet ad æthera; & hac ratione uitam producere longius: Quanto autem uiciſſim humor calori fuerit improportionatus, ſi quidem humor calorem in uirtute ſuperauerit, tanto citius calor ab humore ſuffocabitur, & uita morti cedet; ſi uero ex aduerſo calor humorem uiribus exceſſerit, tanto celerius humor a calore abſumetur, calor euolabit, & uita diſſoluetur: Alia tamen minus præcipua uitæ longitudinis, ac breuitatis cauſſa C
eſt non ex inſtituto Naturæ, ſed ex materiæ neceſſitate, ob quam arbores multæ diutius uiuunt quam animalia, & bruta nonnulla quam homines; quia ſcilicet calorem inſitum debilem obtinuere, & humidum primigenium craſſum, ac diſſipatu difficile; quum ex inſtituto Naturæ ſpecies humana brutorum genere uiuacior exiſtat, & animal generatim plantarum genere longæuius: Verum de ſublunaris uitæ longitudine, ac breuitate quũ generatĩ egerit ex profeſſo Ariſtoteles ſpecia-

tim

A tim vero tractare illius interſit, qui peculiarem contem-
plationem inſtituit de natura tum plantarum, ſeu ve-
getabilium; tum brutorum animalium; tum denique
hominis; propterea ſufficiat nos hucuſque perueniſſe; at-
que eo magis, quo exquiſita de longitudine, ac breuita-
te vitæ ſpeculatio ex ſe integrum volumen, atque hoc
longe maius expoſtulat; vt quæ integram ſibi Phyſio-
logiæ partem adſciuerit; quam poſt hanc excolere licebit.
Vita ergo ſublunaris generatim nititur, & conſeruatur
B per ſe primo quidem calore natiuo primigenio; ſecunda-
ria quadam ratione humore radicali; remote vero, ſed
ex neceſſitate refrigerio ambientis; remotiſſime, ac non
neceſſario alimentis.

De Proprietatibus vitæ ſublunaris generatim, & operationum illius. Cap. XII.

C VISO igitur quid ſit, quoue innitatur, ſiue conſeruetur vita ſublunaris generatim, ratio nunc dictat vt eius proprietates inueſtigemus: Has e duplici fonte poſſumus haurire; alter eſt materialis anima participata, & alter eſt corpus elementare illam phyſice in ſe habens; ſiquidem vita hæc definita eſt eſſe naturalis inexiſtentia animæ materialis in corpore ſublunari mediante calore natiuo. Quod itaque pertinet ad animam materialem participatam, quum anima quælibet huiuſmodi, ſiue ſit vegeta, ſiue ſentiens, ſi-

ue humana, ita in eſſe à corpore dependeat, ut ad ſubiectæ materiæ immutationem à generante, ſeu ab efficiente oriatur ſuo modo; quod alias oſtendimus; & orta ſublunare corpus informando ſic ab eo patiatur, ut ad corporis lationem moueatur, dimenſionem extendatur, decretionem minuatur, partitionem diuidatur, & diſſolutionem moriatur, ut alibi fuſius explicauimus; propterea fit ut ea uitæ ſpecies, quæ conſtituitur in eſſe ab inexiſtentia naturali animæ materialis in corpore habente calidum innatum, ſit generationi, ſiue ortui, mortique obnoxia; generationi quidem, ſiue ortui, ad originem illius animæ, à qua dependere dicitur; morti autem ad eiuſdem animæ interitum. Quod vero ſpectat ad elementare corpus, quod materialem hanc animam interuentu caloris innati phyſice participare dicitur, quum tale corpus, ut cetera omnia ſublunarium corporum genera, materia prima nitatur, cuius ea eſt innata propenſio ad nouas formas accipiendas, ut nulla eius portio ſit, quæ vnica forma perpetuo contineri, & ſatiari valeat; iccirco fit ut materiæ illa pars, quæ materialibus animis perficitur, nulli earum perpetuo nexu, & indiſſolubili valeat adiungi; Quare illud euenit vt omnis anima materialis ſigillatim quandoque materiei aduenerit, adiunctaque fuerit neceſſario; qui eſt illius ortus; & quandoque à materia ſit receſſura, ſiue diſiungenda; qui eſt eiuſdem interitus: Quemadmodum autem aduentu animæ materialis in corpus elementare ad eam propenſum vita ſublunaris enaſci dicitur;

Margin notes: de ort. an. hu. — 1. de ort. an. c. 13. 15. — 2. de ort. an. c. 1.

Margin letters: A, B, C

A *ita eiuſdem animæ ab eodem corpore diſceſſu eadem uita dicitur morti cedere. Conditio ergo vitæ ſublunaris in vniuerſum vna ea eſt, vt generationi, & corruptioni, ſiue ortui, & interitui obnoxia eſſe dicatur. Præterea quum vita ſublunaris non ſit vnio animæ cum corpore, ſed eiuſdem cum illo poſt actum vnionis permanſio, & coexiſtentia phyſica, ſiue conſortium naturale; quumque coexiſtentia nulla momentanea ſit, ſed præſertim hæc duret neceſſario per aliquod ſpacium tem-*
B *poris; nanque vel Ariſtoteli quidpiam generari non poteſt continuo, & corrumpi; ſed genitum vnumquodque debet aliquandiu in eſſe ſubſiſtere; ſane inter alias conditiones hanc etiam obtinet vita ſublunaris, vt non ſit momentanea, ſed temporaria, hoc eſt, tempore menſuretur, alias quidem breui, alias autem longiori, nunquam tamen æterno, quum ſit mortalis: Quæ omnia clare nos docuit Ariſtoteles inquiens alicubi cælum ſuis motibus admetiri ſpacia vitæ omnibus viuentibus*
C *ſublunaribus; & alibi vitam vniuſcuiuſque numerum habere, & eo determinari; omnem vero vitam menſurari circuitu, ſiue motu cæleſti; non tamen eodem prorſus circuitu omnem vitam admetiri, ſed hanc quidem minori, hanc vero maiori: his enim annus, his autem maior, alijs autem minor circuitus eſt menſura: Quum igitur menſura motus cæleſtis apud Ariſtotelem illud ſit, quod appellatur tempus; aperte ſatis conſtare poteſt omnem vitam ſublunarem tempori ſubiectam eſſe, & eo admetiri. Amplius quum vita*

8. phy. t. 65.
de mund. c 6.
2. de gen. t. 57.
4 phy paſſim.

Digitized by Google

ſublunaris eſſentialem habeat habitudinem non ad animam ſolum, verum etiam ad corpus; & ſi ad animã, ad eam, quæ dicitur materialis; propterea factũ eſt vt oẽs operationes vitæ ſublunaris in genere obiri debeant ab agente materiali: quumque omne agens, quod aliqua ratione commercium habere dicitur cum materia, ſiue in obeundis proprijs operationibus materiei miniſterio vtatur, ſiue non, neceſſario vel quandoque alio nomine à materia impediatur, vel id ſolum patiatur vt laborioſam habeat quamlibet diuturniorem operationem, etiam illam, in qua obeunda materialis organi officio non vtitur, vti eſt humanum intelligere, nedum ceteras, quæ materiale inſtrumentum poſtulant; quamuis autem hæc operatio inter alias functiones hominis aſſiduiſſima ſit, vt monet Ariſtoteles, quũ aſſidue magis contemplari, quam operari quippiam poſſimus; quo nomine paullo poſt inquit Ariſtoteles operationem contemplatiuam eſſe indefatigabilem: intelligendum tamen eſt hoc nõ abſolute, ſed magis quam ceteræ operationes, vt quæ minus liberæ ſint à materia; par eſt enim functiones quo magis à materiæ conſortio abſoluuntur, eo eſſe poſſe aßiduiores; ſed tamen ſi quoquopacto cum materia commercium habeant, ſimpliciter perennare nequeunt: quo factum eſt vt vnumquodque viuens ſublunare in diuturna quauis operatione ociari cogatur, ſeu requieſcere aliquantiſper opus intermittens; ſolæ nanque Mentes penitus à materia ſeparatæ perpetuam operationem indefeſſe moliuntur non niſi

A B C

10. ethic. c. 7.

quia

A *quia materiæ conſortium non habent, quæ vbique radix, & ſeminarium omnis imperfectionis exiſtens hoc ſemper efficit, ut agentia vniuerſa; quibus ineſt, ex neceßitate in diuturniori actione defatigentur adeo ut illam intermittere cogantur: Quocirca vita ſublunaris hanc aliam habet conditionem, vt nequeat in continua operatione uerſari, ſed in longa qualibet actione defatigetur, ita ut quietis alicuius indigeat neceſſario: Si enim quemadmodum non vno in loco ſcribit Ariſto-*
B *teles, humana omnia ad aßidue operandum defatigantur, & imbecillia ſunt; multo ſane magis hoc de alia quacunque vita ſublunari, quæ infra naturam humanæ vitæ contineatur, eſt aſſerendum, aut ſaltem non minus, tum quoniam humana vita paullo magis a materiæ commercio abſoluta eſt, quam cetera ſublunaria vniuerſa, quod infra ſuo loco monſtrabitur; tum etiam quoniam in uno homine omnia ea ſunt actiua principia, quæcunque in reliquis hiſce uiuentibus ſublunari-* 10. æthic. c.4. 2. mag. mor. cap. 19.
C *bus reperiuntur. Conditiones igitur uitæ ſublunaris generatim conſtat eſſe huiuſmodi; uitam ſcilicet ſublunarem quamlibet eſſe ortui, mortique obnoxiam; haud momentaneam, ſed temporariam; non ſemper in negotio degentem, ſed ocioſam aliquando, ſiue ab opere quieſcẽtem, ac diuturnam quamlibet operationem haud ſine labore ſuſtinentem: Quum autem actiones vniuerſæ proportione quadam neceſſario reſpondeant eſſentiæ illi a qua proficiſcuntur, plane rationi conſonum eſt ad conditiones uitæ ſublunaris, & animæ materialis, actio-* Vide lib. 3. cap. 14.

nes uniuerſas uiuentium noſtratium generationi, & corruptioni obnoxias eſſe; ſiue ortui, & interitui; tempori ſubiectas eſſe, non momentaneas; uti uel de ipſo in- A
de mem. & rem. cap. 1. *telligere quandoque monet Ariſtoteles; nec iugiter, indefeſſe, aut irrequiete perennare poſſe. Verum de his infra ſpeciatim fuſius in unoquoque ſublunaris uitæ genere tractandum.*

Quotuplex ſit Vita ſublunaris, ſiue quot, quæue ſint primę illius differētię, ſeu ſpecies. Cap. XIII. B

AD exactam plane uitæ ſublunaris generatim ſumptæ conſiderationem illud unum remanet explicandum, Quotuplex ipſa ſit, ſiue in quas differentias, aut ſpecies primum diuidatur: Qua de re certe ſi Ariſtotelem conſulamus, uitam ſublunarē in uniuerſum diuidere fortaſſe poterimus in duas differentias, & ſpecies primas, nempe in uitam plan- C
tarum, & in uitam animalium; ſcribit enim aliquando
6. top. cap. 2. loc. 73. *Philoſophus hac de re ita, Vitam autem, quam definiuit Dionyſius per nutritionem, non ſecundum unā ſpeciem uidetur dici; ſed altera quidem animalibus, altera plantis ineſt. Niſi dicamus hanc eſſe diuiſionē potius uitæ in communi, quæ partiatur in uitam plantarum, & uitam animalium; animalium inquam tam ſublunarium, quam cæleſtium; ſiquidem & ali-*
1. de plant. c. 1. *bi admonet animalia cæleſtia perfecta cum noſtratibus*

hiſce

Digitized by Google

A *hiſce diminutis quiddam habere cummune, quod uocatur vita; quo nomine recte ſane damnaſſet Dionyſium Philoſophus definientem vitam in genere per nutritionem, quæ nullo pacto cõuenit vitæ animalium cæleſtiũ. Ceterum iam diſtinximus uitam generatim in cæleſtẽ, & ſublunarem; ſublunaris autẽ partitionem dum inquirimus ex inſtituto (quod nuſquam præſtitit Ariſtoteles, vbique, & præſertim loco allegato de Vita perfunctorie agens) rei naturam altius introſpicere, &*
B *cauſſam diuerſitatis ſpecierum uitæ huius indigare neceſſe eſt. Qua quidem in re licet uita ſublunaris in uniuerſum ſit naturalis inexiſtentia animæ materialis in corpore ſublunari mediante calore natiuo; quia tamen multæ ſunt ſpecies in genere animæ materialis appellatæ, & multis modis animæ iſtæ in tali corpore inexiſtunt; propterea factum eſt vt ad uariam inexiſtentiã differentis animæ in corpore elementari, neceſſario ſublunaris vitæ ſpecies ſint multiplicandæ. Quum itaq;*
C *tres ſint primæ ſpecies animæ materialis, uegetatiua nimirum, ſenſitrix, & humana; ſintque illarum cuiuslibet duo actus, iuxta quos elementari corpori prædicto uniuntur, nempe actus primus, qui eſt animæ ſubſtantia; & actus ſecundus, qui dicitur operatio ab animæ ſubſtantia proficiſcens; Quod quidem attinet ad actum primum, iuxta illum non conſimiliter inexiſtunt omnes animæ materiales in corpore, quod informant; quum enim eſſentia cuiuſque animæ materialis conſtituatur multis partibus (nam Ariſtoteli dantur* a. de ort. an. hu. c. 1. 8. phy. t. 9.

ſub-

3. meta. t. 9. *ſubſtantiæ intellectuales compoſitæ ex materia, & forma, præter ſenſibiles; eæ uero non ſunt niſi animæ) Anima intrinſece componitur in plantis quidẽ ex uegetali generica, & ea quæ propriam plantæ ſpeciem conſtituit diuerſam a ceteris; in brutis autem animalibus ex uegetali, & ſenſitrice generica, hac quidem proxima, illa uero remotiori, & ea quæ determinat certam bruti ſpeciem; in homine tandem ex uegetali, ſenſitrice, ac rationali: Eſſentia uegetalis animæ in ſtirpibus tum quoad partẽ genericam, tum etiã quoad partem ſpecificam, inexiſtit in corpore ſuo extenſibiliter, & ſecundum omnem ſui dimenſionem; huiuſmodi autem rei euidentiſſimum illud eſt argumentum in ſtirpibus, quia illarum pars unaquæque, etiam ab alijs diuiſa uim habet conſtituendi nouam ſtirpem eiuſdem ſpeciei, ut mox latius apparebit; quod ſane haud contingeret, ſi anima plantæ, quoad ſui partem quoq; ſpecificam expanſa non eſſet in omnes ſubiecti corporis particulas: Ita etiam eſſentia ſentientis animæ in brutis animalibus tum iuxta partes genericas, uegetalem nimirum, & ſenſitricem; tum quoq; iuxta ſui partem ſpecificam ſubiecto corpori coextenditur, quod in inſectis manifeſto experimento comprobatur, dum biperti to lumbrico pars utraque coaleſcens ex uno duplicem lumbricũ efficit: Eſſentia uero animæ humanæ quamuis iuxta ſui partes genericas, uegetatricem inquam, & ſenſualem, corpori noſtro coextendatur; nihilominus iuxta ſui partem ſpecificam, quã uocamus animam*

A (beside line 1), B (beside "ſtirpibus tum quoad…"), C (beside "ticulas: Ita etiam…")

Digitized by Google

A *mam rationalem, in nobis ineſt indiuidue, tanquam punctum in corpore, hoc eſt in vna tantum corporis noſtri particula, & in ea non extenſe; id quod fuſius alibi demonſtrauimus: ex his neceſſario ſequitur inexiſtentiam animæ humanæ in corpore noſtro ſecundum ſpeciem differre ab inexiſtentia & animæ irrationalis in corpore bruti, & animæ vegetalis in corpore plantæ; atque ideo vitam humanam ſpecie diſtingui à vita brutorum animalium, ſimul & à vi-* de ort. an. hu.

B *ta plantarum. Verum quod pertinet ad animæ actum ſecundum, neque penes illum omnes conſimiliter animæ materiales in elementari corpore phyſice inexiſtunt; nanque anima humana corporis commercium habet penes actum primum, & penes illum ſecundum, qui ſibi communis eſt cum ceteris animis inferioris naturæ; at penes ſui operationes proprias, quibus à reliquis animis contradiſtinguitur, partim cum corpore conſortium habere dicitur, vt in riſu, admira-* de mem. & rem. cap. vlt.

C *tione, reminiſcentia, & huiuſmodi; partim à corpore abſoluitur, vt in contemplatione, velle, ac nolle, & alijs;* 2. de gen. a a. c. 3. *quemadmodum alicubi ſcriptum reliquit Ariſtoteles, & nos alibi, atque infra fuſius diſputamus: At vero* de ort. an. hu. *eſſentia & vegetalis, & ſentientis animæ vbique inexiſtit in corpore ſubiecto iuxta vtrunque actum, primum videlicet, ac ſecundum; quippe omnes iſtarum animarum operationes neceſſario indigent aliquo inſtrumento corporis, in quo fiant; nō tamen ſimili modo; nam anima vegetalis corpori ſuo coextenditur & quoad eſ-*

 ſentiam,

ſentiam, & quæ ad plurimas, ac fortaſſe omnes ſui ope- A
rationes; nulla etenim particula eſt in corpore vegetan-
tis, quæ ſtatutis temporibus non alatur, atque augea-
tur; adde etiam, ſi placet, quæ non generet quoquopacto
ſibi ſimile, puta ſaltem dum in nutritione conuertit ali-
mentum in ſui naturam: nutritio etenim vel ex Ariſto-
1.de gen t. 38. 39.41. tele dicenda eſt generatio quædam; ſed proprie loquendo
actio vitæ vegetalis propagatio ſobolis nuncupata, quæ
eſt generatio ſimpliciter noui indiuidui in eadem ſpecie, à
nutritione, atque augumento diuerſa eſt, & vni tantũ- B
modo parti vegetabilium à Natura eſt adſcripta, ni-
mirũ illi, quæ ſemen gignit: Niſi etiam dicere velimus
inſitã eſſe vnicuiq; particulæ in ſtirpibus vim, & facul-
tatem generandi nouã plantam eiuſdẽ ſpeciei; quod ſa-
De lõg. & br. vit. cap. vlt. ne conſtare poteſt apertiſſime tum ex Ariſtotele aliquan-
do ſcribente plantas vbique, ſiue in qualibet ſui parte
habere potentia radicẽ, & germen; tum etiam ex rei na-
tura, nimirũ ex varietate propagationis & naturalis,
& artificioſæ, quã in ſtirpibus obſeruare poſſumus, vt C
luculenter adnotauit Doctiſſimus Præceptor Coſtæus in
Lib.1.c.13.& 40. ſuo illo vere aureo libro De vniuerſali ſtirpium natura,
cuius dogmata in propoſito quicunque viderit, apertiſ-
ſime cognoſcet ſingulas plantarũ particulas in vniuer-
ſum habere vim generandi, ſeu germinandi, vt ait Ari-
De lõg & br vit. cap. vlt. ſtoteles; ac proinde ſingulas operationes animæ vegeta-
lis, nutritionem ſcilicet, augumentum, & propagationẽ,
coextendi toti corpori, ſeu conuenire ſingulis particulis
corporis vegetabilium. Ceterũ in brutis animalibus eſ-

ſentia

A ſentia quidem animæ irrationalis corpori ſubiecto coex
tenditur; nulla tamẽ eſt brutorum operatio, quæ corpori
ſimiliter coextẽdatur; oſſa nanque, aliæq; partes in bru
to animali exiſtunt, quæ nullam penitus habent opera-
tionem ſenſualem, neque enim tactum, qui eſt omnium
ſenſuum maxime materialis, & corpori extenſus. Dif-
fert igitur naturalis inexiſtentia vegetalis animæ in cor
pore ſtirpis, ſaltem ſecundum ſpeciem, ab inexiſtentia
ſentientis animæ in corpore bruti, non minus quam ab
B iſtarum vtraque ſeorſum differat naturalis inexiſten-
tia animæ humanæ in corpore noſtro. Ex quibus item
aperte conſtat in genere vitæ ſublunaris, quæ definita
eſt eſſe naturalis inexiſtentia materialis animæ in cor-
pore habente calorem innatum, differre vitam planta-
rum à vita brutorum animalium, & vitam humanã
ab vtraque illarum, ſaltem ſecundum ſpeciem. Tres
itaque ſunt ſpecies vitæ ſublunaris, nimirum vita ve-
getalis, vita ſenſualis, & vita humana.
C

Quid ſit vita vegetalis in vniuerſum, & quomodo definienda. Cap. XIV.

DE iſtis vero ſpeciebus vitæ ſublunaris
ſeorſum tractaturi, propoſitæ nobis ab
initio viæ inſiſtentes primo loco vitæ
vegetalis naturam contemplabimur.
Quod ergo pertinet ad eſſentiã, ſiue ad
quidditatem vitæ vegetalis in vniuerſum, ita ex an-

Digitized by Google

tea explicatis unicuique manifeſtũ eſſe arbitror vitam A
vegetalem generatim acceptã nihil aliud eſſe, quam na-
turalem inexiſtẽtiam animæ vegetalis in corpore, quod
informat, mediante calore natiuo, vt ſuperfluum eſſe iu
dicem in iſta ſpeculatione diutius immorari. Si quis ta-
men ad hoc vitæ genus accommodare maluerit defini-
de reſpir. c. 7. *tionem vitæ in Paruis Naturalibus ab Ariſtotele pro-*
mulgatam, & definire vitam vegetalem in communi
eſſe moram, ſiue permanſionem animæ nutritiuæ cum
calore (dummodo ſermõ ſit de mora, ſiue permanſione B
phyſica) nihil refert; ab ea enim noſtra definitio nõ dif-
ferret, niſi quoad verba, quemadmodum ſatis conſtare
poteſt ex ſuperioribus, ubi Ariſtotelis illam definitionẽ
explicauimus: Quamuis autẽ vtraque harum defini-
tionum vegetalis vitæ naturam explicet, noſtra tamen
fortaſſe clarior exiſtit, & diſtinctè magis definiti eſſen-
tiam aperit; quo nomine ipſam ſtudioſis proponendam
duximus; ij de illa iudices æqui ſunto.

C

De Proprietatibus Vitæ vegetalis in communi. Cap. XV.

DEFINITA *natura Vitæ vegetalis in genere, tranſeamus nunc ad eius proprietates, atque operationes inueſtigandas: Quod itaque ad proprietates eius attinet, quum vita vegetalis in uniuerſum eſſentialem obtineat habitudinem ad animam ve-*

getalem

A getalem, quæ ceteris animis eſt imperfectior, communior, in Naturæ ordine prior, & materiei magis addicta; imperfectior quidem, quippe quæ ſui præſentia ſubiectum corpus diſponit ad alias animas ſuſcipiendas; communior autem, quoniam aliæ animæ materiales nullibi eſſe poſſunt ſine vegetali, quæ tamen abſque alijs reperitur in plantis, & earũ ſeminibus, quod & Ariſtoteles admonet; prior uero in ordine Naturæ, ſeu via originis, quia Natura in condendis rebus vbique ab imperfectioribus, & communioribus exordiri conſueuit; materialior denique, vt quæ ſola inter animarum genera ſubiecto ſibi corpori coextenditur & penes eſſentiam, & penes operationes; quod paullo antea demonſtrauimus; procul dubio Vita vegetalis & ipſa, quæ ab huiuſmodi anima per ſe primo dependet, erit imperfectior, tanquam præuia diſpoſitio ad alias Vitæ ſpecies; communior; ordine Naturæ, ſeu via originis prior; & magis materiæ immerſa, quã C ſint ceteræ ſpecies in genere vitæ ſublunaris, propter eaſdem cauſſas omnino: Quo factum eſt vt non ab re in doctrina Peripatetica dici conſueuerit tum quæ in ouis, & quæ in animalibus gignuntur, principio viuere vita plantæ; tum etiam hominis fetum in vtero prius viuere vitam vegetalem, mox vitam bruti animalis, denique vitam hominis; etiamſi caute hoc aſſerendum ſit, vt alibi obſeruauimus. Præterea quum anima uegetans, a qua per ſe primo dependet huiuſmodi vita, ſit penitus materiæ immerſa, proindeque interitui

2. de an. t. 31. de reſp. c. 4. & alibi.

3. de gen. an. c. 2

de gen. an. c. 3.

2. de ort. an.

tui

tui obnoxia penes omnem ſui partem; eſt enim materia corruptionis cauſſa rebus omnibus, quibuſque ineſt, uel ex Ariſtotelis obſeruatione; profectò neceſſarium eſt uitam uegetalem eſſe omni ex parte mortalem, ita ut corrupta uegetali anima, & mortuo uegetante, nihil omnino ipſius remaneat ſuperſtes. Amplius quum anima uegetalis in omni ſua operatione utatur inſtrumento materiali, & omnino id a materiæ conſortio patiatur, ut laborioſam habeat quamlibet diuturnam operationẽ; quod ſuperius demonſtratum eſt; quumq; labore defatigata omnia efficientia naturalia ſoleant quiete refocillari, & roborari, Naturæ legibus; iccirco euenit ut uita uegetalis nullam obtineat functionem diuturnam ſine labore, nullumque laborem ſine requie: Quo factum eſt ut uita uegetalis non ſolum haud ſemper una edat omnia ſua munia; ſed in quauis operatione obeunda per uices ab opere quieſcat alias longo, alias breuiori tempore; quare non ſemper augentur, aut generant, aut etiam aluntur uegetantia; ſed alias aluntur ſolum, alias etiam creſcunt, alias generant ſolum, ut ſemina; immo & quæ aluntur, non ſemper ex neceſſitate aluntur, ſed quandoque nutritionem intermittunt, alias euidenter, ut arbores annuæ, & quibus hyeme folia decidunt; alias tempore inſenſibili, cuiuſmodi eſt quies, quæ reperitur in reſpiratione animaliũ inter inſpirationem, & expirationem; cuius rei argumentum euidens eſt in creſcentibus, quæ licet eadem alimenti menſura utantur, haud tamen ſemper, cæteris

7.meta t. 53. 12.meta.t. 30.

A B C

pari-

A *paribus, eadem menſura creſcunt in differentia tempo- ris æquali; quod illud etiam demonſtrat, quia creſcen- tia nunc magis, nunc minus augentur, nunc item conta- beſcunt, rurſum poſtea incrementum ſuſcipiunt, nullo extrinſecus uariato: ex quibus apprime colligere poſſu- mus tum nutritionem, tum quoque augmentũ actio- nes eſſe, quæ non careant propria quiete, ac debita in- termiſſione. Sed hac de re alibi fuſius, & infra com- modiori loco.*

B

De Operationibus Vitæ vegetalis in genere, quot, quæq; ſint; & ſpeciatim oſtenditur decrementum non eſſe actionem vitæ vegetalis, immo nec vitæ omnino. Cap. XVI.

QVOD *autem ſpectat ad operationes vitæ vegetalis, recenſent Philoſophi omnes inter actiones vitæ vegetalis nu-* C *tritionem, augmentum, decrementũ, & generationem ſimilis indiuidui in eadem ſpecie, ita ut quatuor ſint vegetalis vitæ operationes; Nos autem non poſſumus inter operationes* Vide lib. 3. cap. 15. *vitæ uegetalis vllo modo connumerare diminutionem; quoniam imminutio non eſt reuera operatio vitæ ab anima prodiens, ſed mera paſſio corporis animati cum a calore, tum ab externis iniurijs, tendens ad interitum, & omnino morbus, ſiue præuia diſpoſitio ad morbum, quin potius ad mortem; per diminutionem ſiquidem* ani-

Digitized by Google

animans in eum ſtatum deuenit, in quo non poteſt probe fungi uitæ muneribus; quod uero lædit operationes uitæ apud Medicos morbus eſt, aut morbificum quid. A
Amplius actiones vitæ illæ dicuntur eſſe, quæ a uiuente debent primaria ratione intendi, & expeti, quibuſq; uiuens redditur aliquo modo perfectius; ſunt enim uel
2. de an. t. 2. *Ariſtoteli actiones omnes actus ſecundi, ac fines, ſiue*
2. de an. t. 49. *perfectiones ſaltem accidentales operantis: At imminutio a uiuente non deſideratur, ſed abhorretur; non enim uiuens ullum ſublunare decretionem intendit, ſed* B
illam pro uiribus euitare ſtudet, ubique ſatagente anima beneficio nutritionis nouam ſubſtantiam apponere in locum deperditæ; neque uiuentia decremento perficiuntur, ſed maxime labefactantur; immo ſenectus, in qua uiget maxime decretio, nequeunte anima, ob caloris inopiam uiribus deſtituta, corpori adiungere tantum alimenti, quantum ſatis eſſet ad illud reſarciendū, quod aſſidue conſumitur, ſenectus inquam, ob decrementi culpam, morbus appellari conſueuit; lædit enim actio- C
nes decretio uitiando inſtrumenta; quia organa corporis niſi debitam obtineant magnitudinem, & conſiſtentiam incepta ſunt ad operationes obeundas, ut liquido conſtare poteſt in pueris; ij nanque aliquas operationes obire nequeunt non niſi ob inſtrumentorum paruitatem, ac debilitatem; nequeunt enim generare, nec
7. phy. t. 20. *perinde ſenſibus uti ut adulti, quod ait Ariſtoteles; immo nec amare, nec odiſſe, nec recordari, nec ridere, nec alias plures operationes obire poſſunt niſi poſt aliquot*

men-

A *menſes, uel etiam annos ab ortu, ubi organa talibus*
actionibus inſeruientia iuſtam molem, debitũq; robur
adepta fuerint: Quare decretio non eſt propriè numerã-
da inter vitæ functiones ab anima prodeuntes. Eſt aũt
decrementũ mera paſſio; & hoc ad differentiã Amoris,
Iræ, Spei, & aliarũ viuentis operationũ, quæ Paſſiones
appellantur, quum tamẽ puræ paſſiones nõ exiſtant, ſed
in ijs anima quidpiã efficiat, quia cognoſcit, aut appetit;
eſt inquã decrementum pura paſſio viuentis; quia in eo
B *anima nihil penitus efficit, ſed viuẽs omnino patitur, &*
patitur maxime ab extrinſecus occurſantibus inani-
matis, a motibus, & a calore innato, quibus omnibus
viuentis ſubſtantia conſumitur: patitur quidem viuẽs
in decremento a calore inſito, nõ quatenus ab animæ in-
ſtrumento, ſed quatenus à qualitate ignea in tẽperamen-
to depaſcente humorem, quo impeditur ad aſcendendũ;
haud enim anima calore vtitur ad conſumendũ humi-
dũ ſubſtantificũ; immo potius & in decremento anima
C *ope caloris per nutritionẽ anxie ſatagit humidi conſum-*
ptionẽ retardare, vt abunde oſtendimus ſuperius; Alio-
quin ſane anima ſui corruptionẽ tentaret, quũ materia-
lis anima citra corpus non ſubſiſtat, & in corpore ſine
humore non permaneat: ſed calor ipſe inſitus tanquam
prima qualitas actiua in temperamento, ex ſui natura,
citra vllum animæ officium, humorem ſibi obſiſtentẽ, ac
reluctantem, & ſui lentore impedientem ne ad propriũ
locum ſurſum feratur, atque ideo ſibi contrarium cõſu-
mit; vnde viuentis ſubſtantia imminuitur, niſi anima

per nutritionem nouum humorem, aut in æqua portione, aut in maiori, corporibus viuentium apponat; Quo fit vt augumentum, & nutritio ab anima fiant, ſintq; proinde functiones vitæ, non item decrementum: vnde illud quoq; colligitur & inanimata eadem ratione iminui poſſe ac viuentia, ſed non augeri; diminuitur nanque ferrum rubigine; cadauera etiam calore temperamenti conſumente humidum, & eo cōſumpto euolante, imminuuntur, ac diſſoluūtur; & in Adagijs quoq; ſcriptum legimus lapides longo tempore vitiari; quādoquidem vel ipſamet conſumuntur, ac decreſcunt ſaxa; & in vniuerſum omnia miſta nimiam ob vetuſtatē tum a cauſſis externis, tum ab interno calore iugiter conſumente humidum, alias quidem citius, & euidentius, vt in animalibus, in quibus calor vegetior eſt, & ſubſtantia mollior, ſiue humor diſſolutu facilior; alias vero tardius, & obſcurius, vt in lignis, & miſtis inanimatis, in quibus calor internus remiſſior eſt, & ſubſtantia corporis durior; ſiue humor ſubſtantificus diſſolutioni contumacior: Quare decrementum proprie conuenit miſto, vt miſtum eſt, ſiue animato, quatenus eſt corpus miſtum ex quatuor elementis; quum augumentum animato conueniat, quatenus eſt vegetans; quippe augumentum eſt per nutritionē, quæ actio eſt vegetantis animæ: vere igitur decretio connumeranda non eſt inter operationes vitæ vegetalis. Sed loco decretionis in genere operationum vitæ vegetalis ponendam putamus conformationem, ſiue fabricam inſtrumentorum

A

B

C

Vide lib. 3. cap. 18.

A *rum ad viuentis operationes requiſitorum: eſt enim for-*
matio partium viuentis à principio, vel ex Ariſtote- 2. de gen. an. c. 1.
le, operatio quædam animæ vegetalis reipſa diſtin- 4. de gen. an. c. 4.
cta a nutritione, augumento, & generatione prolis; Vide lib. 3.
nanque generatio eſt operatio animæ generantis, quod cap. 17.
in animalibus Parens eſt, in plantis vero arbor ſemen
proferens; at conformatio partium corporis viuentis
eſt actio viuentis geniti, mediante anima ſibi propria,
quæ præparat ſibi domicilium non deformatum ante, 1. de an. c. 2. 2.
B *vt inquit Themiſtius, & nos alibi fuſius demonſtra-* de ort. an. hu.
uimus. Sunt ergo vegetalis uitæ operationes quatuor
iſtæ, nutritio, augumentum, generatio prolis, & con-
formatio partium viuentis, ſiue conſtitutio inſtrumen- Vide lib. 3. cap. 17.
torum ad obeundas vitæ operationes reliquas neceſſa-
rio requiſitorum: quæ ſingulæ ita prodeunt ab anima
vegetali, vt earum nullo modo cauſſa eſſe poſſit alia vl-
la ſpecies animæ, neque ſentiens, neque rationalis, vti
docet nos Ariſtoteles inquiens, Quod ſi animatorum 1. mag. mor. cap. 5.
C *cauſſa eſt anima, atque animæ talium partium nulla*
alendi fuerit cauſſa, quales ſunt rationalis, vel iraſci-
bilis, vel concupiſcibilis, ſed alia quædam præter has,
& ei nullum magis peculiare poſſumus nomen, quam
alentis accõmodare. Quæ obiter adnotaſſe uolumus ad-
uerſus eos, qui opinantur animam humanam, & bru-
talẽ eſſe ſimplices ſubſtantias, & eas omnes operationes
obire, quæ a vegetali edi conſueuere: & hoc eo quia ſint
ipſa perfectiores: quaſi abſolute verum ſit Quicquid po-
teſt virtus inferior, idipſum poſſe ſuperiorem, quod ta-

Digitized by Google

men a veritate longe abeſt; nam ſentiunt, ac diſcurrũt A
homines, quas tamen functiones non habent animalia
cæleſtia, nec Intelligentiæ ipſæ ſecundum ſe, nec omnino
Mentes à materia ſeparatæ, quæ ſunt virtutes anima
humana, ſiue humano Intellectu, ſenſuque ſuperiores; ſi
quando tamẽ vera eſt allata regula, id tunc euenit ſolummodo, quando loquimur de virtutibus eiuſdem generis, tum quoque de functione generica, non autem ſpecifica; modo Intellectus hominis, teſtimonio Ariſtotelis, (2. de an. t. 11.)
aliud genus eſt animæ, quod a ſenſuali, & a vegetante B
anima ſeparatur, tanquam æternũ a corruptibili: Nutriri vero, ſentire, ac huiuſmodi functiones ſunt ſpecificæ plantarum, & animalium, non genericæ, vt perficere, continere, atque ſpecificare materiam ſubiectam; ex eo itaq;, quod anima rationalis eſt nobilior uegetali, ac ſenſuali, & hæc vegetante; quum vegetans nutritionẽ promoueat, & ſentiens ſenſationes; non fit proinde vt ſentiens abſque vegetali alere poſſit, & rationalis abſq;
vtraque nutritionem, ſenſationeſque promouere; ſed hoc C
tantummodo fit, vt nobiliori modo ſenſitrix quam vegetans, & rationalis quam aliæ duæ propriã materiam
actuet, ſiue perficiat, contineat, atque ſpecificet: Ita quæ ſenſibus bruta cognoſcunt, ea homines diſtinctius mente percipiunt; & quæ ab hominibus per diſcurſum dignoſcuntur, illa omnia Diuinæ Mentes nobiliori modo, puta per ſimplicem intuitionem apprehendunt; eſt autem cognitio functio generica brutis, hominibus, & Intelligentijs conueniens. Sed iam redeamus ad penſum.

De

A

De conditionibus operationum vitæ Vegetalis. Cap. XVII.

QVVM *autem nutritio, auctio, generatio prolis, & organizatio pendeant ab anima vegetali; quæ quum ſit virtus quædam ſublunaris, in omni ſua operatione gubernatur a motu cæli; neceſſarium ete*

B *nim fuit, vt ait Ariſtoteles, mundum hunc inferiorẽ contiguum extare ſuperioribus lationibus, vt omnis eius virtus gubernetur inde; quumque tempus ſit menſura motus cæleſtis potiſſimum, eidem Ariſtoteli, neceſſario plane ſit vt prædictæ functiones vegetales, quum pendeant a motu cæleſti, qui nihil agit momento: quippe intrinſecus tempore menſuratur, opus eſt inquam, vt actiones vegetales temporariæ ſint, non autem ullo modo momentaneæ. Quod inde etiam conſtat, quia iſtæ*

1. mete. c. 2.
4. phy. t. 133.

C *operationes uitæ uegetalis omnes aut includunt motũ, aut ſunt motus, ſub genere motus includendo generationem cum Ariſtotele; at apud eundem cæli motus, cuius menſura eſt tempus, dicitur eſſe menſura omnium motuum cuiuſque generis; immo quoque tempus Ariſtoteli definitur eſſe menſura omnis motus, licet primo ſit menſura motus cæli. Adde ſingulas operationes uitæ vegetalis prodire a uiuente, ueluti ab agente adæquato; at uiuẽs corpoream ex ſe naturam habet, atque ad operandum corporeo utitur inſtrumento; quum autem nul-*

3 phy. t. 6. & Poſtprædic.
8 phy t. 76.
4 phy. paſſim.

lum

lum corpus quidpiam agere poſſit niſi moueatur, aut ſal A
tem non ſine motu abſolute; corpus uero mouere neque-
at niſi & ipſum moueatur; motus autem tum quo cor-
pus mouet, tum quo idem mouetur, fiat neceſſario in
Vide lib. 3. cap. 16. *tempore, non momento; plane aſſerendum eſt omnem*
actionem uitæ uegetalis temporariam eſſe, non momen
taneam Præterea quatuor prædictæ functiones prode-
unt quidem omnes a uita uegetali, attamen haud ſem-
per, ſeu neceſſario; nec ubique, ſiue in quocunque uegeta-
lem uitam agente, nam uegetabilium aliqua ex ſe non B
aluntur, non creſcunt, non uere generant, ſed ſolum for-
mant organa uiuentis, ut ſemina prolifica, ſiue matura
e plantis deciſa; Non enim reuera generat ſemen nouam
plantam, ſed ipſum eſt noua planta ab altera genita;
planta enim perfecta generat proprie ſemen, quod eſt
de reſpir. c. 7. *planta imperfecta, ut ait Ariſtoteles, eo quia diſtin-*
ctas plantæ partes non obtinet, acquirit autem illas ab
anima propria beneficio facultatis formatricis: Semen
uero non generare nouam plantam, ſed ipſummet eſſe no C
uam plantam, licet imperfectam, ſiue non adhuc orga-
de ort. an. hu. *nizatam, genitam a ſtirpe, a qua decidit, abunde alias*
monſtrauimus; nunc autem ratio iſta ſufficiat, quia ſe
men a planta futura non differt, niſi ſecundum materi-
am; habet enim eandem formam, ſeu animam; ſed non
obtinet materiam, ſeu corpus eodem modo, ideſt, actu
organizatum: Quare ſicuti femina, quæ mare imperfe
ctior eſt ſecundum materiam ſolum, etſi non prorſus ita
ut ſemen dicitur eſſe imperfectius planta: ſicut inquam
femina

Digitized by Google

A ſemina ex ſe generare nequit; ita nec ſemen, quod in ſuo genere longe imperfectius eſt quam ſemina; generatio ſiquidem perfectiſſimum eſt opus naturæ, ac vbique opera perfectionem ſuam ab eſſentia, vnde prodeunt, acceptam referunt: Adde Ariſtotelem clare adſcribentem vim generandi ſibi ſimile ijs viuentibus tantum, quæ perfecta ſunt; quum itaque ſemen, eodem Autore, ſit viuens imperfectum; non poterit plane ſemen generare ſibi ſimile ſecundum ſpeciem: Alia vero quædam vegetabilia nutriuntur, & augentur, ſed non generāt, ut mulus, & quæ Ariſtoteli habent generationem ſpontaneam, hoc eſt, quæ oriuntur non a certo, ac determinato efficiente, ſed ſponte, ſiue caſu a calore Solis, vel ab alio quouis producuntur ex putri materia; generatio etenim animalibus competit, non vt animalia ſunt, ſed vt vegetabilia, nempe ab anima vegetali, quamuis gubernata in opere a ſenſitrice, quemadmodum abūde alibi oſtendimus: Atque hoc illud eſt, quod ſcribit Ariſtoteles inquiens vegetatiuam animam & alijs uiuentibus ineſſe præterquam plantis, & primam omnium, & maxime communem potentiam animæ eſſe, ſecundum quam ineſt ipſum uiuere, hoc eſt, uegetare omnibus uiuentibus, quibus ipſa ineſt; cuius opera ſunt generare, & alimento uti, & quæ ſequuntur: Alia in genere uiuentium uitam uegetalem neque augentur, neque nutriuntur, neque generant, neque formant organa uitæ, ut oua, præſertim ſubuentanea, & ſemina plurima: Alia nutriuntur, & augentur vt ſtirpes omnes, & animalia

2. de an. t. 34.
De reſpir. c. 7.
B
2. de an. t. 34.
De ort. an. hu.
C
2. de an. t. 34.

Digitized by Google

malia ſublunaria perfecta, hoc eſt, organizata, ſed A
non ſemper augentur, tum quoniam quandoque in eodem ſtatu permanent, tum quoniam quandoque decreſcunt, ut in ſenio potiſſimum; tabeſcunt enim ſtirpes, & marcorem patiuntur ob nimiam uetuſtatem; neque ſemper nutriuntur, ut plantæ multæ extra humum, & quæ in humo hyeme folijs carent, atque alia quamplura; de quibus alibi fuſius agemus in proprio tractatu. Amplius quum anima uegetans, & uita ab ea prodiens, ſit ceteris animis, ac reliquis ſubluna- B
ris uitæ ſpeciebus communior, in ordine Naturæ prior, materialior, & imperfectior; eandem ſane legem ſubire debent operationes uitæ uegetalis in reſpectu ad operationes aliarum ſpecierum uitæ; quippe actio ubique proportionata eſt eſſentiæ illi, unde prodit; ſunt autem operationes uitæ uegetalis operationibus uitæ ſenſualis, & rationalis communiores, non quidem quia illas, tanquam minus communes, ac ſui ſpecies, ſub ſe conti-
neant; aut quia uniuerſaliorem naturam habentes plu- C
ribus gaudeant ſpeciebus; at ſolum quia functiones uegetales in plantis abſque alio functionum genere, atque in omnibus animalibus ſublunaribus cum alijs uitæ actionibus reperiuntur; quũ actiones uitæ brutalis non ſint communes plantis, & operationes uitæ humanæ neque plantis, neque brutis communes exiſtant; Sunt deinde operationes uegetales in ordine Naturæ, ſeu uia originis priores ſenſualibus, & rationalibus; quia primæ operationes, quæ fiunt in omni uiuente ſublunari,

ſunt

Digitized by Google

A *ſunt conformatio partium, nutricatio, & augmentatio: Sunt item ceteris imperfectiores, quia ſunt omnino cognitionis expertes; quum omnes brutalis, & humanæ vitæ actiones (nec excipio reſpirationem) aut cognitiones ſint, aut cognitionem includant, ſiue ſupponāt; ſupponit etenim, ac forte includit reſpiratio ſensū æſtus, & refrigerij, quamuis obſcurum: Sunt demum reliquis materialiores, quoniam ſunt magis diſperſæ, ac extenſæ corpori; non æque tamen, & conſimiliter; nam*
B *operationum vitæ vegetalis aliæ magis, aliæ vero minus corpori extenſæ ſunt, ac materiales; maxime corpori extenſa eſt in primis nutricatio, & augmentatio; paullo minus partium conformatio, quæ dicitur organizatio; adhuc minus generatio ſobolis; nanque Ariſtoteli quodcunque nutritur neceſſario alitur ſecundum vnamquamque vel minimam ſui particulam, quæ poſſit ſenſu percipi; & quod augetur creſcit conſimiliter ſecundum vnumquodque ſignum ſenſibile; ita vt* 1.de gen.c.35. 5.Polit.cap.3.
C *nulla prorſum particula ſit in eo, quod nutritur, quæ non alatur; neque in eo, quod augetur, quæ non creſcat; quare fit vt nutritio, & augmentatio ſint operationes omnino materiales, & corporeæ, non ſolum quia non eduntur, niſi materiæ interuentu, ſeu miniſterio caloris, & corporis, velut inſtrumentorum tum quibus, tum etiam in quibus obeuntur; verum quoque, & maxime quia coextenduntur ad corporis, & ſuarum partium dimenſiones: At conformatio in omni eo, cui ineſt vis formatrix, non eſt ſemper coextenſa ad dimen-*

Digitized by Google

ſtones corporis; nanque in ſemine illo ſolum, quod nullam obtinet euidentem diſcretionem partium, unaquæque ſeminis portio format partes, & inſtrumenta opportuna ad alia vitæ munia; quippe omnium partium ſeminis iſtius eadem ratio eſt; nam qui aſſerunt ab vnaquaque parte corporis generantis portiunculam ſeminis decedere illius partis naturam conſimilem in ſe gerentem; ac proinde totum ſemen totum viuens effingere, qualibet ſeminis parte ſimilem partem illi, a qua effluxit, efformante, mihi ſemper viſi ſunt pro voluntate philoſophari: At in ſeminibus ijs, quibus ineſt aliqua partium diuerſitas; vt in caſtanea, & alijs conſimilibus, rationi conſentaneum eſt eam tantum caſtaneæ particulam, quæ in eius apice continetur ad inſtar grani milij, formare partes in reſidua caſtaneæ ſubſtantia; inde ſiquidem primo pullulat germen; & detracto illo grano caſtanea non germinat: ſimiliter in ouis grando ſeminis maſculei format partes ex reliqua oui materia; & in animalium viuiparorum organizatione totum quidem ſemen, & illius vnaquæque portio formatricis munere fungitur; ſed in Embryone toto primo quadragenario formandi officium non conuenit omnibus eius partibus, at ſolum ſpermaticis: Pari ratione propagatio ſobolis, ſeu generatio viuentis ſibi ſimilis in ſpecie, quamuis in plantis abſolute conſideratis, vt ſuperius abunde monſtrauimus, ac fortaſſe in peculiari aliqua ſtirpe ita coextendatur corpori ſubiecto, vt ſingulis eius partibus conueniat, id

tamen

A *tamen non eſſe verum in vnaquaque planta ſenſu compertum fieri poteſt, particulas nimirū illius omnes ſeorſum generare poſſe aliam ſtirpem in eadem ſpecie; quae tamen omnes certo conſtat ſigillatim nutriri, & adaugeri: Niſi tamen quis dicere velit vnicuique particulæ in vegetante ineſſe vim generandi ſibi ſimile, dū nutritur; conuertit enim quod alitur alimentum in ſui ſubſtantiam, ſiue in ſubſtantiam viuentem: ceterū tranſmutatio alimenti in ſubſtantiam viuentis non eſt pro-*
B *prie generatio, quæ eſt productio noui indiuidui antea non exiſtentis: ſed generatio quædam, hoc eſt, tranſmutatio ſecundum ſubſtantiam, & ingeneratio potius, quam generatio; per eam enim haud conſtituitur nouū indiuiduum in genere viuentis antea non ſubſiſtens, vt efficit proprie dicta generatio ſobolis: ſed vera iſta noui viuentis generatio, quæ eſt vna e vegetalis vitæ operationibus à nutritione ſecundum ſe diuerſa, non conuenit vnicuique parti cuiuſque plātæ; verum certis, ac*
C *determinatis plantæ particulis, ijs inquam, quibus ineſt vis generandi ſemen, quæ in ſtirpibus multo ſane plures ſunt, quam in animalibus; haud enim ſunt in plantis teſtes, vel proportionalia his inſtrumenta duo tantum, vt in pleriſque animalibus, ac fere omnibus, quibus organis ſolummodo data ſit a Natura vis conficiendi ſemen; ſæpe nanque videas in vite, ficu, pruno, pyro, & alijs prodire fructus, & ſemina tum ex ramorum cacumine, medio, & principio; tum ex trunco medio, vel etiam quandoque prope radices; tum demum aliquan-*

Digitized by Google

do ex ipſa radice germinante, vt in vite ſæpius obſeruatur; addo item ex folio, vt in ficu Indica; propterea in plantis longe plures ſunt partes habentes vim propagandi, quam in animalibus teſtes habentibus, vel alia teſtibus proportionata inſtrumenta, quibus a Natura indita eſt vis prolifica: Quare in ſtirpibus generatio noui viuentis in eadem ſpecie materiæ magis extenſa eſt operatio, quam in animalibus; etiamſi in vtriſq; magis à materia ſit abſoluta, quam nutritio, & augumentatio; quando certum eſt in animalibus hiſce noſtratibus A *vniuerſis ſingulas particulas nutrimento ali, & augeri, non aliquas tantum; at vero actionem propagandæ ſobolis, ſiue producendi alterum indiuiduum in eadem ſpecie, non coextendi toti corpori, neque communicari ſingulis partibus, ſed in determinata parte corporis ineſſe, atque obiri, quæ in animalibus hiſce ad hunc vſum ſpeciatim à Natura eſt fabricata, & inſtituta; cuiuſmodi ſunt teſtes in animalibus præſtantioribus, in imperfectioribus autem alia organa teſtibus proportione reſpondentia, & ſemen ſui generis prolificum generantia; quæ quidem partes in animalibus perfectis teſtium nomine deſignatæ a ceteris partibus diſtinctæ ſunt euidẽter; in animalibus vero imperfectæ naturæ organa prolifica teſtibus proportionabilia ab alijs partibus diſtincta non apparent; ſicuti neque in eorumpleriſque cõtingit diſtinctum apparere ſexum maris, & feminæ, ut admonet Ariſtoteles: Quod autẽ in exanguibus, & imperfectioris notæ animalibus euenit,*

1. de gen. an. c. 1.

A nit, ut partes genitales a ceteris exactè non diſtinguantur; id ipſum contingere par eſt multo magis in imperfectiori genere viuentium, vti ſunt plantæ; hoc tamen certo conſtat partes vegetalium uim prolificam in ſe habentes longe pauciores ubique ijs eſſe, quæ nutriuntur, & augentur; quum omnes abſolute nutriantur, & augentur; non ita omnes generent nouum indiuiduum in eadē ſpecie; ſed aliquæ tantum, nempe teſtes in animalibus apud nos perfectioribus, & his organa proportione reſpondentia in imperfectioribus, & plantis: Actio itaque

B que generandi ſibi ſimile in uita uegetali ceteris eſt minus materialis, hoc eſt, materiei minus extenſa, etſi ceterarum more fiat miniſterio caloris, & corporis, tanquam inſtrumentorum, ſine quibus ullum opus ab anima uegetali nuſquam prodire poteſt. Quum autem generatio ſimilis indiuidui ſecundum ſpeciem collata ad ceteras operationes uitæ uegetalis, ijs ſit immaterialior; quum etiam quo quid a materia magis abſoluitur, eo

C perfectius eſſe dicatur; quippe omnis īperfectio rebus ineſt ab una materia; propterea recte uulgo dici conſueuit Generationem eſſe perfectiſſimum opus Naturæ; ſumpto interim Naturæ nomine ad ſignificandam animam uegetalem, quæ quum forma ſit, ac omnino intrinſecum principium motus, Natura eſt; immo potius uegetalis anima in eo uulgo appellatam preſſiori uocabulo Naturam, quæ ad unum tantum ubique determinatur, non ad oppoſita, æmulari uidetur; quia rudis eſt, & omnis cognitionis expers: Quo nomine probe quidem

Ari-

a phy. t.7. *Ariſtoteles alicubi fatetur germinationem ligni defoſſi,* A *quam certo conſtat eſſe operationem uitæ plantalis ab anima uegetali prodeũtem, recte inquam ait Ariſtoteles germinationem ligni defoſſi eſſe actionem Naturæ; ſed male aliqui e Philoſophorum numero inſignes arbitrãtes uim cognitricem ita eſſe animæ propriam, ut neceſſario eſſentiam cuiuſque animæ comitetur, plantarum formam, quam cognitione uacuam conſpexerunt, non de* 1 de plant. c. 1 *animarum genere, ſed mere Naturam (preſſius accep-* 2. de an. t. 6. 14. 15. 20. 31. 34. & al. bi. *to Naturæ uocabulo) eſſe iudcarunt; nam & Ariſto-* B *telem ſæpius, & rationem habent reclamantem; quamuis enim cognitio ſit operatio animæ propria, non eſt tamen ita propria, ut omni animæ inſit, ſed nobiliori tantũ, ſenſitrici uidelicet, ac intellectrici; anima uero infimæ ſortis, quam vegetalem appellare libuit, imperfectiores obtinuit actiones abſque vlla cognitione; cuiuſmodi sũt nutritio, augumentum, generatio prolis, & conformatio, ſiue organizatio corporis viuentis. Sed hac in re Aduerſariorũ dogmata euertit plane doctiſſimus Coſtæus* C lib. 1. cap 3. *in opere De vniuerſalium ſtirpium natura.*

Quotuplex ſit vita vegetalis. Cap. XVIII.

POSTEAQVAM *cõſiderauimus Eſſentiam, proprietates, ac operationes vitæ vegetalis in vniuerſum, rationi modo conſentaneum videtur, ut eius differentias, ſeu ſpecies inueſtigemus: Qua quidem in re illud fortaſſe cuipiam in mentem venire poſſet*

vitam

A *vitam vegetalem diuidi primo in eam, quam degunt vegetabilia perfecta vt plantæ; atque in eam, quam uiuunt vegetantia imperfecta, vt plantarum ſemina, & animalium oua fetuſque primis temporibus; ceterum aliter ſentiendum puto, quia plantarum ſeminibus, & plantis, ut ineſt eadem prorſus anima (differunt enim ſolum materiæ, ac partium diſcretione, aut confuſione) ita ineſſe debet eadem vita; que Ariſtoteli eſt effectus animæ; oua uero, & animalium fetus, ut nuſquam* 2. de an. t. 37.
B *ſunt abſque anima ſenſitrice (quod alibi oſtendimus) ita ſemper vitã uiuunt ſentientem, non uegetalem puram, qua de agimus; hæc enim ijs viuentibus tantum ineſt, quæ ſolam obtinẽt animam vegetalem: Quamobrem ex rei natura dicendum exiſtimo vitam vegetalem eſſe genus vniuocum commune ad uitam omnium ſpecierum uegetabilium; quamuis enim anima cuiuſque uegetantis corpori, quod informat, ſimiliter coextenſa inſit & penes eſſentiam, & penes actiones multas;* de ort. an. hu.
C *quia tamen uita omnis eſſentialem obtinet habitudinẽ ad animam, & corpus; ſed magis, & præcipue ad animam, ut cuius naturali participatione corpus conſtituitur in eſſe uiuentis; non autem uiciſsim anima id à corpore ſortitur, ut uiuens appellari ualeat; quum anima hoc ex ſe patiatur, ut cauſſa uitæ in alio exiſtens ipſa ex ſe proprie uiuens non ſit; uiuit enim corpus phyſice animam habens, non autem uiuit anima exiſtens in corpore, proprie loquendo; quum itaque corpus non aliunde quam ab anima uitam ſortiatur, iccirco & Ariſtoteles*

9.metat. 16. teles alibi fortaſſe uitam eſſe in anima, tãquam in cauſſa ſcribere non dubitauit; & nos, in præſentia dicimus uitam poſſe multiplicari ſecundum ſpecies ad multitudinem ſpecierum animæ corpus informãtium etiam eodem modo: Quum igitur in genere animæ uegetalis multæ ſint ſpecies animæ, proculdubio inde ut pullulant diuerſæ uegetabilium ſpecies, ita prius ordine Naturæ totidem emerſerunt ſpecies uitæ uegetalis: Quarum quidem naturam ſigillatim ſcrutari pertineret ad contem- A

in Phileb. Prædic. c. de ſpec. plationem De uita, ex præcepto Platonis, qui obſeruatione Porphyrij a generaliſsimis in omni diſciplina per diuiſionem deſcendentes iubebat quieſcere non niſi uſque dum perueniſsent ad ſpecialiſſima; uerum quoniam ignotæ ſunt ultimæ ſpecies animarum uegetalium, unde innoteſcere poſset definitiones, & naturæ indiuiduarum ſpecierum uitæ uegetalis, propterea ſatis erit in iſta contemplatione de uita uegetali hucuſque perueniſſe, quod pertinet ad ipſius quidditatem. Atuero quia ſpecierum B

ſpecialiſsimarum uitæ uegetalis proprietates, & operationes, ut quæ magna ex parte ſenſibus conſpicuæ fieri poſſunt, etiam ignorata uitæ natura, unde prodeunt, probe dignoſci poſſe uidentur; fortaſsis opus eſſet de ipſis contemplationem inſtituere: Ceterum tam uariæ, ac multæ illæ ſunt, ut peculiarem ſibi uendicauerint Naturalis Philoſophiæ partem ſatim amplam De Natura, & Hiſtoria Plantarum; quam hactenus excoluerunt Ariſtoteles, Theophraſtus, Dioſcorides, Plinius, Matthiolus, & alij neoterici, inter quos eſt Doctiſſi- C

mus

Digitized by Google

A mus præceptor Coſtæus in opere ſuo De vniuerſali ſtir-
pium natura, quo nõ ſolum recentiores omnes, verum
etiam antiquiores de re herbaria benemeritos haud pa-
rum ſuperaſſe videtur. Quum ergo nihil amplius nobis
indagandum relinquatur circa naturam vitæ vege-
talis, rationi conſentaneum eſt vt iam ad alias ſublu-
naris vitæ ſpecies animum, & orationem cõuertamus.

Quid ſit vita Brutalis, ſiue Sentiens, aut Irrationa-
B lis generatim ſumpta. Cap. XIX.

VITAM vegetalem Naturæ ordine im-
mediate ſequitur Ariſtoteli vita Ir- 1. æthic. c. 7.
rationalis, quam etiam Brutalem, ac
ſentientem appellamus; cuius quidem
vitæ quidditas, & eſſentia non minus,
quam vegetalis, de qua nuper actum eſt, eluceſcit ex
ijs, quæ profeſſi ſumus in ſuperioribus; vnde ſane colli-
C gere apprime poteſt vnuſquiſque vitam Irrationalem
in vniuerſum nihil aliud eſſe, quam naturalem inexi- Vide lib. 3. cap. 19.
ſtentiam animæ ſentientis, ſiue irrationalis in corpo-
re bruti animalis mediante calore natiuo. Quæ defi-
nitio ab Ariſtotele, atque ab alijs Philoſophiæ culto-
ribus omiſſa hucuſque a ſtudioſis eſt deſiderata; nemo
enim Philoſophorum hactenus (quem ego viderim) mun-
do promulgauit definitionem vitæ brutorum anima-
lium, prout eſt diuerſum quid a vita hominum, & a
vita plantarum: Nos allatam excogitauimus, & e

Digitized by Google

noſtra opera, immo potius ex rei natura deduximus, vt A
apparet; quam boni faciant ingenioſi, dum meliorem in medium non afferunt.

De Proprietatibus vitæ Brutalis, ſiue Irrationalis in vniuerſum conſideratæ. Cap. XX.

EXPLICATA *interna natura vitæ irrationalis in vniuerſum, age nunc illius conditiones, quas proprietates appellant, in-* B *ueſtigemus: Quum itaq; vita Brutalis intrinſecã, & eſſentialem habitudinem obtineat ad animam irrationalẽ, ſiue ſenſitricem, quæ dignitatis eſt mediæ inter animã vegetalẽ, qua eſt perfectior, quum ſit facultas cognitrix; minus communis, quũ in plantis non reperiatur; & via originis poſterior, quũ illam præſupponat, veluti præuiam ſubiecti diſpoſitionem; & inter animam humanam, qua eſt imperfectior, quum ita nobilem non habeat facultatẽ cognitri-* C *cem, qualis eſt humanus Intellectus; communior, quum inſit homini, & brutis animalibus; Naturæ in ordine prior, quũ ſit præuia ſubiecti diſpoſitio ad hominis animam induendam; eapropter vita brutalis conſimiliter eſſe debet dignitatis mediæ inter vitam vegetalem, & humanam, vegetali quidẽ vita perfectior exiſtens, minus communis, & origine poſterior; humana vero, ſiue rationali vita via originis prior, communior, & imperfectior, iiſdem rationibus. Amplius anima ſentiens, qua*

nititur

A nititur vita brutalis, quum ſit omni ex parte a mate-
ria dependens, atque ideo ſecundùm ſe tota corruptioni
obnoxia; propterea factum eſt vt vita irrationalis ſit
omni ex parte mortalis, ita vt poſt obitum nihil omni-
no remaneat bruti animalis; occidit enim anima ſen-
tiens, & poſtea corpus putreſcens diſſoluitur in elemen-
ta. Præterea quum anima irrationalis, a qua vita bru-
talis in eſſe dependet, in quauis actione obeunda vtatur
organo corporeo, & omnino ſit materiei addicta; neceſ-
B ſario vita irrationalis à materiæ conſortio id ſibi ac-
quirit, vt in quacunque diuturniore actione defatige-
tur, & icc irco labori ſuo quietem aliquam interponere
cogatur; vt obſeruatum eſt quoque in vita vegetali;
nam ſi aliqua eſt in vita brutali operatio, quæ diutur-
na omnium videatur, immo etiam continua, & irre-
quieta, ea certe eſt reſpiratio in animalibus perfectiori-
bus; ceterum reſpiratio non eſt vnus motus continuus,
& irrequietus; ſed eſt operatio conſtans duplici motu
C contrario, inſpiratione ſcilicet, ſeu dilatatione, & expi-
ratione, ſiue conſtrictione; inter quos motus neceſſario
intercedit quies media, vt oſtendit Ariſtoteles, & con- 8. phy. t. 65. & alibi.
fitetur aliquando Galenus; quæ ſane quies a Medicis 1. de diff. pulſ. cap. 7.
Achineſia nuncupata momentanea non eſt, ſed tempo-
raria; omnis etenim quies in tempore eſt apud Ariſtote- 4 phy. t. 118.
lem, quamuis durare valeat differentia temporis vſ-
que adeo exili, vt ſit ſenſibus omnino imperceptibilis.
Atque iſta de conditionibus vitæ irrationalis genera-
tim acceptæ dicta ſufficiant.

A

De operationibus Vitæ Brutalis in vniuerſũ, quot, quæque ſint. Cap. XXI.

QVOD *autem ſpectat ad operationes vitæ brutalis in communi, lõge plures profecto inueniuntur operationes in vita brutali, quam repertæ fuerint in vegetali, non ſolum quia vita brutalis includit, ſiue ſupponit functiones omnes vitæ vegetalis;* B *verum etiam quia ſenſuales operationes, quæ per ſe primo prodeunt a vita irrationali, numero excedunt functiones vitæ vegetalis: Quum enim anima ſentiens duas habeat primas facultates, ſiue potentias, vti colligere aperte poſſumus ex Ariſtotele,* (1. de an. t. 28. 2. de an. t. 40.) *nimirum potentiam motricem ſecundum locum, & ſenſitiuam, ſiue ſentiendi facultatẽ; a potentia motrice duo genera functionum prodeunt, quæ ſunt reſpiratio (per vocem reſpirationis intelligas interim commune quid motui pulmonum, cordis, & arteriarum) atque inceſſus,* C *cuius ſpecies ſunt volatus, natatio, motus progreſſiuus, & alia id generis: a potentia vero ſenſitrice multo plures operationes pullulant; diuiditur enim ſenſitiua facultas in duas alias ſpecies; quarum vna nomine generis Senſus abſolute vocari conſueuit, & eſt potentia ſenſitiua cognitrix; altera vero ſpeciali vocabulo nuncupatur Appetitus animalis, ſiue ſenſitiuus, aut etiam irrationalis; & hoc ad voluntatis diſcrimẽ, quæ apud*

Ariſto-

A Ariſtotelem eſt appetitus cum ratione: Potentia ſenſitiua cognitrix generica eſt, & ſubdiuiditur ad uarietatem tum obiectorum ſenſibilium, tum quoque inſtrumentorum, quibus vtitur ad ſenſibilia dignoſcenda, in exteriorem, & interiorem; nam & obiecta ſenſibilia, & organa ſenſuum, tum exterius, tum etiam interius in animantis corpore conſiderari poſſunt: Sed & potentia ſenſitiua cognitris exterior diuidi poteſt vlterius eadem ratione in quinque ſpecies; quoniam & B externorum ſenſibilium propriorum genera, & inſtrumenta ſenſuum externa quinque ſunt; organa quidem oculi, aures, nares, os, & vniuerſus corporis ambitus cutim, & ſubiectas carnes amplectens: ſenſibilia vero viſibile, ſeu color, ſonus, odor, ſapor, & qualitas tangibilis; ad quorum diſtributionem potentia ſenſitiua cognitrix exterior diuiditur in viſiuam, auditricẽ, olfactiuam, guſtatoriam, & ſenſum tactus; nam potentia viſiua percipit viſibilia, vt puta lumen, & C colores, mediantibus oculis; audiendi facultas ſentit ſonos auribus; olfactilis dignoſcit odores naribus; guſtus indicat ſapores in ore; ſenſus demum tactus per cutem, & ſubiectas carnes, ſeu etiam per neruos, tanquam per organa propria iudicium promit de calore, frigiditate, alijsq; omnibus qualitatibus tangibilibus; Quarum ſane potentiarum operationes quinque ſunt itidẽ, vnaquæque a propria facultate denominatiue dicta, & ſunt videre, audire, olfacere, guſtare, & tactu ſentire. Poteſtas autem ſenſitiua cognitrix interior du-

2.Rhet. c. 10.

plicem habet ſpeciem, vna eſt ſenſus communis appellatus, alia uero Phantaſia; Senſus communis actiones duæ ſunt; vna eſt, qua animal vigilat, ſiue qua ipſummet animaduertit ſe aliquid operari, dum quopiam ſuo munere fungitur; quam animaduerſionem ſi re, ſubiectoue idem cum vigilia dixeris, haud forte aberrabis a vero; nam ſomnus nihil eſt aliud niſi quies ſenſus communis ab hac animaduerſione; ſed hæc obiter dicta ſint; altera uero functio ſenſus communis eſt qua animal dignoſcit differentias inter ſenſibilia diuerſi generis, B ut colores non eſſe ſonos, & ſimilia, qua de re fuſius

2.de ã.at.136. vſque ad fi.c. Ariſt. Phantaſiæ uero actiones quatuor ſunt, vna eſt recipere in ſe ſpecies rerum ſenſibilium a ſenſibus exterioribus per ſenſum communem, & appellatur Apprehenſio; vnde quæ inter animalia noſtratia prompte ſuſcipiunt ſenſibilia, hæc dicuntur habere bonam apprehenſiuam, & ſunt dociliora; quæ uero difficulter, malam, & indocilia; eſt nanque in animali apprehenſiua nihil aliud, quam phantaſia in ſui prima operatione recipiens ſimulacra rerum ſenſu antea cognitarum, C dicitur autem receptio hæc apprehenſio, quonia phantaſia recipit ſenſibilium ſimulacra, ea dignoſcendo.

Secunda uero phantaſiæ operatio eſt recepta ſiue apprehenſa ſenſibilium ſimulacra conſeruare; quæ conſeruatio ſpecierum ſenſatarum uocatur proprio nomine

Vide lib. 3. cap. 21. Memoria; vnde qui rerum ſenſu cognitarum plures imagines diutius in phantaſia cōſeruant, ij dicuntur memoria pollere; qui vero uiciſſim pauciores rerū ſenſatarum

rum

A rum ſpecies, & non niſi breui temporis curriculo in phā-
taſia conſeruant, ij dicuntur ex aduerſo infirmam me-
moriam retinere. Tertia phantaſiæ actio eſt conten-
tas, & conſeruatas in ſe ſpecies mouere e loco, & ordi-
ne, quo inuicem diſponuntur, nimirum quæ coniunctæ
ſunt, diſiungere ab inuicem, & quæ diſcretæ ſunt, in
vnum componere; quæ ſpecierum in phantaſia contem-
tarum motio, agitatioque, ac miſcela proprio nomine di-
ci cōſueuit Imaginari, & fingere, atque ab hac operatio-
B ne phantaſia dicta eſt imaginatio. Hoc ſane Imagi-
nari, ſeu fingere in animali dormiente dicitur Somnia-
re, in vigilante uero dicitur imaginari abſolute: atque
hoc in brutis contingere ſolet bifariam; nam bruta vigi-
lando nouas ſibi fingunt imagines in phantaſia uel ex
mala perceptione alicuius ſenſibilis externi, quod eſt pro-
prie deceptio quædam, quam Italice dicimus, potiſſi-
mum in Equis, Ombrarſi, & Aombrare, uel præter
malam, falſamue apprehenſionem, quod proprio nomi-
C ne furorem vocamus, & inſaniam. Ab hoc autem fun-
ctionis genere ut nuper adnotabamus, phātaſia nuncu-
pari ſolet imaginatio, quia ſcilicet ex ueteribus, uel diui-
ſis, uel coniunctis, uarioque ordine diſpoſitis imagini-
bus nouas effingit imagines; quāuis abſolute dici etiam
ſoleat imaginatio, nullo ad hanc, aut illam opera-
tionem habito reſpectu: ſed hoc fit minus proprie ſumpto
imaginationis uocabulo. Quarta demum actio phan-
taſiæ eſt contentas intus cognitiones foras alijs ſignifi-
care, mediante uoce; eſt enim uox in uniuerſum Ari-

ſtoteli

1.Periher.c.1. *ſtoteli nota, & indicium earum imaginum, quæ ſunt* A
in anima; uox autem iſta in homine articulata eſt, ac ſermo appellatur; in brutis uerò inarticulata, & latratus in Cane, rugitus in Leone, hinnitus in Equo, & alio nomine in aliorum animalium ſpeciebus nuncupatur. Habent autem phantaſia, & ſenſus communis proprium inſtrumentum intus reconditum, ſed tamen diuerſum; nam in ſomno ſenſus communis organum ligatur; quare animal dormiens animaduertere nequit ſe quidquam operari, licet aliquid ope- B
de sō. & vig. retur; unde ſomnus rectè definitur Ariſtoteli eſſe quies primi ſenſarij, ſiue ocium, & ligamentum ſenſus communis. At organū Phantaſiæ in ſomno expeditum remanet; quocirca phantaſia, dormiente animali, uarie cōponens, ac diuidens ueteres imagines nouas effingere cōſueuit inſomnia faciens. Et hæc de operationibus potētiæ ſenſitiuæ cognitricis. At uero longe alias habet operationes
2.rhe.cap.10. potentia ſenſitrix Appetitiua, quam uocat Ariſtoteles appetitum irrationalem, ad uolūtatis diſcrimen, quæ C
(ut paullo antea monebamus) ab eodem dicitur appetitus rationalis; nam appetitus iſte ſenſitiuus, ac irrationalis, ut colligitur ex Ariſtotele, duas obtinet facul-
loc. cit. tates; unam, quæ dicitur appetitus cōcupiſcibilis; alteram uero, quam uocat appetitum iraſcibilem; ſiquidem aperte diſtinguit Ariſtoteles appetitum irrationalem in duplicem facultatem prædictam inquiens, *Appetitiones uerò irrationabiles Ira, & Cupiditas:* Appetitus autem concupiſcibilis eſt ſenſitiuæ animæ facultas, qua incli-

A *inclinatur animal ad proſequendum bonum ſub ratione iucundi, & ad fugiendum malum ſub ratione moleſti; cuius facultatis operationes ſunt ſex, Amare ſcilicet, Odiſſe, Deſiderare, Abhorrere, Delectari, atque Triſtari: Ad huiuſmodi operationum probum, vel improbum vſum ſortitur homo quoſdam habitus virtutis, aut vitij; virtutes quidem, quas adipiſcitur homo ex recto vſu Appetitus concupiſcibilis, duæ ſunt, autore Ariſtotele, Temperantia, ſiue Sobrietas, quæ virtus* lib. de virtu. tib. & paſſim in æthic.
B *eſt prohibens quominus appetamus prauas voluptates; & Continentia, quæ virtus eſt retrahẽs homines ab appetitu prauarum voluptatum: vitia vero, quæ contrahimus ex prauo uſu Appetitus concupiſcibilis, duo ſunt item, Intemperantia ſcilicet, quæ uitium eſt, quo ad prauas uoluptates appetendas impellimur; & Incontinentia, quæ uitium eſt, quo fertur homo, atque mouetur ad exoptatas uoluptates prauas adipiſcendas. Appetitus autem Iraſcibilis eſt ſentientis animæ potentia, qua in-*
C *clinatur animal ad bonum, aut malum, ſub ratione ardui; & illius operationes quinque ſunt, nimirum Sperare, Deſperare, Audere, Timere, atque Iraſci: Ad quarum actionum vſum probum, vel improbum induit rationale animal aliquos pariter habitus virtutis, aut vitij; virtutes quidem, quas homo ſortitur ex recto vſu appetitus Iraſcibilis, duæ ſunt, Manſuetudo nempe, quæ virtus eſt prohibens ne facile iraſcamur, & Fortitudo, quæ virtus eſt, qua non facile nobis timorem incutiunt vel euidentia mortis pericula; vitia vero,*

quæ contrahit hominum genus ex improbo vſu appetitus iraſcibilis, duo ſunt propoſitis virtutibus contraria, nempe Iracundia, quæ vitium eſt reddens homines præcipites, & valde procliues ad Iram; & Ignauia, ſiue Timiditas, quæ vitium eſſe dicitur, quo animal rationis particeps terroribus valde concutitur, maxime vero illis, quæ vitæ diſcrimen præſeferre videntur. Quæ ſane virtutes, ac vitia tum iraſcibilis, tum etiam concupiſcibilis appetitus, ſunt habitus animæ ſentientis, nõ tamen omnis, ſed eius tantummodo, quæ rationi obtemperat, & reluctatur, quemadmodum ſapienter nos admonet quandoque Ariſtoteles: huiuſmodi vero eſt pars animæ humanæ ſenſitiua, hoc eſt anima ſentiens in homine rationali adiuncta, ſiue Mentis ditioni ſubdita, vt admonet Themiſtius; ſiquidem virtutes omnes ſunt recta cum ratione, vitia vero contra rectam rationem; hæc autem recta ratio eſt, quum animæ pars irrationalis non prohibuerit rationalem ſuum munus exercere, ueluti nos alibi docuit Ariſtoteles: Alioquin brutorum anima morales habitus non poteſt induere; nam & Ariſtoteles ipſe aperte fatetur brutorum animalium neque virtutem eſſe, neque vitium; & ratio idipſum conuincit, quippe bruta neque honorem, neq; vituperium merentur; quum tamen honor ſit præmium virtutis, vituperatio vero uitiorum mulcta: Ceterum haud negare poſſum brutis animalibus quiddam proportione reſpondens uitio, ac uirtuti, quod quia certo nomine caret, ideo perſæpe brutis uirtutes, ac uitia metaphora quadam

B (margin) 2. mor Eud. c.2. — 3. de an. c.38. — C (margin) 2. mag. mor. cap. 11. — 7. æthic. c.1.

dam

A *dam non ignobili aſſignare cogimur dicentes Leonem eſſe fortem, Agnum manſuetum, & alia huiuſmodi: ſed hæc fuſa oratione Philoſophus in tota Morali; ſufficiat nobis ea per tranſennam attigiſſe, de his etenim in præſentia obiter: At vero relictis habitibus, redeamus nunc ad operationes. Omnes itaque propoſitæ utriuſque Appetitus functiones appellari conſueuerunt Paſſiones potius, quam actiones; officia vero ſenſus cognoſcentis viciſſim Actiones potius, quam paſſiones, ob hanc arbi-*
B *tror rationem, quia in obeundis officijs facultatis ſentientis cognitricis euidentior ſit animæ actio, quam paſſio corporis; at viceuerſa in obeundo quouis munere appetitus manifeſtior eſt paſſio corporis, quam actio animæ; vti quiſque quotidiana experientia poteſt experiri. Sunt ergo multo plures operationes vitæ brutalis actionibus vitæ vegetalis, quia vegetales operationes quatuor ſunt ſolum, nutriri, augeri, generare prolem, & genitæ prolis partes conformare: ſed operationes irrationa-*
C *les numerantur uiginti ſex, duæ facultatis motricis, nẽpe reſpirare, ac moueri ſecundum locum à ſeipſo; quinq;* Vide lib. 3. cap. 10. *facultatis ſenſitiuæ cognitricis exterioris, vt videre, audire, olfacere, guſtare, ac tactu ſentire; duæ ſenſus communis, animaduertere ſe operari, & agnoſcere diſcrimen inter ſenſibilia diuerſi generis; ſex imaginationis, ſeu phantaſiæ, nempe apprehendere, ſiue in ſe recipere ſpecies rerum externis ſenſibus cognitarum; meminiſſe, hoc eſt, acceptas ſenſatorum ſpecies conſeruare; imaginari, ſomniare, inſanire, & animæ paſſiones voce ſigni-*

 ficare;

ficare; ſex facultatis appetitus concupiſcibilis, vt amare, odiſſe, deſiderare, abhorrere, delectari, atque triſtari; quinque demum appetitus iraſcibilis, nimirum ſperare, deſperare, audere, timere, atque iraſci. A

De Conditionibus operationum Vitæ Brutalis. Cap. XXII.

DIFFERVNT *autem enumeratæ operationes vitæ brutalis ab inuicem, primo quidem ſecundum prius, & poſterius;* B *nã primæ omnium ſunt functiones potẽtiæ ſentientis cognitricis; eas enim ſupponit actio quæuis tum facultatis motricis, tum etiã appetitus; non enim quidquam ullo modo appetit animal, quod non cognouerit; neq; mouetur ſecundum locũ niſi a prius cognito impellatur obiecto ad bonũ acquirendũ, aut noxium fugiendum; ſiquidem non reſpirat animal niſi vt prænotus æſtus in viſceribus refrigeretur. Differunt ſecundo brutalis vitæ functiones abinuicẽ maiori,* C *& minori neceſſitate; reuera enim ad eſſe animalis irrationalis generatim magis neceſſaria eſt actio ſenſus tactus, & guſtus, & appetitus concupiſcibilis, quam aliæ functiones; quæ iccirco non reperiuntur in omnibus animalibus; Speciatim vero ad eſſe animaliũ perfectiorũ maxime omniũ neceſſaria eſt reſpiratio, quoniã vnumquodq; illorũ citius interit impedita omnino reſpiratione, quã ſublatis ceteris omnibus functionibus, velut in proxime morituris apertũ fieri põt; nã ſæpe videas cete-*

ras

Digitized by Google

A *ras ſenſuũ functiones abolitas una reſpiratione cũ vita ſuperſtite ad multas horas, quandoque ad integros dies; & ſtatim atque reſpiratio tollitur, protinus vitam aboliri: abſolute tamen nulla prorſus ex propoſitis operationibus neceſſaria eſt ſimpliciter ad eſſe animalis ſublunaris generatim accepti; quum etenim horum animalium alia perfecta ſint, vt Leo, Equus, Aquila, & conſimilia ſentientẽ animã perfecti gradus obtinẽtia; alia uero imperfecta, imperfecta in quã aut ſecundũ for-*
B *mam, vt inſecta, & reliqua bruta, quibus data eſt anima ſentiens infimæ ſortis; aut ſecundum materiam, uel ſimpliciter, ut oua, & ſemina brutorum, quorum corpus non eſt ulla ex parte organizatum; vel ſecundum quid, vt fœminæ, quæ ab Ariſtotele uocantur maſculi læſi, & imperfecti. ſane inter hæc, animalia imperfecta ſecundum materiam abſolute, vt oua, & ſemina, nullam obtinent operationem vitæ brutalis, quum careant inſtrumentis, quibus anima ſentiens vbique* 2. de gen. an. c. 3. 4 de reſpir. c. 7. 3. de gen. an. c. 3.
C *ad operandum vti debet; imperfecta uero ſecundũ formam aliquas tantum edunt operationes, illas nempe, quæ magis neceſſariæ ſunt vitæ brutali generatim acceptæ; perfecta vero animalia ſecundum formam, & ſecundum materiam ſimpliciter, & ſecundum quid, quo perfectiora ſunt, eo plures prædictarum obtinent operationes, ita ut in genere bruti quæ perfectiſſima ſunt animalia, omnibus iſtis functionibus polleant, vt Elephas, Equus, & ſimilia: Dicuntur autem illæ, quæ in brutis imperfectis ſecundum formam reperiun-*

tur,

Digitized by Google

tur, operationes alijs neceſſariæ magis ad vitam animalis, quia immediate reſpiciunt nutritionem, & alimoniam, cui ceteræ inſeruiunt remotius; nutritio uero, & alimonia eſt ex eorum numero, quibus (ut viſum eſt in ſuperioribus) quadantenus innititur, & conſer- A
2. de an. t. 37. *uatur vita ſublunaris, quæ uel Ariſtoteli eſt ipſummet eſſe viuentibus. Differunt poſtremo inter ſe iſtæ operationes vitæ irrationalis maiori, minorique perfectione; nam quæ magis a corpore abſoluuntur, minuſque materiei coextenduntur, ceteris nobilitate præſtant;* B *quoniam materia vbique radix eſt omnis imperfectionis: Niſi dicamus etiam iſtarum functionum digniores eſſe, quæ in cognitione conſiſtunt, uel eam includunt, uti ſunt actiones omnes facultatis ſenſitiuæ tũ cognitricis, tum appetentis; minus uero dignas eſſe illas, quæ licet cognitionem ſupponant, ipſam tamen non includunt in ſui ratione, cuiuſmodi ſunt functiones poteſtatis motricis. Sed operationes iſtæ brutales ſi conferantur cum actionibus reliquarum ſpecierum vitæ ſublunaris; quũ* C *vita, et anima, unde prodeunt, ſint mediæ nobilitatis, inter vitam, animamque vegetalem, qua eſt nobilior, perfectior, minus communis, & origine poſterior; ac inter vitam, & animam humanam, qua eſt ignobilior, imperfectior, cõmunior, & natura prior; quumque operationes ubique ſoleant proportionem habere cum eſſentia, unde proficiſcuntur; iccirco actiones uitæ brutalis generatim eſſe debẽt digniores, perfectiores, minus communes, & natura poſteriores uegetalibus; at humanis*

ex

A *ex aduerſo via originis priores, communiores, imperfectæ magis, minuſque dignæ, ijsdem prorſum rationibus, de quibus antea. Ceterum abſolute prædictarum operationum brutalium vnaquæque quum pendeat a motu cæli, tanquam a cauſſa communi, ſeu potius ab anima ſentiente gubernata a motu cæleſti, cuius menſura eſſentialis tempus eſt; & vtente organo corporeo, cuius opera, & actio non eſt ſine motu, qui pariter de neceſſitate tempore admetitur; propterea omnes*
B *operationes uitæ irrationalis temporariæ ſunt, & nulla earum momentanea; in quo ſane conueniunt cum operationibus uitæ uegetalis, quemadmodum conſtare poteſt ex ſuperioribus. Hæc autem de operationibus uitæ brutalis in uniuerſum dicta ſint ſatis; diligentior etenim earum inquiſitio noſtrum inſtitutum ſuperat, & puram excedit contemplationem de uita.*

Quotuplex ſit Vita Brutalis. Cap. XXIII.

C
ABSOLVTA *iam ſpeculatione circa eſſentiam, proprietates, & operationes vitæ brutalis in uniuerſum, propoſitus nobis ordo ab initio nos modo trahit ad eiuſdem uitæ differentias, ac ſpecies inueſtigandas: Hac autem de re ſi Ariſtotelem conſulamus, facile reperiemus illum diſtinguentem uitam brutorum animalium, iuxta diuerſitatem ſpecierum modi alimentandi, in uitam gregalem, & ſoliuagam; ut* 1. Polit. cap. 5.
hoc

Digitized by Google

hoc, uel illo modo illis conducit ad uictum; quoniam ferarum aliæ uiuis animalibus, aliæ fructibus, aliæ cunctis paſcuntur; quare ad facultatem uictus, atq; delectum, ipſarum uitas Natura diſtinxit: Quum uero non idem cuique dulce ſit ſecundum naturam, ſed alijs alia; & illarum, quæ animalia, & illarum, quæ fructus comedunt, uitæ inter ſe differunt. Quæ omnia confirmantur alibi eodem autore ſcribente Animaliũ uitas pro diuerſitate uictus differre. Hæc ſane de brutalis uitæ differentijs habemus ex Ariſtotele; quæ tamẽ ſi acriori cenſura expendantur, ſatis cuique apparebit ea, ut a Morali Philoſopho ſecundum uulgus plerunq; loquente impune dici potuere; ita non eſſe a Phyſiologo rerum naturas intimius perſcrutante, ac præſertim ab eo, qui dedita opera contemplationem de uita proſequitur exactiorem, omnino admittenda; nomen ſiquidem uitæ ibi Ariſtoteles late nimis accipit, & improprie ad ſignificandum id, quod eſt proprie conſuetudo quædam, ſiue mos, aut etiam Naturæ inſtinctus appellatus: Alioquin falſo conſtituiſſet Ariſtoteles uitam proprie dictam in brutis animalibus ſecundum ſpeciem multiplicari ad uarietatem, ſeu multitudinem ſpecierum modi alimentandi; nam uita brutalis ex ſe prior eſt modo alimentandi ſingulis brutorum ſpeciebus conuenienti; prius etenim conſtituta ſunt animalia bruta in uiuentium genere, quam illis conueniat uel fructibus ali, uel animalibus uiuis, uel utriſque; ſeu uel ſoliuaga eſſe, uel gregalia: priora uero inuicem ſpecie diſtingui

8 hiſt. cap. 1.

A B C

gui

A *qui nequeunt ad poſteriorum diſcrimen. Addo bruta viuere non ſolum extra matris vterum, ſed etiam prius, vel apud Ariſtotelem, toto eo tempore, quo degunt in vtero materno; in aluo autem matris bruta omnia eodem modo penitus, & eodem alimenti genere, ſanguine ſcilicet, aluntur; quum tamen etiam tunc diuerſam vitæ ſpeciem obtineant: Non eſt igitur differentia ſpecierum vitæ brutalis deſumenda ex varietate victus, ſeu ex diuerſitate modi alimentan-* 2. de ge. an. c. 4.

B *di; ſecus enim illud etiam contingeret abſurdum, quod animalia diuerſarum ſpecierum, varias animas habentia, quibus ineſt idem modus alimentandi, vt agnis, hircis, & bobus; ſeu aſinis, equis, & mulis, eadem vitæ ſpecie fruerentur; animalia vero eiuſdem ſpeciei, eandemque animam obtinentia, quæ tamen diuerſo genere victus vtantur, vti ſunt homines politici, & barbari, eandem non viuerēt vitam, ſed genere diuerſam: Quum itaque in propoſito haud pla-*

C *ne ſatisfecerit Ariſtoteles de vita obiter agens, eia nos rei naturam ex proprijs conſulentes videamus an aliquid firmi hac in ſpeculatione indagare poſſimus. Quocirca illud manifeſtum quum ſit ex præcedētibus vnūquodq; genus vitæ diuidi in tot ſpecies, quot ſunt ſpecies animæ illius, a qua huiuſmodi vita dependet, ſiue ad quam talis vita eſſentialem obtinet habitudinem; proculdubio vita brutalis, tanquam genus vniuocum diuidenda erit in tot atomas vitæ ſpecies, quot in genere animæ ſentientis, ſiue brutalis reperiuntur vltima*

ſpecies; & ex conſequenti quot in genere bruti ſunt ſpecialiſſimæ ſpecies animalium; eſt enim & anima ſentiens, ſiue brutalis, ad quam vita irrationalis eſſentialem obtinet habitudinem, genus vniuocum ad ſingulas animarum irrationalium ſpecies: Tot itaque quum ſint indiuiduæ ſpecies vitæ brutalis, de ijs profectò ſeorſum nobis agendum eſſet, qui ex profeſſo inſtituimus contemplationem de vitæ natura diligentiorē, ſi vniuſcuiuſque vitæ in hoc genere propriam, & ſpecificam differentiam agnoſcere poſſemus, verum quoniam ſpecies vltimæ ſentientis animæ, atque ideo ſpecierum vltimarum vitæ brutalis differentiæ conſtitutrices, & eſſentiales plane latent hominis ingenium, propterea non poſſumus vlterius progredi ad inueſtigandam exquiſitam magis cognitionem eſſentiæ cuiuſque uitæ in propoſito genere uitæ irrationalis. Sed reuera ſingularum ſpecierū uitæ brutalis affectiones, & operationes, quanquam ſenſui conſpicuæ reddi ualeant, ob ſui uarietatē nihilominus, ac multitudinem, integram Naturalis Philoſophiæ partem ſibi adſciſcunt, quæ eſt de natura, & hiſtoria brutorū animalium; quam Ariſtoteles, Plinius, Magnus Albertus, & alij ſatis excoluere; ſed inter Neotericos Doctiſſimus Vlyſſes Aldrouandus præceptor meus, qui non ſolum de Animalium natura, uerum etiam de omnium rerum naturalium, & ſpeciatim de ſtirpium cognitione optime meritus eſt; quibus de cauſſis iſta prouincia nobis nunc non eſt adeunda.

Quid

A

Quid ſit Vita Rationalis, ſiue Humana. Cap. XXIV.

QVVM ergo circa uitæ irrationalis conſiderationẽ nihil amplius nobis relinquatur agendum, rationi conſonum eſt ut ad uitam, quæ ſupereſt in ſublunarium genere dignoſcenda, orationem conuer-
B *tamus: Et ſane in genere uitæ ſublunaris poſt uitam plantarum, & uitam brutorum animalium, una tandem ſeſe nobis offert contemplanda uita Humana, quam Rationalem appellamus: Cuius profecto definitionem, ut antea in quauis alia de eodem genere factũ eſt, facile unuſquiſque colliget ex ſuperioribus nullam eſſe aliam, niſi eam, qua dicitur Vita Humana, ſiue rationalis eſſe naturalis inexiſtentia humanæ animæ in corpore noſtro mediante calore naturali: Dixi natura-* Vide lib. 3. cap. 22.
C *lem inexiſtentiam, quia rationalis anima poſt hominis obitum a corpore abſoluta ſi rurſum cadaueri adiungatur ſupra Naturæ leges, ac Dei ſummi priuilegio ſpeciali, per aliquod tempus, uti ſæpenumero contigit in apparitionibus, & colloquijs mortuorum, cuiuſmodi a Plinio celebratur in Gabieno; ſi anima inquam rationalis per mortem a corpore ſeiuncta rurſus per aliquod tempus cadaueri adiungatur ſupra Naturæ ordinem, illa ipſa plane conſtituet in eſſe uitam æquiuoce; non enim proprie mortalem, neque immortalem; quum* lib. 7. cap 52.

iſtæ duæ primæ differentiæ ſint, quibus tota uitæ natura comprehenditur, vt viſum eſt ſuperius. Dixi animæ humanæ, quia in primo quadragenario fetus hominis in vtero exiſtens viuit beneficio animæ vegetalis, & ſentientis, non adhuc adeptus animam rationalem; viuit inquam nondum vitam humanam, ſed plantalẽ, vt inquit aliquando Ariſtoteles, & Galenus etiã alicubi admonẽs fetum in vtero primis diebus nihil aliud eſſe quam plantam, licet ſanguineam, & carneam, quæ poſtmodum futura eſt animal; immo potius dicamus fetum in vtero viuere ſemper vitam animalis, & eſſe proprie animal, quod poſtmodum futurum eſt homo; nã fetus in vtero non habet animam vegetalem vnquam ſine ſentiente, quod fuſius alibi demõſtrauimus; anima vero humana conſtituta ſubſtãtia eſt non ſolum ex vegetali, & ſentiente anima, ſed etiã ex rationali. Ex quo illud etiã fit vt in apparitionibus eo nomine item, quæ nobiſcũ loquuntur, & mouentur mortuorũ corpora ſpeciatim vitã humanã non agant, quia in illis nõ ineſt tota anima humana, ſed eius portio ſuperior tãtummodo, quam rationalem animã appellamus, corruptis in morte hominis partibus animæ inferioribus, vegetali nẽpe, ac ſenſitrice: Recte igitur definita eſt vita humana eſſe naturalis inexiſtentia humanæ animæ in corpore noſtro mediante calore naturali. Quæ definitio pariter hucuſque deſiderata eſt in Philoſophorum ſcripturis; quod etenim ait Cicero, vitam corpore, ac ſpiritu contineri, eſt potius vitæ in uniuerſum deſcriptio quædam

A B C

2. mot. Eud. cap. 2. — 2. de gen. an. c. 3. — 3. de ge. an. c. 2 — lib. de ſemin. — de ort. an. hu. — pro M. Marcello.

Digitized by Google

A *dam, quam ſpecialis ratio vitæ humanæ; immo iam non eſt exacta definitio, quum de propoſito confuſam, & communem pariat notitiam, ſecus ac ex Ariſtotele facere debeat uera cuiuſque definitio; atuero neque a Cicerone allata eſt veluti definitio, ſed ſolum tanquã commune quoddam, & verum pronunciatũ de vita: Quare nullus adhuc extitit (quem ego uiderim) qui uel tentauerit proprie definire vitam humanam, prout ipſa eſt tertia quædam ſpecies in genere vitæ ſublunaris* 1. phy. c. 5.
B *diſtinctam naturam habens a vita plantarum, & a vita brutorum animalium; quamuis inter huiuſmodi ſpecies vitæ ſublunaris eſſentiale diſcrimen reperiri omnibus compertum ſemper extiterit: Vnum excipio Haruetum Medicum ſane doctum, qui hominis vitã definit eſſe actionem animæ rationalis in humano corpore productam, quæ ſententia multis proſciſſa eſt argumentis in ſuperiore libro, ubi longe, lateque oſtendimus vitam non eſſe ullo modo actionem: Quibus adde ani-*
C *mam rationalem poſt hominis interitum a corpore ſemel diſiunctã denuo aſſumere poſſe corpus priſtinum, & in eo multas efficere actiones, ut in apparitionibus, & colloquijs mortuorũ cũ uiuis, abſq; eo quod conſtituat in eſſe hominẽ, aut efficiat; producatue aliqua ratione vitam humanã, niſi æquiuoce, ut dictum eſt ſupra: Non eſt ergo ab Harueto promulgata vitæ humanæ proba definitio: Nos autem propoſitam vitæ humanæ definitionem a rei natura deſumptam in medium adduximus, eam ubique parati meliori ſubijcere.*

A

De Proprietatibus Vitæ Humanæ, ſiue Rationalis. Cap. XXV.

ITA *ergo explicata eſſentia Vitæ Humanæ, quam rationalem vocare conſueuimus, iam nunc tempus eſt vt ad eius proprietates accedamus: Quum igitur anima humana, ad quam uita hæc eſſentialem obtinet habitudinem, ſit omnium ani-* B *marum perficientium corpora ſublunarium uiuentiũ perfectiſſima, uia originis poſtrema, partim a materia* de ort. an. hu. *dependens, partim ab ea non exoriens, quod abunde* 1. de an. c. 24. *alias oſtendimus, & perſpicue admodum alicubi Themiſtius innuit dicens Prorſus anima, quæ uitam uegetalem præſtat, & quæ iracundiam, & cupidines continet, non poteſt intelligi qua ratione ſeorſum a corpore maneant: Nam ea, quæ princeps eſt, & quæ Intellectus uocatur, forte poteſt adiuncta defendi, quæ uim* C *intelligẽdi animæ immittat, & influat: At reliquas naturas inhærere, & quodam modo intexi corporibus neceſſe eſt, ſi præſtare uires, & actiones ſuas debent: Quum inquam anima humana, a qua uita rationalis in eſſe dependet, ſit omnium animarum ſublunarium nobiliſſima, naturæ ordine poſtrema, partim materiæ immerſa, partim ab ea non pendens: profecto & quæ ab huius animæ inexiſtentia naturali in corpore noſtro enaſcitur uita rationalis appellata, exiſtimanda eſt om-*

nium

A *nium ſublunaris uitæ ſpecierum ut in uia originis poſtrema, ſic in perfectione ſuprema. Amplius quum anima humana, etſi ut quadam natura compoſita ex anima rationali, & rationis experte, mortalitatis conditionem ſubeat; quod alibi oſtendimus; non tamen omni ex parte interitui obnoxia eſt; nanque, ut ſcribit quandoque Ariſtoteles, anima humana, ſi non omnis, ſaltem pars eius intellectiua poſt mortem hominis remanet incorrupta; quippe quæ, ut ipſe idem alibi teſta-* 1. de ort. an. hum. c. 1. 12. meta. t. 17. 7. Polit. cap. 7.

B *tur, in morte hominis tum dominans eſt, ac inuicta; tum ab alijs animæ noſtræ partibus, vegetali nempe, ac ſenſuali, ſeparatur, veluti æternum a corruptibili: Quare Vita humana in hoc etiam perfectione, ac nobilitate præſtat cuique alteri uitæ ſublunari, quod minus infecta eſt nota, ſeu macula mortalitatis, quamuis abſolute mortalis exiſtat. Præterea quum vita humana eſſentialem obtineat habitudinem non ſolum ad animã (licet illam primario reſpiciat Ariſtotelis obſeruatione)* 2. de an. t. 21. 5. meta. t. 23.

C *verum etiam ad corpus, & ad tale corpus, quod materiam in ſe habet; propterea factum eſt ut vita humana ob materiæ conſortium in diuturna quauis operatione defatigetur, & requie aliqua indigeat, ſiue in ea functione obeunda utatur miniſterio corporis, ſiue non; Quod enim operatur ſi non per materiam, ſaltem non abſque materia, id omne a materia laborioſam ſibi ſentit diuturniorem quamlibet operationem: ut ſupra demonſtratum eſt, atque inferius etiam oſtendetur: Bene id uerum eſt eam functionem eſſe ceteris minus laborio-* Vide lib. 3. cap. 31.

ſam,

ſam, magiſque perennem, in qua obeunda operans non utitur organo materiali, cuiuſmodi functio eſt noſtrum intelligere; uti clare teſtatus eſt Ariſtoteles aliquando ſcribens operationem contemplandi eſſe aliarum omnium functionum hominis aſſiduiſſimam, & indefatigabilem; quem locum ſupra expendimus diligenter. Vlterius quum anima humana, quæ per ſe primo una cum corpore in eſſe conſtituit uitam rationalem, non omnino ſit a corpore, ſiue a materia dependens: ſed partim ab efficiente corporeo, & materiali exoriatur; partim uero ab incorporeo, & immateriali, nempe a Deo ſummo, qui in anima rationis experte a Parentibus orta, dum puer in utero gignitur, lumen Intellectus accendit, ut ait aliquando Ariſtoteles, & nos alibi demonſtrauimus: Quumq; anima eadem partim ad corporis labefactationem, & uigorem fatiſcat, & uigeat; partimque non; quoniam, ut monet Ariſtoteles, corpus quum uigeat a trigeſimo ætatis anno uſque ad trigeſimum quintum; anima uero (intelligenda eſt rationalis) uſque ad Vndequinquaginta; ſignum euidentiſſimum animam non penitus a corpore dependere; Propterea fit ut uita humana in ſuis operationibus obeundis partim ab organo materiali, ſiue corporeo dependeat, & partim non; hoc eſt, alias ad agendum utatur miniſterio corporis, alias non utatur; qua de re mox abunde magis. Conditio igitur uitæ humanæ, ſiue rationalis eſt, ut ſit ceteris ſpeciebus uitæ ſublunaris Naturæ ordine poſterior, nanq; ſupponit alias, ueluti præuias ſubiecti diſpoſitiones;

10 æthic. c. 7.

10 æthic. c. 7. De ort. an. hu.

2 rhet. c. 14.

A B C

minus

A *minus communis, quia ſolis ineſt hominibus, quum aliæ inſint etiam brutis animalibus, & plantis; minus morti obnoxia, quum eius cauſſa immediata quadam ex parte poſt mortem remaneat incolumis, in alijs vero partibus ex toto corrumpatur; & demum à materia magis abſoluta, quũ aliquas operationes habeat, in quibus obeundis non vtitur organo corporeo, ac materiali, vti mox apparebit; quod non obſeruatur vlla in alia ſpecie vitæ ſublunaris.*

B

De Operationibus Vitæ Humanæ, quot, quæque ſint. Cap. XXVI.

VIS A *natura, & conditionibus vitæ humanæ, par eſt modo vt ad illius operationes mentem cõuertamus: Inſunt autem vitæ rationali propriæ quædã functiones, vltra illas, quas habet homo*
C *communes cum brutis animalibus, & plãtis: Quæ quidem actiones animæ rationalis, vitæque humanæ duplicis ſunt generis; immo vero triplicis; quatenus videlicet prodire poſſunt a duplici animæ rationalis facultate, vel ſeorſum agente, vel ſimul operante: Duæ ſiquidem ſunt in anima rationali primæ facultates, vna mere cognoſcitiua, quæ dicitur Intellectus, ſeu Mens; altera vero appetitiua, ſed cum ratione, vt admonet Ariſtoteles, & hoc ad eius appetitus differentiam, qui* 1.the.cap.10. *quum ſit facultas animæ ſenſitricis, irrationalis exiſtit;*

quæ ſane facultas appetitiua rationalis nomine proprio A
voluntas appellatur: Quod etenim vulgo dici conſueuit tres numero eſſe rationalis animæ poteſtates primas, Intellectum ſcilicet, Voluntatem, atq; Memoriam, longe a veritate abeſt, atque ab Ariſtotele; a veritate quidem, quia bruta memoriam habẽt, quum careant anima rationali: ab Ariſtotele autem, qui definit vbique
de men.& ré. cap.1.& 2. *Memoriam eſſe non facultatem, aut potentiam animæ rationalis, ſed habitum, aut paſſionem ſenſus, aut exiſtimationis, quum factum fuerit tempus; vel etiam* B
(quod reipſa idem eſt penitus) habitum phantaſmatis,
lib. 3. cap. 21. *vt imaginis in primo ſenſitiuo, quo tempus ſentimus; verum hac de re infra latius agendum. Quum itaque duæ ſint animæ rationalis poteſtates primæ, Intellectus, & Voluntas; quumq; iſtæ duæ facultates in homine ad operandum aliquando coniungantur ex neceſſitate, aliquando vero ſeiunctim ſuo munere fungantur; inde fit vt tria ſint prima genera operationum vitæ humanæ, ſcilicet actio voluntatis, actio Intellectus ſeorſum, &* C
actio utriuſque facultatis ſimul ex neceſſitate operãtis. In functionũ voluntariarum genere tres ſunt primæ ſpecies, & ſunt Velle, Nolle, ac Deliberare, quod eſt Eligere cum ratione vnum e multis propoſitis; quarũ duæ priores neceſſario ſupponunt cognitionem ſimplicem, ſiue cognitionem abſolute, aut cum diſcurſu, aut ſine; at Deliberare neceſſario præſupponit diſcurſum; quinimmo cognitionem multorum, eamque diſtinctã; quum velle, ac nolle poſſint eſſe poſt cognitionem etiam confuſam vnius

tantum-

A *tantummodo rei, quam velle, aut nolle poſſumus: Quarũ ſane functionum ſoboles ſunt virtutes, & hominum vitia propria; nanque ad harum actionũ rectum, vel indirectum vſum, induit homo certos habitus virtutis, aut vitij; virtutes quidem, quas adipiſcitur homo ex probo vſu functionum voluntatis, ſunt numero tres apud Ariſtotelẽ in æthicis paſſim, & in libello de uirtutibus (ſiquidẽ hoc opus eſt Ariſtotelis) Iuſtitia nimirum, quæ virtus eſt voluntatis humanæ diſtributiua eius,*
B *quod quiſq; meruit; Liberalitas, quæ virtus eſt uoluntatis noſtræ honeſtorum ſumptuũ miniſtra; & Magnanimitas, quæ uirtus eſt item humanæ voluntatis, qua uirtute homo magnis dignus exiſtens, ijſque ſe dignum eſſe iudicans, æquo animo fert utranq; fortunam, proſperam ſcilicet, atque aduerſam: Vitia uero, quæ contrahit homo ex prauo uſu uoluntatis, tria ſunt ex aduerſo, nimirum Iniuſtitia, quæ eſt humanæ uoluntatis uitium, quo homo aliena contra leges retinet; Auaritia, quæ ui-*
C *tium eſt uoluntatis noſtræ, per quod homines appetunt vndequaq; lucrum; & Puſillanimitas, quæ vitium eſt item voluntatis humanæ, quo ſui decentiam non æque æſtimans haud poteſt homo ferre fortunam proſperam citra elationem, neq; aduerſam ſine deiectione animi. Et hæc de actionibus voluntatis humanæ ſecundum ſe. Actio vero Intellectus humani duplici primum differentia continetur, duaſq; primas obtinet ſpecies, quoniã Intellectiua facultas duplex eſt, vel ex Ariſtotele, vna,* 3. de an. t. 17. 18.
quæ dicitur Intellectus agens; alia vero, quæ vocatur

Intellectus poſſibilis; Functio Intellectus agentis vna eſt A
ſecundũ ſpeciem, exerceturq; circa ſimilitudines rerum
ſenſu cognitarũ in phantaſia exiſtentes, quas ideo nun-
cupant Philoſophi nomine Phantaſmatis; actio autem
hæc Intellectus agẽtis circa phantaſmata nulla eſt alia,
quã cõparare adinuicem multa phantaſmata eiuſdem
cõditionis quoquopacto, ex ipſis eliciendo naturã, in qua
cuncta conueniunt, non conſideratis conditionibus ma-
teriæ, quas indiuiduantes appellant, ſeu nomine proprio
Hic, & Nunc, quibus phantaſmata inter ſe differunt; B
quæ quidẽ actio dicitur peculiari vocabulo Abſtrahere
vniuerſale a ſingularibus, ſiue facere vniuerſalitatẽ in
rebus, aut etiam formare ſpeciem intelligibilem; natura
nanque illa communis reperta ex comparatione phan-
taſmatum eſt vniuerſale, appellaturq; ſpecies intelli-
gibilis, vt quæ non amplius a ſenſu, ſed a ſolo intellectu
dignoſci valeat; & hoc ad differentiam phantaſmatũ,
& aliarum ſpecierum ſingularium, quæ vocatur ſpe-
cies ſenſibiles, eo quia ſenſu vel ipſo dignoſci poſſunt; ſi- C
ue quia Intellectu percipi nequeunt niſi ſenſu prius co-
gnita fuerint: ſed hac de re infra: Nuncupatur item
iſta operatio Intellectus agẽtis depuratio phantaſmatũ,
quia per eã ſpoliantur phantaſmata conditionibus ma-
terialibus, quas vocant indiuiduales, ac remanet pura
eſſentia naturæ communis omnibus phantaſmatis ab
agente Intellectu in vnum collatis: Quæ ſane potentia
rationalis animæ dicitur Intellectus agens, quia in
ſuo iſto munere obeundo pure agit, nihilque vllo modo

patitur,

A *patitur, quum nihil in ſe recipiat, ſed agat in externa; hoc eſt, in ea, quæ ſunt extra ſui naturam, ſiue in alio ſubiecto, puta in phantaſmata, hæc enim haud ſunt in Intellectu, ſed in phantaſia. At uero Intellectus poſſibilis quatuor habet primas operationum ſpecies, quarum primam Philoſophi appellarunt ſimplicem Apprehenſionem, uel etiam ſimplicium apprehenſionem; ſecundam uero duplici vocabulo Compoſitionem, ac Diuiſionem; tertiam Diſcurſum, ſiue Ratiocinationem; quar-*
B *tam denique vocamus nos Cuſtodiam cognitorum, ſiue conſeruationem intellectorum: In qualibet iſtarũ operationum Intellectus poßibilis talis appellatur, quia recipiat in ſe aut ſimilitudinem eius, quod intelligit; aut impetum obiecti; ab eo enim ſuſcitatur, excitaturq; ad ſui perceptionem; aut denique obiecti cognitionem, quæ uocatur habitus, uel diſpoſitio; eſt enim huiuſmodi habitus, & diſpoſitio qualitas quædã in animo, tanquam in ſubiecto ex Ariſtotele; recipere autem eſt quoddam* Prædic. c. de Qual.
C *pati: Ni potius dicamus Intellectum poßibilem in eo pati, quod ex præſente ſimulacro ſibi repreſentat obiectum, uti ſpeculum uiuens; repreſentare nanque eſt affici, ac pati; ſpeculum etenim nos repreſentans a nobis afficitur, non in nos agit: In ſingula uero prædictarum functionum Mens quum uerſari ualeat & circa* Vide lib. 3. cap. 13. *phantaſmata in phantaſia repreſentantia res indiuiduas, & circa ſpecies intelligibiles ope Intellectus agentis a phantaſmatis eductas; ſibique impreßas, quæ repreſentant naturas Vniuerſales; quia Intellectus poßi-*

bilis

3.de a.t.17.19 3.de an.t.9.10. & ſequentib. *bilis, qui ex Ariſtotele poteſt omnia fieri, & conſiderare tum carni eſſe, tum etiam carnem, hoc eſt, materiam, ſiue hoc in hoc; Intellectus inquam poſsibilis non ſolum vniuerſalia, ſed etiam ſingularia dignoſcere poteſt quacunque ſpecie cognitionis; ſunt enim & diſcurſus rerum ſingularium, & propoſitiones, ac termini ſimplices ſignificantes indiuiduas naturas, & conſeruationes horum omnium cognitorum in Mente; profecto vbi Mens verſatur circa contemplationem rerum vniuerſalium, tunc dicitur paßibilis, quia patitur (paſsione* B
3.de an. t. 57. & ſequentib. *quidem perfectiua, vt ait Ariſtoteles) & recipiendo in ſe ſpeciem intelligibilem, & intellectionem, ſeu potius impetum obiecti, quo impellitur ad ſpeculandum, & habitum illum notitiæ, qui ex intellectione oritur; at vbi Mens contemplatur ſingularia, quæ ſunt in Phantaſia, tunc patitur ſolum recipiendo in ſe impulſum obiecti, quo excitatur ad opus, & habitum cognitionis emergentem ex eorum ſpeculatione; non item recipiendo phātaſmata; hæc enim ob materiæ conditiones, quas obtinent, non ſunt proportionata, & idonea, quæ ab Intellectu recipiantur, qui ad ſua munera obeunda materiei miniſterio non utitur; phantaſmata uero materialia quum ſint, a nullo recipi valent ſine adminiculo materiæ; Intellectum autem ad recipiendum aliquid in ſe nō uti opera materiæ, illud clare docet, quia Intellectus a materia non pendet; & omne, quod recipitur, per modū recipientis recipi conſueuit: Cognoſcit ergo Intellectus phantaſmata, non illa in ſe recipiendo, ſed ſeſe ad ipſa* C

porri-

A *porrigendo, atque ut dici ſolet, intuitiue. Sed quod dictum eſt Intellectum poſsibilem intelligendo pati, caute accipiendum eſt, ne quis putet Intellectum in ſpeculatione nihil omnino agere, ſed pati ſolum, nec habere ullo modo rationem efficientis, ſed patientis tantummodo, ut rentur Doctiſsimi viri tribuentes omnem uim agendi in actu intellectionis obiecto ipſi intelligibili: ſecus enim arbitramur in ipſa intellectione duplicem actionem contineri, vnam obiectorum, quæ ſui præſentia mouent In-*
B *tellectum ad ſui ipſorum cognitionem, dum illum quaſi dormientem, ac ſopitum ſuſcitāt de habitu in actum, ſeu de actu primo in ſecundum; quæ actio eſt mera paſſio Mentis, & eſt ipſa obiecti receptio: Alteram uero dicimus eſſe actionem Mentis, quæ ab obiectis ſuſcitata iudicium promit, ac format conceptum de præſenti obiecto, ipſumque noſcit, ac intelligit; in qua ſane functione agens cauſſa eſt Mens, obiectum uero eſt patiens; hoc autem ſic demōſtratur, quia in longis actionibus quod*
C *fatigatur eſt agens, non patiens vllo modo; quippe laſſitudo, & fatigatio eſt propria efficientis affectio, qua efficiens eſt; modo in diuturna meditatione fatigatur ſemper virtus intelligens, ſiue homo, nunquā obiectū, ſeu res intellecta; ergo in contemplatione, ſiue in actu intelligēdi intellectus poſsibilis eſt agens: non obiectū, quod ab Intellectu dignoſcitur. Sed iam redeamus ad penſum.*

Ceterum circa quamlibet ſpeciem quouis modo verſetur Intellectus poſsibilis, ſiue circa vniuerſalem, ſiue circa ſingularem; & ſiue illam ſpeciem in ſe recipiendo,

quod

quod appellant per abſtractionem; ſiue ſe ſe ad ipſam porrigendo, quod uocant per intuitionē, illud perpetuum eſt Mentem in prima ſui operatione, quæ ſpecies eſt indiuidua, formare primos conceptus de ijs rebus, quæ ſignificantur per terminos ſimplices, ſibi repreſentatis ab vna tantum ſpecie, uel etiam a pluribus, ſed ſeorſum conſideratis, ut de homine, ac de igne diuiſim: Quapropter quicūque prompte, ac bene de re omni viſa, uel audita, uel alio quouis ſenſu percepta formant proprium conceptum, illi dicuntur habere bonam apprehenſiuam & eſſe dociles; qui uero difficulter, & perperam, malā, & indociles: Differt autem hæc apprehenſio ab ea, de qua egimus in vita brutali, quia illa eſt functio phantaſiæ, hæc autem Mentis; illa uerſatur ſolum circa ſingularia, hæc uero circa omnia dignoſcibilia ſimplicia tū ſingularia, tum quoque vniuerſalia; illa tandem percipit ſolum factibilia, hæc omnia in cōplexa, tam factibilia; quam agibilia, & contemplabilia; Addas etiam illam dignoſcere ſolum accidentia, quamuis in concreto, hanc uero accidentia & in concreto, & in abſtracto, inſuper & ſubſtantias, quatenus ſunt quiddam ab accidente diuerſum; non enim addiſcere poſſunt animalia, quæ ratione carent, niſi accidentia exteriora, & quæ conſiſtunt in praxi, factioneque corporea, & externa; homines vero cuncta dignoſcunt miniſterio Mentis. A B C

At in ſecunda Intellectus operatione, quæ ſubdiuiditur in duas ſpecies ſpecialiſsimas, quarum vnam appellant Compoſitionem, aliam uero Diuiſionem, Mens

iam

A iam noſcit conuenientiam, & inconuenientiā inter plures conceptus ſimul conſideratos, hoc eſt, veritatem, & falſitatem in complexis, quæ alio nomine vocantur enunciationes; quarum cognitio, vbi affirmatiuæ ſint, dicitur Compoſitio apud Ariſtotelem, quia in eis quaſi coniungitur, & componitur natura ſignificata per ſubiectum cum ea, quam ſignificat prædicatum; vbi vero ſint negatiuæ, appellatur Diuiſio, vt in qua ſeiungitur, ac diuiditur id quod ſignificat ſubiectum ab eo, quod B ſignificat prædicatum. In tertia vero ſua functione Intellectus ex aliquo manifeſto indagat notitiam alicuius ignoti; ſed quia contingit iſtam indaginem poſſe fieri dupliciter, propterea fit vt tertia iſta Intellectus operatio, quam appellamus Diſcurſum, ſubdiuidatur in vlteriora functionum genera; ſiquidem Intellectus poteſt cognito aliquo ſub ratione effectus indagare illius cauſſam; & huiuſmodi diſcurſus appellatur inquiſitio reſolutoria, & vnico verbo, Cogitare, ſiue Cogitatio; vnde C ſæpe ab Ariſtotele Mens appellatur Cogitatiua; ſed præſertim vbi ſcribitur Hominem vnum ex numero omnium animalium vim obtinere cogitandi; in qua ſane cogitatione, ſiue indagine ſi Mens aſſequatur notitiam cauſſæ inquiſitæ, Solertiam habere dicitur; ſolertes enim proprie ſunt illi, qui prompte inueniunt cauſſas cuiuſque effectus propoſiti. Si vero Mens non inueniat cauſſam propoſiti effectus, in Admirationē incidit; quare admiratio eſt diſcurſus quidam imperfectus, quaſi ſecunda ſpecies diſcurſus. Poteſt autem viceuer-

1.Periher.c 4. 1.Poſt.t.5.

Vide lib.1. cap.16.

2. de an t. 27. 29. & alibi.

1.hiſt.cap. 1.

ſa Mens in diſcurſu cognito aliquo ſub ratione cauſæ A
(quæcunque ſit illa vel inferendi, vel cognoſcendi, uel eſſendi, vel ſi quæ datur alia) ex tali cognitione indagare notitiam alicuius effectus, tunc ſi ob aliquod inexpectatum contingat Mentem non aſſequi notitiam effectus, ſed terminari eius indaginem, ac diſcurſum ob impedimentum cauſſæ interpoſitum, quod ſit inconueniens, non tamen admodum graue, homo protinus in
35. ſect pro. 6. *riſum prorumpit; riſus enim ab Ariſtotele definitur eſ-*
3. de part. c. 10
1. rhet. c. 11. *ſe lapſus quidam, ſiue defraudatio, & motus Mentis præter expectationem a re iucunda, ſiue deformi, citra læſionem, & noua; Mente ſiquidem aliud expectante; ſi nouum quid occurrat deforme citra læſionem, continuo ridere ſolemus; vnde optime* BONAMI- B
7. de alim. c. 24. CVS *ille Peripateticæ diſciplinæ acerrimus defenſor, & ſagacis ingenij vir, in riſu poſuit initium ratiocinationis, & rationem prorſus imperfectam: Sed imperfectus iſte diſcurſus, qui ponitur in riſu, longe ab eo differt, quem agnouimus in admiratione, tum quia ille eſt ab effectu ad cauſſam, hic vero uiciſſim a cauſſa ad effectum; tum etiam quia ille eſt diſcurſus imperfectus ideo quoniam eſt mutilatus, hic uero propterea eſt imperfectus, quoniam peruertitur in eo finis, & ex cauſſa præcognita ſuccedit effectus alius ab expectato longe diuerſus. At ſi Mens cognita cauſſa feratur in notitiam effectus, & eam ſine fraude, ac citra obſtaculum aſſequatur, iſta operatio dicitur proprie ſyllogizare, ac diſcurrere abſolute, quod eſt ex manife-* C

A ſta cauſſa haurire cognitionem ignoti effectus; hoc autem quum dupliciter contingere poſsit, nempe vel quia ex manifeſto vno, vel pluribus complexis colligimus de nouo notitiam alterius complexi cum euidenti, & neceſſaria illatione huius ab illis; vel quia ex noto vno, aut multiplici incomplexo reaſſumimus notitiam deperditam ſine illatione manifeſta, aut dependentia neceſſaria vnius ab alio, ſed ſolum cum ordine quodam inter vnum, & aliud; propterea in hac ſpecie tertij B generis operationum Mentis duæ adhuc ſunt differentiæ, quarum prior nuncupari ſolet generico nomine Diſcurſus, ratiocinatio, & peculiariter ſyllogiſmus; altera vero proprio vocabulo dici conſueuit Reminiſcentia. Ita ergo quinque ſunt numero ſpecies operationum Intellectus in hoc tertio genere, quod appellamus Diſcurſum, & rationem, ſiue ratiocinationem; prout ſcilicet diſcurſus aut eſt imperfectus tum ex parte noſtri, qui Mentis acie non poſſumus cognitum ef- C fectum reſoluere in ſuas cauſſas, & conſtituit Admirationem; tum ex parte rerum turpium cum iucunditate præter expectationem impedientium ne a cauſſa iam nota proueniat effectus conſuetus, ſeu expectatus, & efficit Riſum; aut eſt Diſcurſus perfectus uel quo effectum reſoluimus in cauſſam, & fit Solertia; vel quo ex cauſſa cum manifeſta illatione colligitur neceſſario noua cognitio effectus, & appellatur Syllogiſmus, ſiue ratiocinium; vel tandem quo ex cauſſæ cognitione ſine dependentia euidenti, aut neceſſa-

ria recuperamus notitiam effectus antea deperditam; qui diſcurſus proprie dici conſueuit Reminiſcentia; & propterea Philoſophus, qui aliquando definiuit ſyllogiſmum eſſe orationem, in qua poſitis quibuſdam aliud quid ex neceſſitate accidit per ea, quæ poſita ſunt; alibi aperte ait; Reminiſcentiam fieri quando aptus natura eſt hic motus fieri poſt hunc; vnde & quod conſequenter eſt venamur meditantes ab ipſo nunc, aut alio aliquo, & a ſimili, aut contrario, aut propinquo: Differt autem ipſum memorari ab ipſo reminiſci non ſolum ſecundum tempus, ſed quod ipſo quidem meminiſſe & aliorum animalium participant multa, ipſo autem reminiſci nullum, vt ita dicam, quæ cognoſcuntur animalium, niſi homo; cauſſa autem quia ipſum reminiſci eſt vt ſyllogiſmus quidam; quod enim prius aut vidit, aut audiuit, aut aliquid huiuſmodi paſſus fuit, ratiocinatur, ac ſyllogizat reminiſcēs; & eſt vt inquiſitio quædā: hoc autem quibus & ipſum conſultatiuū ineſt, natura ſolum accidit; etenim ipſum conſultare ſyllogiſmus quidā eſt. Ex quibus aperte cōſtare cuiq; poteſt Ariſtoteli reminiſcentiā non eſſe operationē memoriæ, ſed Intellectus, deque illo Mentis actionum genere, quod eſt tertium in ordine, atque appellatur proprio nomine Diſcurſus. Quartum vero genus functionum Mentis eſt continere, & conſeruare omnes cognitiones acquiſitas per operationes expoſitas; ſed quia in earum functionum ſingula poteſt Intellectus verſari tum circa phantaſmata ſingularium in phantaſia exi-

1. Top. cap. 1.

de mem. & rem. c. 3. & 4.

ſtentia,

A *ſtentia, tum etiam circa ſpecies vniuerſales ex phantaſmatis eductas, & in ipſo Intellectu morantes; conſeruatio notitiæ acquiſitæ ab Intellectu operante circa phantaſmata triplex eſt: quum enim phantaſmata ſint obiecta velata, & coinquinata conditionibus materiæ, quæ apud Ariſtotelem vbique cauſſa eſt occultationis,* 7. meta. t. 35 *& ignorantiæ; ſane Mens ex illorum meditatione acquirit aut cognitionem falſam reuera; & huius conſeruatio vocatur Error, ſiue Ignorãtia prauæ diſpoſitionis:*
B *aut cognitionem veritatis, & falſitatis participem, non falſam penitus; & tunc uel Mens in tali cognitione firma non eſt, ſed dubitat; hæſitatque; uel non dubitat, ſed eam notitiam ratam, ueramque iudicat; Continere notitiam acquiſitam ab Intellectu circa phantaſmata cum dubitatione, appellatur proprio nomine Suſpicari; at continere notitiam eandem ſine dubitatione nuncupatur Opinari. Ceterum continere, ſeu conſeruare notitias acquiſitas ab Intellectu operante cir-*
C *ca ſpecies vniuerſales, eſt operatio veritatis compos, ut admonet aliquando Ariſtoteles; quæ ſane conſeruatio* 6. æthic. cap. 3. *pro varia natura rei, cuius notitia in Mente conſeruatur, & pro diuerſo fine, in quem collimat iſta notitia, ſcinditur in quinque ſpecies; nam conſeruare notitiam rei, quæ reſpicit puram contemplationem, aliud ſane quid eſt, quam conſeruare notitiam rei, quæ reſpicit uel* 6. æthic. cap 4. *factionem, vel etiam actionem; ſiquidem conſeruare notitiam eorum, quæ pertinent ad bene agendum, eſt Mentis actio, quæ proprio nomine uocatur Prudentia,*

6. æthi. c. 5. & 1. mag. mor. cap. 35. *uel Prudentem eſſe: Quare probè Ariſtoteles alicubi definit proprium eſſe Prudentis viri poſſe recte conſulere de ijs, quæ ſibi ipſi bona ſunt, atque vtilia ad beneuiuendum, ſiue ad bene agendum in uniuerſum; ac Prudentiam eſſe habitum uera cum ratione actiuum circa* A

1. rhet. cap. 9. *ea, quæ bona, & mala homini ſunt; ſiue demum Mentis virtutem, qua de malis, ac bonis ad felicitatem pertinentibus benè poſſumus conſulere. At uero conſeruare notitiam eorum, quæ pertinent ad factionem, ſeu effectionem, eſt actio Mentis appellata proprio uocabulo Ars, ſiue Artificem eſſe: Quocirca definit recte Ariſtoteles Artem eſſe habitum Intellectus recta cum ratione factiuum, ſeu ſi mauis effectiuum; idem enim ſunt.* B

Conſeruare autem notitiam rei pertinentis ad purã contemplationem triplicis eſt generis, prout conſeruatur notitia uel principiorum per ſe notorum, ſiue indemonſtrabilium, quã uocamus nomine Intellectus, dicimuſq;

1. Poſt. ãal t 5. 2. Poſt. c. vlt. 6. æthic. cap. 6. *nobiliorem diſpoſitionem, quam ſit ſcientia ſimpliciter; iſtud autem cõſeruare notitiam principiorum immediatorum vocatur Intelligere, ſiue Intelligentem eſſe; uel conſeruatur notitia rerum demonſtratione cognitarum, quæ ſcientia ſimpliciter appellatur; vnde ipſum conſeruare hanc notitiã ab ea denominatiue dicitur ſcire, ſeu ſcientem eſſe. At denique conſeruare notitiam rerum ſublimium, ac præſtantiſſimarum, ad puram contemplationem pertinentium, tum principia per ſe nota, & indemonſtrabilia; tum concluſiones per demonſtrationẽ cognitas complectentem, appellatur Sapere, ac Sapientem* C

A *tem eſſe, quaſi Sapientia proprie ſit Intellectus, & Sci-*
entia rerum altiſſimarum ſimul coeuntes, uti docet Ari- 6. æthic. cap 7. 1. mag. mor cap 43.
ſtoteles aliquando. Octo igitur ſunt operationum In-
tellectualium ſpecies in quarto genere functionum
Mentis, nimirū Errare, Suſpicari, Opinari, Pruden-
tem eſſe in agibilibus, Artificē eſſe in factibilibus, Intel-
ligere per ſe nota, Scire demonſtrabilia, & Sapere vtra-
que iſta. Sunt autem quatuor propoſita Mentis a-
ctionum genera cum ſuis ſpeciebus omnibus, operatio-
B *nes Intellectus abſolute conſiderati, ſiue ſecundum ſe*
accepti: quia in ijs obeundis poteſt Mens & voluntati
adiuncta eſſe, & cum voluntate commercium non ha-
bere: atque idem plane iudicium feras de actione Intel-
lectus Agentis. Superſunt nunc operationes vitæ
humanæ, quarum origo eſt ab Intellectu non niſi cum
voluntate coniuncto; hæ uero functiones duum ſunt
generum, alterum genus eſt, quando Mens cum ani-
maduerſione ad imperium volutatis ex præexiſten-
C *tibus rerum cognitarum imaginibus uel in phantaſia,*
uel in ipſomet Intellectu, eas varie cōponendo, aut diui-
dendo, & ordinando, noua ſimulacra format, & effin-
git, vt puta Chymeram, Centaurum, Pegaſum, Sire-
nam, Cælum enſe diuiſum, & alia huiuſmodi: Quæ
ſane operatio dici conſueuit Fictio, ſeu Fingere, quod
efficitur a Philoſophis, & ſæpius a Mathematicis in
ſuppoſitionibus, quæ dicunt res eſſe aliter ac ſint; fre-
quentiſſime uero a Poetis; immo ipſis hæc operatio ſum-
me neceſſaria eſt, & apud eos peculiari nomine dicitur
Inuen-

Inuentio; Poetarum nanque maxima laus in fabula, & Inuentione conſiſtit, eſt enim fabula principium, ac veluti anima Poematis, ut docet Ariſtoteles; fabula uero eſt inuentionis opus; inuentio autem poetica nihil aliud eſſe videtur, quam fictio rei non exiſtentis a Mẽte ad nutum voluntatis uario, ac diuerſo modo componente, diuidente, atque ordinante phantaſmata, & ſpecies vniuerſales, ſiue cognitiones horum omnium in anima exiſtentes longe aliter ac in ea ex ſe diſpoſitæ ſint. A

Vide lib. 3. cap. 25. lib. Poe cap. 4.

Alterum uero genus operationis a Mente prodiens ad imperium voluntatis eſt alijs diſtincte, ac perfecte ſignificare cognitiones, & affectiones intrinſecus exiſtentes in anima quod fit uel ſermone, uel ſcriptura, prout uel præſentibus, uel abſentibus conceptus animi noſtri ſignificare voluerimus. Atque iſtæ omnes ſunt operationes propriæ vitæ humanæ, ſiue rationalis, quæ numero extant viginti tres, nempe tres uoluntatis propriæ, ut Velle, Nolle, Deliberare, ſeu Eligere; una Intellectus agẽtis, quæ eſt Depurare phantaſmata, ſeu ex illorum comparatione ſpeciem uniuerſalem elicere; ſexdecim Intellectus poſſibilis, nempe una in primo genere, quæ eſt Apprehendere ſimplicia; duæ in ſecundo, & ſunt Componere, ac Diuidere; quinque in tertio, nempe duo diſcurſus imperfecti, vt Admirari, & Ridere; tres uero completi; ut Solertem eſſe, Syllogizare, ac Reminiſci; octo in quarto, ſcilicet una falſitatis plena, ut Errare, ſiue Ignorantia craſſa detineri; duæ tum veritatis, tũ falſitatis participes, ut Suſpicio, & Opinio; quinque ueritatis B C

tan-

A tantummodo compotes, vt Intelligere principia, Scire concluſiones, Sapere vtrunque, Prudentem eſſe, & Artificem eſſe; tres denique Mentis cum voluntate operantis, vt Fingere, Loqui, & Scribere. 7.mor.Eud. c.17.

De Conditionibus operationum Vitæ Humanæ. Cap. XXVII.

QVVM autem iſtæ omnes operationes pendeant ab anima humana, ſeu potius a
B Vita Rationali; proculdubio eandẽ proportionem habere debent ad operationes tum vegetales, tum etiam brutales, quã habet anima, vitaque humana ad animam, vitamq; & vegetalem, & brutalem; quare quum ſatis aperte conſtet ex ſuperioribus animam, vitamque humanam eſſe vegetali, & brutali via originis poſteriorem, minus communem, minuſque morti obnoxiam, perfectiorem,
C digniorem, & magis abſolutam a materia; idipſum plane aſſerendum eſt de operationibus vitæ humanæ, nimirum eas eſſe functionibus tum vegetalibus, tum quoque brutalibus Naturæ ordine poſteriores, minus communes, minuſque morti obnoxias, perfectiores, digniores que, & magis a materia liberas; poſteriores inquam, propterea quod quilibet homo prius quam obeat operationes animæ rationalis, functus iam fuit officijs & vegetalibus, & ſenſualibus; Intellectus enim, & voluntatis actio præſupponit actionem ſenſus, quã

prior eſt actio vegetantis animæ, quæ ſuo munere fungitur vel in vtero; quum ſenſuum, & Mentis, ac voluntatis vſus non ſit niſi extra vterum; quod obſeruat A
7.Phy t 10. *quoque Ariſtoteles aliquando: Minus communes, quia ſolis inſunt hominibus; quum brutales actiones & homini, & brutis ineſſe conſtet; vegetales vero communes ſint nobis, brutiſque animalibus, & plantis: Minus morti obnoxias, quum voluntatis, & Intellectus quædam actiones poſt mortem quoque obiri valeant ab anima rationali a corpore ſeparata; quod vegetabilium, & brutalium functionum non eſt priuilegium: Magis a materia liberas, & proinde perfectiores, ac digniores, quoniam aliquæ humanæ functiones obeuntur ſine corporei organi miniſterio; & in vniuerſum omnes vitæ rationalis actiones haud ita ſunt coextenſæ corpori, vti ſunt vegetales, atque brutales. Sed ſi conſiderentur humanæ vitæ actiones ſecundum ſe, ipſæ ſane ſunt partim materiales, partim vero immateriales, & partim medio modo ſe habentes; Materiales ſunt Riſus, loquutio, ſcribere; in iſtis enim ſingulis actionibus obeundis hominem vti organo corporeo vel ſenſui eſt compertiſſimum. Immateriales vero vitæ rationalis operationes ſunt tres illæ voluntatis actiones, velle, nolle, ac deliberare, ſeu Eligere; adhuc autem & prima Intellectus poſſibilis operatio, quæ ſimplex Apprehenſio nuncupatur; inſuper etiam in quarto genere functionum Mentis conſeruatio cognitionum acquiſitarũ eius generis, quæ veritatis participes ſunt,* B C

non

A *non item falſitatis; iſtæ nanque operationes nulla ra-*
tione à corpore dependent, neque vllo corporis indigent
famulatu, dum obeuntur; cuius rei hoc eſſe poteſt ar-
gumentum euidentiſſimum (præter alia multa, quæ in
medium adduximus) quia poſt hominis obitum anima
rationalis a corpore vndique abſoluta, & a commercio
materiæ libera fungitur officio tum voluntatis volens,
nollens, ac de propoſitis deliberans, & eligens; tum
etiam Intellectus per ſimplicem intuitionem apprehen-
B *dens omnia cognoſcibilia ſibi proportionata, eorumque*
notitias in ſe retinens, atque conſeruans; intelligit enim,
ſcit, ſapit, prudens eſt, arteſque callet. Reliquæ omnes
operationes, nimirum functio Intellectus agentis, quæ
nuncupatur depuratio phantaſmatum; ſecundum ge-
nus operationum Intellectus poſſibilis, quod appellatur
Compoſitio, & Diuiſio; tertium genus operationum
Mentis, quod vocatur Diſcurſus, quoad Reminiſcen-
tiam, Admirationem, Syllogiſmũ, & Solertiam; quar-
C *ti generis tres illæ ſpecies, quæ quouis modo ſunt falſi-*
tatis compotes, Errare videlicet, Suſpicari, & Opina-
ri; ac demum inter operationes ab Intellectu ad nutum
voluntatis operante prodeuntes ipſum, quod appella-
mus Fingere; iſtæ inquam operationes omnes medio
quodam modo ſe habere videntur inter materiales, &
immateriales; nanque in ijs obeundis anima, ſiue ho-
mo non vtitur inſtrumento corporeo, quemadmodum
in riſu, loquutione, atque ſcriptura; neque tamen om-
nino immateriales exiſtunt, quia ſecus obiri poſſent

ab anima poſt hominis obitum a corpore ſeparata: ſed A
reuera Mens poſt mortem a materia ſeiuncta non poteſt cognoſcere componendo, aut diuidendo, nec admirari, nec Solertia vti, nec ſyllogizare, nec reminiſci, nec errare, nec ſuſpicari, nec opinari, nec fingere; quia omnes iſtæ operationes tempori ſubiacent, eoque admetiuntur, & non ſine motu fiunt; at vero Mens a corpore abſoluta omnia ſua munia momento edit, ac ſine motu; neque cognoſcit hoc ex hoc, ſed omnia præſentia ſimul, ut fuſius infra patebit commodiori B
loco. Iſtæ itaque operationes Intellectus poſteriores etiamſi non prodeant a materia, & corpore, veluti ab efficiente, neque veluti ab inſtrumento; ab eo tamen pendent veluti ab occaſione, ſeu tanquam a cauſſa ſine qua non; ſiquidem Intellectus a corpore abſolutus omnia præſentia ſibi obiecta dignoſcibilia ſimplici apprehenſione percipit exactiſſime, ac intrinſecus tum quoad illorum eſſentiam, & quidditatem; tum etiam quoad accidentia omnia, quæ tanquam corti- C
ces eſſentiam ambiunt, & occultant quaſi medullam: Dum autem idem Intellectus corpori, & materiæ adiunctus eſt, tunc ab ea impeditus quominus poſſit tum ſimul plura æque dignoſcere; tum vnumquodque vndique percipere quoad exteriora ſimul, & quoad interna, cogitur depurare phantaſmata, ex eis educendo ſpeciem vniuerſalem; cogitur item componere, diuidere; cauſſas, & effectus varie per diſcurſum indagare, nempe cauſſas occultas, aut per

ſoler-

A *ſolertiam rimari, aut cum ignorantia mirari; & effe-ctus aut inſuetos, ſiue inexpectatos ridere; aut conſentaneos ſyllogizare, deperditas notitias per reminiſcentiã recuperare, decipi, ac errare, ſuſpicari, opinari, & fingere; quamuis in nulla iſtarum operationum obeunda Mens vtatur materia, uel facultate materiali, tanquam inſtrumento cooperante: Et propterea ſcite Ariſtoteles alicubi quum adinueniſſet reminiſcentiam pertinere ad tertium genus operationum Mentis, quod ap-* de mem. & rem. cap. 4.

B *pellatur commini voce Diſcurſus, admonuit ipſum reminiſci non eſſe actionem penitus incorpoream; licet idipſum alia ratione cõfirmet, nempe a ſigno, quia in reminiſcendo quamplurimi, & præſertim melancholici circa corpus afficiuntur, ac turbantur euidentiſſime: Addo etiam a priori, quoniam reminiſci eſt ſyllogiſmus quidã circa phantaſmata obtinentia conditiones temporis, & materiei, quas indiuiduales appellant; phantaſmata vero non mouentur citra miniſterium ſenſus, in quo sũt,*

C *phantaſiæ videlicet; at ſenſus omnis facultas eſt corpori addicta, ita ut nihil in ſenſu exiſtens moueri queat ullo motu, non moto conſimiliter inſtrumento, cui appropriatus, ac immerſus eſt huiuſmodi ſenſus; quo fit vt reminiſci, ſit operatio non omni ex parte incorporea, & immaterialis; ſcribit enim hunc in modum Ariſtoteles, Quod autem corporeum ipſa paſſio, & reminiſcentia inquiſitio in tali phantaſmate, ſignum eſt turbari quoſdam quum non poſſunt reminiſci; & valde cohibentes cogitationem, & non amplius conantes reminiſci, nihil minus*

Digitized by Google

minus, & maxime melancholicos; hos enim phantaſmata mouent maxime. Et certe non ſolum hoc incommodum affert materia corpori noſtro, ſed alia quinque longe deteriora: quorum vnum eſt, quia materia impedimento eſt humanæ Menti, quominus cõtinue, ac perpetuo cõtempletur, tum illam a contemplatione diſtrahendo, tumultu facto in ſenſibus, ac potiſſimũ in phantaſia; tum etiam quia homo propter adnexam ſibi materiam ab aſſidua ſpeculatione defatigatus multoties meditationem intermittere cogitur; quod ſapienter aliquando adnotat Ariſtoteles, inquiens omnia humana ad aſſidue operandum imbecillia eſſe, ac propterea defatigari: & paullo poſt; Quum nequeant homines aſſidue operari, requie indigent; loquitur autem vtrobiq; præcipue de operatione Mentis humanæ, & omnino de operatione, quæ eſt ſecundum virtutem; hoc patitur Mens materiæ adiuncta; quæ tamen ab eius conſortio poſt hominis interitum ſeiuncta laborioſam non habet diuturnam contemplationem; neque ab actu intelligendi aut auocari aliunde poteſt, aut ex ſeipſa vacare; quia hoc ſit peculiare Mentium a materia ſeparatarum, in continua contemplatione verſari, quemadmodum alibi docuit Ariſtoteles, & nos infra ſuo loco fuſe monſtrabimus. Alterum uero incommodum, quod affert Menti noſtræ materia, eſt illud, quia materia impedit quominus Mens noſtra immediate copulari valeat cum rebus intelligibilibus, ſed indigeat earum ſimulacro, ſeu ſpecie immateriali; quũ enim fieri nequeat

Marginalia: A (beside "minus"); B (beside "meditationem"); 10 æthic. c. 4. (beside "quando adnotat"); 10. æthic. c. 6. (beside "tigari"); C (beside "diuturnam"); 3. de an. t. 16. (beside "dum alibi docuit").

A *queat intellectio, niſi coniungatur Intellectus cum re intelligenda; quumque Intellectui noſtro, qui latet in corpore incluſus, quaſi medulla intra corticem, materiei cortex impedimento ſit quominus idemmet Intellectus vniri valeat cum re cognoſcenda, quæ eſt extra nos; eapropter ad hoc vt noſcere poßimus res intellectu dignoſcibiles, requiritur neceßario ſpecies immaterialis repræſentans rem ipſam cognoſcendam; quæ ſane ſpecies immaterialis abſque obſtaculo permeando per or-*
B *gana ſenſuum corporis noſtri ſubſtantiam, recipiatur in animam; Vnde Intellectus noſter in tali ſpecie conceptum format, iudiciumque promit de re illa, quæ repræſentatur, ei ſeipſum quoquopacto vniens per ſpeciẽ huiuſmodi, in qua res illa emicat: Et huc ea ſpectant, quæ alicubi ſcribuntur Ariſtoteli, nempe neceſſarium eſſe intelligentem phantaſma aliquod ſimul ſpeculari.* 3. de an. t. 30.
Tertium autem incommodum eſt, quia materia non permittendo Mentem noſtram immediate uniri cum
C *rebus intelligendis, in cauſa eſt ne ſemper, hoc eſt, ne in omni contemplatione veritatem aſſequamur; ſed frequentiſſime in dignotione rerum fallamur, & decipiamur aberrãtes a vero; cuius rei euidens illud eſt argumentum, quod Mentes a materia liberæ quum immediate rebus cognoſcibilibus copulentur, ſemper, & in omni ſpeculatione veritatem aſſequuntur; & quidem multo potiori ratione quam ſenſus; qui tamen Ariſtotelis teſtimonio in cognitione proprij obiecti ut plurimum non decipitur: Quamobrem ſapienter admodũ* 2. de an. t. 63.

aiunt

4 meta. t.24. *aiunt Philoſophi vnam materiam eſſe cauſſam occul-* A
7. meta. t. 35 *tationis, & ignorantiæ: Sed ratio propria, ob quam
huiuſmodi vnio Mentis cũ re per ſpeciẽ ſit cauſſa dece-
ptionis, eſt (quantum ego puto) quia ſpecies, quæ ab vno-
quoq; indiuiduo exteriori per ſenſus fertur in animã, v-
na quidẽ numero eſt, ſed in ſe reuera continet omnes ſpe
cies conſimiles tũ accidentiũ, tum etiam ſubſtantiarum
omnium ſigillatim, quæ ad eius indiuidui conſtitutionẽ
pertinent, & in eo ipſo reperiũtur ſub natura, & ratio-
ne diuerſa: Et ſicuti Mens ex contemplatione illius* B
*ſpeciei prioris, atque totalis adipiſcitur cognitionem
confuſam de re extra animam; ita ex meditatione ſpe-
cierum illarum, quæ in ea totali continentur, acquirit
Mens de eadem re cognitionem diſtinctam: Continet
autẽ totalis illa ſpecies in ſe reliquas illas partiales ob-
ſcuras, & confuſe, non claras, non diſtincte; quo factũ
eſt vt nequeant iſtæ ſpecies partiales adamuſſim, &
aperte repræſentare naturas illas diuerſas, e quibus e-
mergunt; & propterea Mens in earum ſpeculatione nu-* C
*tans leuiter attingit res repræſentatas, eaſque indiſtin-
cte dignoſcit; ita ut ſæpe numero aliquam ex his ſpecie-
bus aut intermittens, aut pro alia ſumens, aut loco, &
ordine permutans Intellectus decipiatur a uero aberrãs:
Id quidem Mens pati conſueuit in cognitione diſtincta,
quæ oritur a contemplatione ſpecierum partialium; nõ
autem in confuſa, quæ naſcitur a ſpeculatione ſpeciei to-
talis; quia hæc una numero eſt, & ſatis euidens, aperte-
que rem totam confuſe repræſentans; illæ uero multæ,*

obſcuræ

Digitized by Google

A *obſcuræ, & leuiter diuerſas rei partes præſeferētes: Quo factum eſt vt ſenſus exteriores minime decipiantur* 4 meta t. 24. 2. de an. t. 63. *circa dignotionem propriorum obiectorum; quum ea cognoſcant mediante illa ſpecie totali per cognitionem cōfuſam, non attingendo in ea veluti latentes ſpecies partiales cognitione diſtincta: Quare ſcite alibi etiam obſeruat Ariſtoteles ſenſui nota eſſe confuſa magis; ſenſumque cognoſcere ipſum totum, & vniuerſale cognitione confuſa; quum totius partes ſingulas diſtinctè* 1 phy. t. 3. & 4

B *cognoſcere pertineat ad Intellectum; eo loci nomine vniuerſalis intelligendo totum omne materiale, quoad vniuerſum ſui ambitum, vt totam domum, totum hominem; quam partium vniuerſitatem poterimus vocare vniuerſale materiæ, ſiue vniuerſale ſecundum materiam, ad vniuerſalis eius differentiam, quo de agit Ariſtoteles in Analyſi ſecunda; quoniam id concernēs* 1. Poſt. anal. c. 5 *prædicationem, & abſtractionem a ſingularibus, nuncupari debet potius vniuerſale formæ, ſiue vniuerſale*

C *ſecundum formam; conſiſtit enim in eſſentia rei, ſecluſis conditionibus materiæ, quas indiuiduantes appellant; immo ſecluſa etiam materia ipſa ſenſibili; Eſſentia vero formæ rationem gerit tum relata ad potētiam intellectricem, a qua recipitur; tum etiam cōparata ad materiam ſenſibilem, a qua Mentis ope ſeiungitur; tum denique collata ad ipſa indiuidua, in quibus eſt diſperſa, & participata. Sed hæc obiter: redeamus ad penſum. Quartum vero incommodum, quod affert materia Menti, eſt quia Intellectus, materiei culpa, notitiæ*

habitus acquiſitos deperdere valet, perinde ac tabula A
picturas; quum Mens a corpore abſoluta, quas adepta eſt, notiones nũquam amittat, ſicuti nec lapis, aut lignũ ſculpturas. Vltimum, ac omnium deterrimum, & miſerabile detrimentum, quod Intellectus humanus patitur ex commercio materiæ, illud eſt, quoniam ipſe ab ea impeditur quominus idem numero ſeipſum poſſit in hac vita contemplari; nanque Intellectus vllus non poteſt aliquid intelligere, niſi id ſit actu intelligibile; at quia omne id, quod materiam habet reipſa ſibi adne- B
xam, ex conſortio materiæ, quæ non ſolum per ſe ignota eſt ex Ariſtotele, ſed alijs etiam cauſſa exiſtit occul-
9. meta. t. 35. *tationis, & ignorantiæ; quum eodem Autore ratio in-*
9. meta. t. 10. *telligendi, & cognoſcendi ſit forma, & actus; omne inquam materiam adiunctam habens ab eius conſortio id nanciſcitur, ut non ſit actu intelligibile, ſed poteſtate ſolum; propterea fit, ad hoc vt materiam habentia intelligi valeant, quod neceſſe ſit ea prius a materia ſolui, & a materiæ conditionibus depurari, ac fieri qualis eſt* C
ſpecies intelligibilis vniuerſalem naturam repræſentãs; vel ſaltem interuentu ſpeciei ſenſibilis à materia ipſa, ſi non ab eius conditionibus, quodammodo liberari, vti ſunt phantaſmata indiuiduam naturam repræſentantia; & ita fieri actu intelligibilia; ſunt enim (vt mox oſtendemus) actu intelligibilia tum ſpecies eductæ ab Intellectu agente e phantaſmatis repræſentantes naturam vniuerſalem; tum etiam phantaſmata, quæ ſunt ſpecies immateriales repræſentantes indiuidua; quam-
uis

Digitized by Google

A *uis illæ ſpecies vniuerſales, eo quia ſoli Menti dignoſci poſſunt appellatæ ſint vulgo ſpecies intelligibiles; & hoc ad phantaſmatum diſcrimen, quæ & ab Intellectu, & a ſenſu dignoſci valent: Quum autem forma nõ niſi duobus modis a materiæ commercio abſolui queat, nempe vel quia ſit reipſa ſeparabilis a corpore, atque ab alijs formis materialibus, tanquam æternum a corruptibili; cuiuſmodi eſt humanus Intellectus, qui obeunte homine ſeparatur a corpore, atque ab alijs animæ no-*
B *ſtræ partibus, velut immortale a caduco, vt ſcribit Ariſtoteles: vel quia miniſterio aut ſenſus, qui apud Ariſtotelem eſt receptiuus ſpecierum ſine materia; aut etiã Intellectus, potiſſimum agentis, cuius ea vis eſt, vt pro arbitrio valeat haud minus coniuncta ſeparare, quam diſſita inuicem coniungere; quia inquam miniſterio ſenſus, aut Intellectus etiam a ſingularibus ſenſibilibus abſtrahitur ſpecies immaterialis tum particularis, quæ in phantaſia reponitur; vnde proprio nomi-*
C *ne dicitur phantaſma; tum communis, & vniuerſalis, quæ vocatur per excellentiam ſpecies intelligibilis, quippe a ſola Mente cognoſcitur, non item a ſenſu, vt quæ phantaſmata dicuntur: Sed etiam arbitramur nos huiuſmodi ſpecies cognominari à loco, in quo ſunt; quoniam Intellectus eſt locus formarum vniuerſalium, quæ proinde ſpecies intelligibiles appellantur; ſpecies vero ſingulares in phantaſia ſunt, ac omnino in ſenſu, tanquam in loco; quamobrem vocantur phantaſmata, & ſpecies ſenſibiles. Verum ad rem. Quum*

2. de an. t. 21.

3. de an t. 118. & ſequen.

itaque actu intelligibilia non ſint, niſi quæ aliquo pa- A
cto a materia exoluuntur; propterea Intellectus humanus, qui materiæ adiunctus eſt, vt forma informans ſuo ſubiecto, non eſt actu intelligibilis, niſi a materia quoquopacto liberetur: Sed quia noſter Intellectus a materia ſeparari valet duobus modis propoſitis, ſane vbi a materia primo modo liberetur, hoc eſt, ſimpliciter, & omnino (quod euenit in morte hominis) tunc ipſe ſeipſum ſine ſpecie, atque intuitiue ſemper in
poſterum contemplatur eo modo prorſum, quo ſeipſas B
meditantur Diuinæ Mentes ſemper a materia liberæ; qua de re infra ſuo loco latius: Ceterum in vita hominis quia Mens noſtra non abſoluitur a corpore, ſiue a materia, niſi ſecundo modo, quo reliquæ materiales formæ ab ea ſeparari conſueuere, nempe interuentu ſpeciei a ſingularibus excerptæ abſque materia repræſentantis & ſenſibile indiuiduum, & naturam eius vniuerſalem: Quare Intellectus hominis in hac vi-
ta materiei addictus ſeipſum eundem numero imme- C
diate contemplari nequit, quum ob conſortium materiæ non ſit ex ſe actu intelligibilis; fit autem actu intelligibilis per ſpeciem, vt ceteræ formæ materiæ inexiſtentes; Quapropter Intellectus noſter in hac vita ſolum contemplari poteſt ſpeciem immaterialem repræſentantem naturam aut vnius hominis, ſiue vnius Intellectus ſub nomine phantaſmatis; aut etiam communem omnibus humanis Intellectibus repræſentatam a ſpecie delata ab indiuiduis hominibus, ope-

ra

A ra ſenſuum, & phantaſiæ, ad Intellectum, ea ratione penitus, qua ceteræ formæ ſublunares & in particulari, & in communi per ſpeciem ab Intellectu noſtro dignoſcuntur; Nempe quia ſpecies a re ſenſibili ad organum ſenſus delata, non accidentis formam ſolum in abſtracto, ſed totum ſuppoſitum in concreto repræſentat; haud enim videmus albedinem, ſed hoc album; & ſicuti Mens in tali ſpecie poteſt conſiderare ſubſtantiam abſtrahendo ab accidentis forma talem ſubſtantiam

B vndique cælante; ita inſpiciens per ſpeculum quilibet homo ſeipſum, vel quouis alio modo ſui ſpeciem, & phantaſma intus hauriens in phantaſia, poteſt Mens in eo phantaſmate ſuimet ſpeciem peculiarem intueri, alijs non conſideratis, atque in tali ſpecie ſeipſam eandē numero contemplari: Pariter quoque oculis hauriens ego ſpeciem viſibilem multorum hominum, eamque in phantaſia reponens, mox ope Intellectus agentis ab illis phantaſmatis eliciens vniuerſalem ſpeciem hominis, in

C ea poſtremo poſſum contemplari naturam formæ humanæ, ſiue Intellectus noſtri, nulla corporis conſideratione facta: Mens nanque noſtra poteſt ad libitum abſtrahere vnum quiddā e multis repræſentatis a ſpecie quauis intelligibili quod eſt dictu, Quū in illa ſpecie intelgibili deducta e phātaſmatis multorū hominū, quæ una eſt communiter totum hominem repræſentans, ſint ſpecies partiales, etſi parum obſcuriores, tum corporis, tum etiam Intellectus humani; ſane poteſt Mens non ſpeciē communem, non etiam ſpeciem peculiarem corporis, ſed

in

in ſpecie communi meditare ſpeciem propriam Mentis, A
alijs omnibus omiſsis: Ex quibus aperte conſtare poteſt Intellectum humanum poſt hominis internecionem a corpore ſeiunctũ poſſe contemplari ſeipſum eundem numero directe, ac immediate, ſeu ſine ſpecie, uti contingit Mentibus Diuinis; in hac vero vita corpori addictũ non niſi per phantaſma, uel per ſpeciem uniuerſalem ſeipſum meditari, quemadmodum ipſe contemplatur alias quoque formas in materia exiſtentes, quæcunque ſint illæ, ſiue animæ, ſiue non: Atque hoc illud eſt B
profecto, quod ſcribit Ariſtoteles in prima Philoſophia
12. met.t 51. *inquiens hunc in modum, An omne non habens materiã indiuiſibile, quemadmodum humanus Intellectus; aut qui compoſitorum in aliquo tempore ſe habet, nã nõ bene eſſe habet in hoc, aut in hoc, verum in toto quoddam, quod optimum eſt aliud ab eo exiſtens: ſic autem ipſa ſui ipſius intellectio per totum æternum ſe habet: Quorum ſenſus eſt apertiſſimus ex traditis, nimirum Ea,*
quæ non habent materiam, quam habere dicitur in hac C
vita humanus Intellectus, qui compoſitorum in aliquo tempore ſe habet, hoc eſt, qui per aliquod tempus eſt in compoſito, tanquam pars illius, vt corporis forma informans; ea (inquit) quæ materiam non habent, puta Mentes cæleſtes, indiuiſibilia ſunt (ſub intellige) a ſui operatione, quia ſemper inceſſabili, & indiuiſa, ſeu imperturbata contemplatione ſpeculantur, & omnino iugiter indefeſſe perenni, ac perpetuo munere funguntur, quacunque actione gaudeant, quod non contingit aſſerere de

In-

A *Intectu noſtro; hic enim materiæ adiunctus ſæpe a contemplatione vacat; quare dum eſt in hoc, aut in hoc ſubiecto corpore, non bene eſſe habet; quoniam ſcilicet eius perfectio eſt ipſum intelligere, & bene eſſe uniuſcuiuſque eſt fungi ſuo munere, vti docet Ariſtoteles; verum* 5.de gen.a.c.a *in toto quoddam, nimirum quando Intellectus noſter nõ eſt in humano corpore pars eſſentialis, ſed in toto Mundo quoddam ex ſe abſolutũ, exiſtens aliud ab eo, puta dum eſt a corpore ſeparatum quidpiam, tunc ipſe eſt*
B *quod optimum, hoc eſt, quiddam in ſuo genere ſumme perfectum; nam tunc ſeipſum intelligit inceſſanter per totum æternum, neque amplius a materia interpellatur in contemplatione diuturna, neque ab eadem impeditur quominus ſeipſum intelligat; Quæ omnia ijs apprime cõſentiunt, quæ alibi profeſſus eſt Ariſtoteles inquiens, Intellectui humano laborioſum eſt commiſtum eſſe corpori, non potens abſolui, & præterea fugiendum; ſiquidem melius eſt Intellectui non cum corpore eſſe, quem-* 1. de an. t. 49.
C *admodum & conſuetum eſt dici, & multis placet; tum etiam dicens Intellectum hominis tunc reuera ſemper intelligere, non aliquando quidem ſic, aliquando autem non; & eſſe proprie id, quod eſt, quando eſt ſeparatus a corpore; tunc enim tantummodo eſt hoc ſolum, nempe Ens, ac totum quoddam ex ſe, non pars alterius, perpetuum quiddam, & immortale; nam quando eſt corpori adiunctus, non eſt appellandus hoc ſolum, puta uel Ens ex ſe abſolutũ, vel Intellectus ſimpliciter, ſed Intellectus paſſiuus; quia ſcilicet uel eſt pars alterius, uel intelligit* 3. de an. t. 20.

aut

aut recipiendo in ſe multoties quidem ſpecies rerum A
intelligendarum, ſemper uero tum impulſum ab obiecto, quo excitatur ad opus; tum notitiæ habitum ex actu intellectionis promanantem; aut potius repræſentando ſibi veluti ſpeculum ea, quæ ipſe intelligit; ac proinde patiendo; nam & recipere, & repræſentare, eſt quoddam pati: patitur enim ſpeculũ a nobis dũ nos repræſentat; nos autem a ſpeculo non patimur; afficitur namque illud noſtra imagine: Qui ſane Intellectus receptiuus, ſiue paſsiuus, aut etiam poſsibilis, ſiue in potentia nun- B
cupatus eo quia eſt in potentia ad hæc omnia, quæ recepturus eſt, qui inquam Intellectus eſt id, ſine quo homo, propter materiæ commercium, nihil intelligit: ſed quoniam in hominis obitu iſte Intellectus à corpore ſeparatur, extra quod non amplius intelligit recipiendo ſpecies, neque ſibi obiectum repræſentando; nam illud noſcit per præſentiam eius ſibi ipſi; propterea non eſt amplius hac ratione paſsiuus; quare paſsiuus Intellectus dici poteſt aliqua ratione corruptibilis, non quidẽ C
vt Intellectus abſolute, ſed vt Intellectus paſsiuus a ſpeciebus; quia ſcilicet Mens hominis poſt mortem a corpore ſeparata non amplius intelligit recipiendo ſpecies, atque ita patiendo vt prius, dum corpori adiuncta erat; etſi Mens a corpore ſeparata & ante intellectionem patiatur ab obiecto, a quo impellitur ad opus; & poſt intellectionem rerum externarum recipiat in ſe habitus cognitionis earundem, vt Intelligentiæ ſecundæ quoque faciunt; qua de re infra latius; ac proinde aliqua-

de ſen. & ſenſ. cap. 5.

tenus

A tenus etiam patiatur; eſt enim omnis receptio nouæ rei paſſio quædam, alias perfectiua, vt in propoſito, alias corruptiua. ſed iam redeamus ad penſum. Hoc ipſum, de quo paullo antea loquebamur, profitetur alibi Ariſtoteles dicens, Et ipſe etiam Intellectus noſter intelligibilis eſt, ſicut ipſa intelligibilia; in ijs enim, quæ ſunt ſine materia, idem eſt quod intelligit, & quod intelligitur: Quorum interpretatio talis eſt, Intellectus noſter in hac vita, ſiue materiei adiunctus, intelligibilis eſt ſicut cetera intelligibilia noſtratia: ſed certum eſt intelligibilia hæc apud nos non intelligi niſi per ſpeciem repræſentantem naturam aut ſingularem ſub nomine phantaſmatis, aut vniuerſalem, quæ dicitur ſpecies intelligibilis; alioquin ob commercium materiæ ſingularia noſtratia non ſunt actu intelligibilia; quocirca Intellectus noſter in hac vita corpori adiunctus non reflectit ſe ſupra ſe, intelligendo immediate ſeipſum eundem numero, vnius ob culpam materiei; ſed a ſingulari homine viſo, vel quouis alio ſenſu cognito, elicit Mens miniſterio ſenſuum ſpeciem immaterialem, in qua eſt quidditas, & forma hominis; quare & Intellectus ipſe quoad ſui naturam tum indiuiduam, tum etiam communem; & propterea Mens noſtra in huiuſmodi ſpecie contemplari poteſt ſui naturam tam communem, quam ſingularem: Atque ita ſane intelligendus eſt Ariſtoteles aliquando inquiens Intellectum tunc ſeipſum poſſe intelligere, quando factus fuerit ſingula, hoc eſt, quando in ſe receperit ſpecies, ac notitias omnium rerum

3. de an. c. 15.

B

C

3. de an. c. 8.

intelligibilium; dicitur nanque Intellectus quodammo- A
do fieri ea, quæcunque recipit, ac intelligit; non quidem
fieri ea dicitur tranſmutatione phyſica, ſed metaphori-
ca, & omnino per ſimilitudinem, nam ea ſibi ipſi repræ-
ſentat, vt ſpeculum nobis noſtras imagines, & perinde
ac imago repræſentat rem propriam, cuius eſt imago; vbi
enim Intellectus omnium ſpecies in ſe receperit, procul-
dubio & humanam, in qua & ſuimet ſimilitudo repe-
ritur, habere dicetur; quo nomine per ſui ſpeciem in hu-
mano ſimulacro exiſtentem ſeipſum quoquopacto me- B
ditari poterit. Huc fortaſſe tendunt quæ ſcribuntur a
viris Doctiſſimis aſſerentibus quod Intellectus poteſt
ab ipſis obiectis, tanquam a ſpeculo reflexum ſemet-
ipſum etiam cognoſcere; ſunt etenim obiecta, hoc eſt, ſi-
mulacra, & ſpecies rerum veluti tot ſpecula Intelle-
ctui, atque omnino facultati cognoſcenti repræſentan-
tia res illas, a quibus prodiere, quarumque ſunt ſpecies,
ac ſimilitudines: Quare ab homine proficiſcens ſpecies
immaterialis totum hominem, & ſingulas hominis par- C
tes, ſiue quæcunque in homine reperiuntur præſeferens,
ſi quouis modo reflexa per ſenſus eiuſdem hominis ad
phantaſiam tranſmiſſa Intellectui præſens adſit, & ſuo
more coniungatur; ſane hominis ſimilitudo ſpeciem In-
tellectus, quam gerit, eidem Intellectui repræſentans, il-
lum ſibi ipſi in ea cognoſcendũ proponet reflexione qua-
dam; nam Intellectus in humana ſimilitudine ſui ſpe-
ciem a ſe dimittens, illamque denuo in eadem per ſenſus
in ſe admittens, atque ideo veluti quodam circulo in
tali

Digitized by Google

A talis ſpecie a ſeipſo exiens, & in ſeipſum rediens, recte dicitur ab obiectis, tanquam a ſpeculo reflexus poſſe ſemetipſum cognoſcere; ab obiectis inquam, hoc eſt a ſpeciebus, ac ſimulacris repræſentantibus ſuapte natura Mentem, non aliud quid ab Intellectu diuerſum: Secus enim ſpecies lapidis, plantæ, leonis, & huiuſmodi aliæ, ſi fuerint vel in phantaſia, vel in Mente, aptæ non ſunt Intellectum Intellectui reflectere, ac repræſentare tanquam ſpecula; quoniam obiecta, ſiue ſpecies lapi-
B dis, plantæ, leonis, & huiuſmodi aliæ repræſentant Menti ſolum, ad inſtar ſpeculi, lapidem, plantam, leonem, & huiuſmodi alia, quorum ſunt imagines, ac ſimilitudines, non item Intellectum, in quo ſunt, vel cui præſto eſſe quouis alio modo dicuntur; quin potius ipſæ ab Intellectu, tanquam a ſpeculo repræſentari conſueuere: Quocirca quemadmodum imago noſtra repræſentata a ſpeculo non repræſentat ſpeculum, in quo eſt: ſed ſolum nos, a quibus exijt, & quorum eſt imago; ita pla-
C ne ſpecies ab Intellectu repræſentata non repræſentat Intellectum, in quo eſt, ſed rem tantum, a qua prodijt, cuiuſue eſt ſimilitudo: Solum ergo id euenit vt Intellectus ab obiectis, ſiue a ſpeciebus, tanquam a ſpeculo reflexus ſemetipſum cognoſcere valeat, quando præſentem habuerit ſpeciem, ac ſimulacrum hominis ſenſu percepti, in quo ſimulacro & homo ipſe totus repræſentatur per ſpeciem communem, & ea omnia, quæ in homine ſunt, per ſpecies, ac ſimilitudines partiales, vt ſupra notauimus: At forte melius dicemus ſpecies nullo modo re-

præſentare veluti ſpecula; ſed Intellectum more ſpeculi A
per ſpeciem ſuſceptam, aut præſentem, repræſentare ſibi
rem, cuius illa ſpecies eſt imago; ſic enim verius dici-
mus ſpeculum per imaginem nos repræſentare, quam
ſpeciem noſtram in ſpeculo nos repræſentare: Verum
optime dic vtrunque, imaginem ſcilicet, ac ſpeculum
ſuo modo repræſentare; nam imago repræſentat rem in
ſpeculo immediate, quam repræſentat ſpeculum per ima-
ginem: Atque hoc modo ſpeculatur ſeipſam Mens no-
ſtra, dum in hac vita materiei, & corpori adiuncta eſt; B
dum vero poſt mortem a materia fuerit abſoluta, tunc
ſeipſam ſpeculari poteſt immediate, ſiue abſque inter-
uentu ſpeciei; nā eo tēpore idem omnino eſt quod intelli-
git, & quod intelligitur. Niſi etiam addamus Mentem
hominis in hac vita ſemetipſam aliter intelligere poſſe,
nēpe illa ratione, qua ſenſus ſeipſum cognoſcere dicitur,
dum animaduertit ſe ſentire, ſic de Intellectu dic, eum
ſcilicet in hac vita ſeipſum intelligere eundē numero, dū
animaduertit ſe ſpeculari: ſed reuera iſta non eſt ſui- C
ipſius cognitio abſoluta, neq; cōpleta, ſiue diſtincta; ve-
runtamē & hoc etiam illud eſt, quod (ne in propoſito ali-
3.de an.t.13. *quid relinqueret intactum) obſeruat Ariſtoteles inquiēs*
aliquando hunc in modū, ſi Intellectus ipſe in nobis ſit
intelligibilis, aut intelligetur in alijs, ſi nō ſecundū aliud
(puta dum animaduertit ſe aliud quid intelligere; ſeu
potius dum non in nobis ipſis ſpeculantibus, ſed in
alijs hominibus a nobis conſideratis, non quantum ad
id, quod in ipſis eſt aliud a nobis, ſed ſecundum id, quod

nobiſcum

A *nobiſcum commune habent, Intellectus ſui naturam communem intuetur per ſpeciem) aut aliquod miſtum habebit (puta materiam, & corpus) qaod ipſum facit intelligibile, ſicut alia intelligibilia; quæ ſcilicet ſunt res, & formæ aliæ materiales, quas intelligit tũ in uniuerſali per ſpeciem intelligibilem, tum etiam in ſingulari per ſpeciem, quam appellamus nomine phantaſmatis, & ita Intellectus erit vnum quoddam intelligibile per ſpeciem, uti diximus. Ceterum dum Mens ſeipſam*

B *eandem numero contemplatur in phantaſmate repræſentãte naturam indiuiduam, non exacte ſane ſemetipſam cognoſcit; & hoc duplici de cauſſa; prima eſt, quoniam phantaſmata, licet materiam non habeant, adhuc tamen obtinent materiæ appendices, ſeu conditiones illas, quæ vocantur indiuiduales, ratione quarum ab intellectu phantaſmata non adamuſſim percipi queunt, velut ſpecies vniuerſales ab ijs conditionibus miniſterio Intellectus agentis iam abſolutæ: Sed Mens cir-*

C *ca phantaſmata decipi conſueuit magis, quam circa ſpecies intelligibiles; perinde ac ſenſus ipſe Ariſtotelis teſtimonio decipi ſoleat potius circa obiecta communia, quam circa propria; eſt autem phantaſma obiectum commune ſenſui, & Intellectui; vniuerſalis uero ſpecies eſt obiectum proprium Intellectus: Altera cauſſa eſt, quia reuera phantaſma non repræſentat directe naturam Mentis, ſed totum hominem indiuiduum; bene verum eſt in eo phantaſmate, vt ſupra notauimus, contineri ſpecies diuerſas omnium illorum, quæcunque*

2. de an t 63.
4. meta t. 24.

in

Digitized by Google

in repræſentato indiuiduo continentur, at obſcuras, & A
admodum tenues, ita ut in earum cõtemplatione Mens
plerunque decipiatur, nunquam uero ad exactiſſimã
illarum omnium cognitionem perueniat; quippe Mens
tanto altiori, penitiorique meditatione res dijudicat,
quanto eas clarior ſpecies repræſentat; quare Mens in
phantaſmate hominis continente in ſe ſpecies eorum om-
nium ſigillatim, quæ in homine reperiuntur, quum non
niſi obſcuram, ac tenuem ſuimet ſpeciem uix percipiat;
neceſſario eſt aſſerendum Intellectum in hac uita per B
phantaſmatis interuentum non poſſe niſi leuiter ſuiip-
ſius naturam introſpicere. Quod autem ſæpenumero
inculcauimus Intellectum uires, ac facultates proprias
exercere non ſolum circa conceptus uniuerſales in Mẽ-
de ort. an. hu. *te reconditos, ut alibi demonſtrauimus, uerum etiam*
ius habere, ac imperium in notiones particulares, quæ
ſub nomine phantaſmats in phantaſia ſeruantur, aper-
tũ ſatis eſſe poteſt ex eo, tum quia ſenſus cõmunis (quo
tamẽ longe potior facultas eſt Intellectus) habet imperiũ C
ſupra ſenſibilia & cõmunia multis sẽſibus, & propria
unicuiq; illorum; agnoſcit enim ſenſus cõmunis odorem
differre a ſapore, a ſono item, a colore, alijſque ſenſibi-
lium generibus; quocirca & ſingula ſeorſum percipit;
2.de an t.145 & ſequent. *quod monſtrat Ariſtoteles; tum quoniam Intellectus*
agens e phantaſmatis educit ſpeciem uniuerſalem, ea
de ort. an.hu *interſe comparando, & dignoſcendo; quemadmodum*
alibi fuſius oſtendimus; tum etiam quoniã Intellectus
poſſibilis agnoſcens diſcrimen, quod eſt inter ſpeciem
in-

A *intelligibilem, & phantaſma; ſiue inter naturam vniuerſalē, & ſingularem, utrunque ſeorſum dignoſcere tenetur in vigore rationis allatæ ab Ariſtotele circa ſenſum communem, vt nuper dicebamus: tum denique quia Mens percipit propoſitiones, & diſcurſus, ſiue ratiocinationes ſingulares, nedum vniuerſales; ſicut enim termini vniuerſales in diſcurſu, aut propoſitiones ſunt notæ, atque indicia conceptuum Mentis interuentu ſpecierum intelligibilium repræſentantium res vniuer-* B *ſales; ita in propoſitione, ac diſcurſu quolibet termini ſingulares ſunt ſigna paſſionum animi repræſentantium per phantaſmata naturas indiuiduas; notionem uero propoſitionum ſingularium, & diſcurſuum itidem particularium, veluti ſunt Reminiſcentia, inductio, exemplum, & alij multi ſyllogiſmi, pertinere ad Intellectum nemo non videt; nulla etenim ſenſitiua facultas componit, aut diuidit; quod fit in dignoſcendis propoſitionibus; neque diſcurrit Inquirens, aut noſcens vnum ex alio:*

C *Ita ergo Intellectus imperium habet in ſpecies, ac notiones omnes, ſiue in phantaſia, ſiue aſſeruētur in Mēte, ut valeat ad placitū circa phantaſmata ſola, & circa ſpecies intelligibiles ſeorſum, & circa vtraſque ſimul notionum ſpecies verſari; nam diſcurſus, & ſyllogiſmi fieri poſſunt ab* Intellectu *verſante uel circa phātaſmata ſola, vt qui uocantur exempla, reminiſcentiæ, inductiones, & multa Enthymemata de rebus omnino ſingularibus; uel circa ſolas ſpecies intelligibiles appellatas, vt Demonſtratio, & omnis diſcurſus mere vniuer-*

uerſalis, vel tandem circa ſpecies intelligibiles, & phãtaſmata ſimul, vt ſyllogiſmi habentes aliquam propoſionem vniuerſalem, & aliam ſingularem: Et ſane quod viſum eſt contingere in diſcurſu, idem prorſus euenit in alijs Intellectus noſtri operationibus, eas nempe obiri poſſe indifferenter circa phantaſmata, & circa ſpecies vniuerſales, quas nuncupant intelligibiles. A

Præterea operationes voluntatis ſecundum ſe, vt velle, nolle, & Eligere; quin & functiones Mentis omnino immateriales, vti ſunt ſimpliciter apprehendere, & B conſeruare notitias acquiſitas, quod ſpeciatim appellatur Sapere, Scire, Intelligere, Prudentem eſſe, & Artes callere, indiuiduæ ſunt, ſine motu, tempori per ſe non obnoxiæ, ſeu momentaneæ; namque prodeunt ab illa parte animæ, quæ non eſt Virtus ſublunaris, aut a Cælo dependens, ſed a Deo ſummo immediate, ut alias

De ort. an. hu. oſtendimus; neque ab ea parte animæ prodeunt ope, ac miniſterio inſtrumenti corporei: Ceteræ uero actiones omnes tum Mentis ex ſe, tum etiam cum uoluntate C cooperante coniunctæ motum includunt, ac temperariæ ſunt; quum aliqua ratione a materia pendeant, nempe ueluti ab occaſione, atque omnino ueluti a cauſſa ſine qua non; quare non competunt Menti a corpore ſeparatæ, ſed ſoli homini; ſuntque ideo alijs imperfectiores.

Amplius operationes uoluntatis quum ſupponant functionem Intellectus; nihil enim Velle, aut nolle, aut eligere poſſumus, quod prius Mente non perceperimus; quumque Mens in rerum cognitione decipi valeat, &

poſtea

Digitized by Google

A *poſtea quoque a deceptione liberari, eo quia (vt ait Ariſtoteles) quum nemo volens, ac ſciens mala eligat; ſæpe* 2. rhet. c.14. *tamen manifeſtatur poſtea melius aliter fuiſſe, quod prius non erat manifeſtum: propterea factum eſt vt humanæ voluntatis actiones ſint variabiles; immo etiam pœnitentiæ capaces, & obſtinationis; Quum enim voluntas naturaliter bonum velit, nolit malum, eligat melius, ſiue minus malum; quumque Mens poſſit modo putare hoc eſſe bonum, mox idipſum eſſe malum; mo-*
B *do id eſſe melius, poſtmodum idem eſſe deterius; proinde homo poteſt nunc nolle id, quod antea voluit, aut etiam viceuerſa in præſentia velle id, quod antea noluit; modo etiam eligere hoc, poſtea vero hoc ipſum repudiare, aliud eligendo: Amplius poteſt homo nunc velle antea feciſſe, quod facere noluit; aut viceuerſa prius non egiſſe, quod agere voluit; & hoc proprio vocabulo appellatur Pœnitere: Sed poteſt etiam voluntas pertinaciter velle, aut nolle aliquid, aut etiam eligere, Mente*
C *oppoſitum ſuadente, aut illud ipſum; ſi quidem voluntas pertinaciter in aliqua ſui functione perſiſtat, quum Mens illi non aſſentiatur, id vitium eſt, quod proprio nomine dicitur Obſtinatio: Si vero voluntati Mens noſtra conſentiat pertinaciter, aliquis autem oppoſitum nobis demonſtrare tentet varijs argumentis, perſeuerantia voluntatis in propoſito dicitur Conſtantia: Sin autem Mens, & voluntas facile cuiuis propoſito aſſentiatur, intimius eius naturam non animaduertendo; vbi fiat mutatio ab oppoſito, dicitur Inconſtantia, vbi*

ſola mutatio ad propoſitum, vocatur Leuitas; & quemadmodum Obſtinatio proprium eſt vitium eorum, qui craſſa ignorantia detinentur; ſic familiaris eſt Conſtantia Doctis viris, ac præſertim Melancholicis; Inconſtantia vero, & Leuitas pueris, & mulieribus. Verum hæc exactius rimari pertinet ad aliud propoſitum. Ita ergo ſentiendum eſt de operationibus vitæ Humanæ quam Rationalem appellare conſueuimus. A

Quotuplex ſit Vita Rationalis, ſiue Humana. Cap. XXVIII. B

QVVM *itaque hactenus contemplati fuerimus Eſſentiam, proprietates, atque operationes vitæ humanæ, illud in præſentia conſiderandum relinquitur, An huiuſmodi vita vnius tantum ſit ſpeciei, an multas habeat differentias; Qua quidem in re ſi ad Ariſtotelem confugiamus, reperiemus illum alicubi manifeſto decernentem hominibus non contigiſſe vitam vnius tantum naturæ, ſed aut triplicis generis, dum talia ſcribere non dubitauit inquiens, Ergo quum ad vitam bene, beateque tranſigendam tria, vt ſupra diximus, velut potiſſima bonorum genera ordinata ſint, virtus, prudentia, & voluptas; totidem etiam vitæ genera enaſci conſtat, quas omnes Mentis ſaltem compotes adipiſci, & ſectari cupiant, nempe Ciuile, Philoſophicum, & Voluptuarium: Philoſophus enim* C

1. mor. Eud cap. 2.

Pru-

Digitized by Google

A *Prudentiam, Contemplationemque veritatis; Ciuilis actiones honeſtas, eas inquam, quæ a virtute proficiſcuntur; voluptuarius vero corporis voluptates expetit: Aut etiam multiplicis ſpeciei, dum ait Hominum vitam varias in ſpecies partiri, prout homines varijs modis ſibi alimenta parare conſueuerunt; quare diuidendam cenſuit vitam hominum in paſtoralem, agricultoriam, prædatoriam, & omnino in tot ſpecies, quot ſunt modi alimentandi. Ceterum vterque locus iſte* 1. Polit. c 5.
B *quum fere idem ſit ac ille, quem ſupra examinauimus in vita brutali; ea propter idem prorſus de hoc in præſentia iudicium ferendum eſſe putamus, quod tunc de illo afferri congruum exiſtimauimus; nempe hic loqui Ariſtotelem more vulgi, nomen vitæ minus proprie aſſumendo ad ſignificandum quid longe ab eo diuerſum, quod per vitam ſignificare conſueuit Phyſiologus; nec tamen peccare in Philoſophia Morali, hoc efficiendo, & præſertim de vita non agens ex inſtituto. Poſteaquam*
C *igitur ab Ariſtotele propoſitæ quæſtionis propriam determinationem non habemus; age videamus an ex rei natura nos ipſam expiſcari valeamus aliqua ratione. Si anima humana, ad quam vita rationalis eſſentialem obtinet habitudinem, ſpecies atoma eſt in genere cauſſæ materialis; proculdubio vita rationalis item, quam vocamus humanam, dicenda erit ſpecialiſſima ſpecies in genere vitæ ſublunaris: ſed iam ſatis apud omnes illud eſt in confeſſo animam humanam eſſe ſpeciem quandam animæ materialis indiuiduam,*

& ſpecialiſſimam ; neceſſario itaque aſſerendum eſt vitam Humanam, quæ rationalis appellatur, conſimiliter eſſe vltimam ſpeciem, indiuiſibilemque omnino in vlteriores vitæ ſpecies minus vniuerſales. A
Atque hæc dicta ſint de Vita Humana, & in ſumma de vitæ ſublunaris vltima differentia nobis nota.

Quid ſit Vita cæleſtis generatim. Cap. XXIX.

B

HIs ita conſtitutis de natura vitæ ſublunaris tum generatim, tum etiam ſpeciatim, operæ pretium fore nunc exiſtimo, ſi naturam vitæ cæleſtis eadē methodo contemplati fuerimus, primum ſcilicet in genere, deinde vero etiam in ſpecie, ne a propoſito ſtilo vnquam digrediamur: Qua in re ſi aureum Platonis, & Ariſtotelis præceptum in mentem recolo, De Diuinis nihil temere aſſerendum, ſed illa C *potius reuerenti ſilentio veneranda, quam impudenti loquacitate leuiter celebranda, ſeu verius diminuenda ; pauca certe mihi ſuppetunt dicenda Phyſiologiæ limites non egredienti ; quæcunque tamen ex antea iactis fundamentis mihi elici poſſe videbuntur, ea tantum ſubiungere tentabo. Quum itaque in ſuperioribus agētes de vita in vniuerſum inter primas eius differentias adinuenerimus Aſſiſtentiam Mētis abſtractæ ipſi cælo ; proculdubio vita cæleſtis in cõmuni aliud*

In Timæo. 2.cæl.t.14.& 60.

Vide lib.3. cap.30.

eſſe

A *eſſe non poteſt, quam naturalis Aſsiſtentia Intelligentiæ ſeparatæ corpori cæleſti, ſiue (quod idem eſt penitus) Præſentia phyſica Mentis immaterialis ipſi cælo; cæli uocabulo interim ſumpto in ampliore ſui ſignificato, quo uel apud Ariſtotelem ſignificare dicitur cæleſtes* 1. cæl. t. 97. *orbes ſigillatim, atque Mundi etiam totius uniuerſitatem. Quibus certe illa ſummopere conſentiunt, tum quæ ab Auicenna quandoque ſcribuntur, nempe cæ-* de ã. par. 5. c. 7. *leſtia corpora recipere uirtutem uiuificantem a ſubſtan*
B *tia ſeparata; tum maxime quæ ab Ariſtotele dicun-* 6. æthic. cap. 7. *tur, Mundum ſcilicet conſtare ex ijs, quæ natura ſunt longe nobiliora, & diuiniora homine, ac manifeſtiſsima; quorum cognitio eſt ſapientia rerum præſtantiſsimarum; ad quæ alibi ſcribit ſe habere Intellectũ ani-* 4. meta t. 1. *mæ noſtræ, quemadmodum ueſpertilionum oculi ad lumen diei ſe habent: Hæc autem falſa extarent, niſi Mundus eſſet unum quoddam animal conſtitutum ex orbibus cæli, & Mentibus ſeparatis cælorum globis* Vide lib. 3. cap. 28. 29.
C *aſsiſtentibus, tanquam formis, & animis. Hac in re illud prætereundum non eſt Auicennæ, Ariſtoteli, & rationi quoque Philoſophos illos aduerſari, qui ſtatuunt cælum uiuere quatenus eſt quædam natura ſimplex, nullamque compoſitionem ſortita, & omnino ut purum corpus ab Intelligentia motrice diuerſum; quum tamen Ariſtoteles aperte aliquando ſanxerit, & uerum dogma ſanxerit, omne corpus uitæ particeps eſſe ſubſtantiam compoſitam ex anima, & corpore; Ratio uero,* 2. de an t. 3. *eaque multiplex in ſuperioribus hanc ueritatem confirmauerit,*

mauerit, Vitam non a puro corpore inanimato prodire, A
ſed potius ab anima ubique proficiſci, a corpore uero
1.mag.mor. c.4. *longe minus quam ab anima; ut aperte monet Ariſt.*

Quo innitatur, ſiue conſeruetur vita Cæleſtis generatim. Cap. XXX.

QVVM *itaque vita cæleſtis generatim nihil aliud ſit, quam Aſsiſtentia, ſiue Præſentia naturalis Mentis abſtractæ corpori cæleſti, profecto nititur, & conſeruatur huiuſmodi vita non niſi cognitione, ac deſiderio, ſiue Amore Intelligentiæ ſeparatæ erga cælum; & uiciſsim Amore, ſeu Deſiderio, & Intellectione cæli erga Mentem Diuinam; ſiquidem illud eſt apertiſsimum vitam cæleſtem nullo alio niti poſſe, aut conſeruari, quam eo quo Intelligentia cælo aſsiſtens, ac præſens detinetur, non aſsiſtit autem, nec præeſt Mens abſtracta ipſi corpori cæleſti, niſi per Intellectionem, & Amorem mutuum, ac reciprocum, uti diximus quum uulgatiſsimum ſit in ore Philoſophorum dogma hoc Ariſtoteleum, Intelligentiā abſtractam mouere cælum, cui præeſt, atque aſsiſtit, ut deſideratum, & intellectum, quod interpretatur Auerroes; ſiue ſub ratione intelligibilis, & concupiſcibilis, ut uertunt Latini: Quod ſane theorema pronunciatum fuiſſe ab Ariſtotele, non de Primo ſimpliciter Principio, Deo ſcilicet Optimo, Maximo, excludendo ſecundas Intelligentias,* B C

(12. meta. t. 36. & ſequent.)

ueluti

Digitized by Google

A *ueluti multi Doctores exiſtimarunt, ſed de toto Intelligentiarũ genere, non minus acute, quã luculenter demõſtrauit ſapientiſs. ille uir D.* FEDERICVS PENDASIVS lib. 8. par. 39. *Præceptor meus in ſuo admirabili opere* De Textura phyſicæ auſcultationis, *quod quaſi Cycnus egregius ſuauiore cantu Muſis, & Mentibus fœcundioribus eſt modulatus paullo ante mortẽ, toto terrarũ orbe deflendam; quæ talem virum ſtudioſorum Reipublicæ illo tẽpore ſubtraxerit, quo ſapientiæ ſuæ theſauros diuturno*
B *ſtudio antea coaceruatos largiore manu ingenioſis impertiri cœperat: Cæterum (vt redeamus ad penſum) quod allatum eſt Intelligentiam abſtractam mouere cælum, cui præeſt, atque aſſiſtit, vt intelligibile, & concupiſcibile: ſiue (quod aiunt Arabes) tanquam deſideratum, & intellectum: id ſane longe alia ratione conuenit Primæ Intelligentiæ, Deo nempe Optimo, ac reliquis Mentibus abſtractis infra Deum conuenire dicatur; nam Prima Intelligentia Deus Optimus mouet Cælum,*
C *hoc eſt, vniuerſum, cui præeſt, tanquã intellectus, & deſideratus, ſiue amatus ab ipſo cælo; cælum enim vt eſt quid aggregatum ex orbibus, & ſecundis Intelligentijs, a Deo ſummo dicitur moueri, quia ſecundæ Intelligentiæ ſigillatim omnes noſcunt Deum eſſe Optimum, ſumme amabilem, & maxime concupiſcendum; ipſum propterea venerantur, & amant, illique deſiderant, & uolunt ſimiles eſſe, quantum cuiuſque natura patitur; Deo autem ſimiles fieri nequeunt niſi in hoc, quod gubernat, & moderatur vniuerſum; non poſſunt vero ſe-*

cundæ

cundæ Intelligentiæ gubernare, ac moderari rerum vniuerſitatem, niſi mouendo cæleſtia corpora, quibus aſſiſtunt: Quare ſcite alicubi ſcriptum reliquit Ariſtoteles Neceſſarium fuiſſe Mundum hunc inferiorem contiguum extare ſuperioribus lationibus, vt omnis eius uirtus gubernetur inde: Secundæ igitur Intelligentiæ mouēt cælorum orbes huius finis gratia, ut Deo ſummo pro uiribus ſimiles fiant, quem amant, quia eſt optimus, ſeu quia cognoſcunt illum eſſe optimum; & ita Deus optimus cælos omnes mouet, non quidem phyſice, ſiue vt uere, ac proprie cauſſa efficiens motionis; nam quum cæli motus, uelut in finem, ordinetur in gubernationem ſublunarium, non autem ſit actio gratia ſui; ſane ſi Deus cælum effectiue moueret, aliqua Dei actio non eſſet ſumme perfecta, quippe Ariſtoteles illud ſumme perfectum iudicat, quod ſemper fit per ſe, ac nunquam ob aliud: at Dei ſummi quaſlibet actiones eſſe perfectiſſimas nemo ambigit, & Ariſtoteles ipſe fatetur ſæpenumero; ſed reuera Deus mouet cælum, ſub ratione finis tantūmodo, nempe ſumma ſui bonitate generando, incutiendoque ſui amorem, ac deſiderium ſecūdis Intelligentijs, quo amore, ac deſiderio illæ ſigillatim impelluntur ad uoluēdos orbes, quibus aſſiſtunt, rotatione iugi, & indefeſſa: uerū alia quæuis intelligētia infra Deū mouet orbē ſuū, ut cauſſa efficiens talis motus; & propterea illum mouet ut intellectū, ſeu cognitum, & deſideratum, ſiue amatum a ſeipſa effectiue mouente; amat nanque, ac noſcit inferior Intelligentia orbem ſuum, & deſiderat

illius

1. meteor. c. 2. — A

B

1. æthic. cap. 7.

7. Polit. cap. 3. 1. cæl. t. 100. & alibi paſſ. — C

A *illius conſortium, non quidem tanquam vltimum finem, ſed vt illum mouendo gubernet, conſeruet, ac moderetur omnia hæc ſublunaria; & hoc efficiendo fiat ſimilis Deo ſummo, prout ſibi congruit; qua in re conſiſtit vltimus, & præcipuus finis earum; amat ergo Intelligentia ſecunda ſuum mobile, ſiue orbem, cui aſſiſtit, veluti medium, quo noſcit ſe conſequi poſſe proprium finem; ita enim agens vnumquodque naturale, immo & artificioſum, quod vi cognoſcendi polleat, ea inſtrumen-*
B *ta noſcit, ac deſiderat, mediaq; illa amat, quibus ad proprium finem vtitur, ac ſe indigere cognoſcit: Quod vero Intelligentiæ ſecundæ moueant, non vt fines, ſed vt cauſſæ motum efficientes, inde aperto conſtat, quia finis mouet metaphorice, vt notat Ariſtoteles; at ipſæ ſunt agentia illa non phyſica, quæ tamen phyſice mouent, ac non mouentur; quorum mouentium phyſice, non autem metaphorice, meminit Ariſtoteles aliquando vt cauſſarũ diuerſi generis a finali, & præciſe vt cauſſarum effi-* 1. de gen. t. 56 1 phy. t. 72. 73. & 74.
C *cientiũ: Alioquin niſi dicamus Intelligẽtias ſecundas mouere cælos efficienter, nulla poſſet aſſignari cauſſa phyſice mouẽs nõ phyſica, & immobilis, aduerſus ea, quæ nuper adduximus ex Ariſt. ſed hac de re infra latius. Ex traditis ergo iã ſatis conſtare arbitror vitã cæleſtẽ generatim niti, & conſeruari cognitione, atq; amore, quæ mutua ſunt inter cæleſte corpus, & Intelligentiã illi aſſiſtẽtẽ: Quod ſcite obſeruat Magnus ille Ficinus inquiẽs Amorẽ eſſe vinculum vniuerſi; quoniam conuertit inferiora ad ſuperiora, & viciſſim ſuperiora ad inferiora.* in Dioÿ areop. de Diuin. nõi.

LLL De

 A

De Proprietatibus Vitæ cæleſtis generatim. Cap. XXXI.

QVVM igitur aſſiſtat, ſiue præſit Mens abſtracta corpori cæleſti, non quidem ex neceſſitate naturæ vel ſuæ, vel ſubiecti corporis; qua lege iungitur materialis anima corpori elementari; ſed per intellectionem, & amorem; Quumque intellectio, & amor B in Mentibus à materia ſeparatis, ac potiſſimum in Deo ſummo, vel ad aures Ariſtotelis, perpetuum quid exiſtat, & inuariabile; immo quum ſeparata Mens, a qua Vita cæleſtis eſſentialiter dependere dicitur, æterna ſit, & immutabilis; dubio procul eſſentia vitæ cæleſtis omnino inuariabilis eſſe debet, ac immortalis. Quoniam vero cælum ex ſe aptiſſimum corpus eſt, cui Mẽs abſtracta præſit, & aſſiſtat; propterea Intelligentia ſeparata nullo mediante vinculo exteriori, aut alieno, ad- C iungitur corpori cæleſti per aſſiſtentiam: Intellectio ſiquidem, & Amor, quibus ceu vinculis adiungitur Mens abſtracta corpori cæleſti, externa non ſunt, aut aliena, ſed interna, & propria; immo & eſſentialia tum Intelligentiæ aſſiſtentis, tum etiam corporis cæleſtis; Intelligentiæ quidem aſſiſtentis, quia ſiue illius intelligere, & amare, ſint actiones re non diſtinctæ ab eſſentia intelligente, atque amante; qua de re infra latius; ſiue ab eſſentia illa immediate prodeant; ſemper fateri oportebit hæc

Digitized by Google

A hæc munia eſſe Intelligentiarum propria, interna, & eſſentialia quoquopacto: Corporis vero cæleſtis, quia idipſum ab Intelligentia ſibi aßiſtente vſq; adeo eſſentialiter perfici, vt eius Intellectionis, & amoris particeps fieri neceſſe ſit, demonſtratum ſatis eſt in ſuperiore libro apud Marcellũ: Sic ergo Intelligentia ſeparata quũ cæleſti corpori aſſiſtat nullo mediante vinculo externo; & hoc ad materialis animæ diſcrimen, quæ corpori elementari nõ aſſociatur, niſi mediantibus præuijs quibuſdam
B diſpoſitionibus aliunde quã ab animæ natura exorientibus, quæ tanquã vincula eam corpori adnectunt; vt abunde patuit in ſuperioribus; propterea fit vt in vita cæleſti maior ſit vnio animæ cum corpore, quam in vita ſublunari: Quod certe non latuit iuniores Arabũ, qui ſcriptis aliquãdo mandarunt in cælo ex orbe, atque Intelligentia illi aſſiſtente fieri magis vnum, quam ſub cælo ex anima, & elementari corpore. Quum præterea formæ cæleſtes, ſiue animæ, ad quas eſſentialem habitudi-
C nẽ habere dicitur vita cæleſtis, ſint actus puri, nullamq; penitus in ſui eſſentia potentiæ labem obtineant; quippe immateriales vſque adeo ſunt, vt procul à materiæ cõmercio dißitæ ſint inter omnia; & hoc pariter ad animarum ſublunarium differentiam; quarum vnaquæq; potentiæ rationem admiſtã habet eſſentiæ ſuæ, ſiue quia ipſamet anima imperfectiorem naturam ſortita intrinſecus, & eſſentialiter perfici apta ſit a nobiliori, ad quã proinde ſe habet veluti materia ad ſui formam, & omnino veluti ens in potentia ad ſui actum, & comple-

mentum; quo ſane modo ſeſe habere vegetalem ad ſentitricem in brutis, & ſentiens ad rationalem in homine, belle adnotauit aliquando Themiſtius; & nos alibi fuſius explicauimus: ſiue quia eadem anima ſit actus eſſentialis, & internus eius corporis; quod eſſentialiter materia nititur; eſt enim materia cuiuslibet potentiæ (de qua loquimur) fundamentum: Neq; enim abſtractæ Mentes actus ſunt corporis materiam talem in ſe habentis; corpus nanque cæleſte ſubſtantia eſt actu, nulliuſque potentiæ particeps interioris; neq; ita prorſum ſe ſe habent adinuicem Intelligentiæ, vt ſe ſe habere dicuntur animæ ſublunares, ex quarum pluribus inuicem coniunctis vt actus, & potentia fit una numero anima: Quum itaque Intelligentiæ, a quibus eſſentialiter dependet vita cæleſtis in comparatione ad animas, vnde prodit vita ſublunaris, ſint actus puri, nulliuſque potentiæ intrinſecus participes, eo etiam nomine, quo Intelligentia quælibet ſimplex natura eſt, non habens ſui eſſentiam realiter ex diuerſis rebus coagmentatam; quum viuentis cuiuſque ſublunaris anima eſſentiam non habeat ſimplicem, ſed intrinſece compoſitam ex diuerſis naturis, quæ ſe ſe reſpiciunt vt actus, & potentia; hinc factum eſt vt vita cæleſtis tanto ſit ſublunari perfectior, quanto actus eſt ipſa poteſtate nobilior; ac proinde quum poteſtas actui comparata fere nõ entis rationem habeat, ſic vita ſublunaris ad cæleſtem collata, quaſi vitæ rationem ſubterfugiat; quod appoſitiſſime vetus innuit Adagiũ, Vita haud vocãda eſt uita

3. de an. c. 27. Deo. t. an. hu.

A B C

victus

Digitized by Google

A *victus indiga; ſublunaris nempe vita, quæ quoquopa-
cto alimentis indiget, ad cæleſtem, cui nihil opus eſt ali-
mento, comparata fere vitæ rationem non habet.*

*Ceterum quod aſſerimus animas cæli eſſe actus pu-
ros, id caute intelligendum eſt, ne putet quis omnes In-
telligentias eſſe omnino, aut conſimiliter actus puros;
nam Prima ſolum Intelligentia, Deus Optimus eſt
actus puriſſimus, qui quum ſit increatus, & immor-
talis, ſiue vndique perpetuus, ac ſumme ſimplex,*
B *ſummeque perfectus, nullo vnquam modo aut fuit,
aut erit in potentia, qui nunc eſt ſumme actus: at In-
telligentiæ ſecundæ licet nunc ſint, ac in poſterum futu-
ræ ſint actus puri; quippe quæ ſortitæ ſunt eſſentiam
ſimplicem, & expertem materiæ, vnde omnis eſt poten-
tia paſsiua; non tamen ſemper actu fuerunt; nã crea-
tæ quum ſint, ante creationem erant in potentia ad eſ-
ſe; quo nomine dici nequeunt actus puriſsimi; ſunt ta-
men poſt creationem actus puri, ac expertes omnis po-*
C *tentiæ paſſiuæ, non quidem accidentalis; nam ſecundæ
Mentes quum finitam naturam habeant, non in-
telligunt omnia ſimul, vt Deus, cuius eſſentia immen-
ſa eſt, ſed hoc poſt hoc; & proinde antequam quid-
quam intelligant, ſunt in potentia ad habitum noti-
tiæ, quem ex meditatione illius rei acquirere poſſunt;
quem acquiſitũ poſtea ſemper cuſtodiunt, veluti cha-
racterem indelebilem: Addo etiam ſecundam quam-
libet Intelligentiam habere potentiã eſſentialem ad ſu-
periorem; ab ea enim perficitur intrinſecus, ac depẽdet;*

licet

licet longe aliter ac vegetalis anima potentiam habeat A
ad ſentientem, & hæc ad rationalem, ſed hac de re mox; redeamus nunc vnde digreſſi ſumus. Quũ denique Intelligentia ſeparata ad obeundas proprias operationes non vtatur materiæ miniſterio, neque omnino inſtrumento materiali; quumque ſolius materiei proprium ſit impedire, ac intercipere operationes, illaſque agenti reddere laborioſas; ideo Vita cæleſtis expedite, ſine labore, ac iugiter ſuo munere fungitur, nullius ocij, aut quietis indiga; ſecus ac in omni ſublunari Vi- B
ta contingat, vt ſupra oſtendimus. Eſt itaque Vita cæleſtis generatim immortalis, inuariabilis, ſummæ vnionis, ac ſimplicitatis, maximæ perfectionis, in aſſidua functione indefatigabilis, nullius quietis indiga, vel ocij.

Vide lib 3. cap. 31.

De Operationibus Vitæ Cæleſtis in communi. Cap. XXXII.

VISA *natura, & conditionibus Vitæ cæ-* C
leſtis in vniuerſum, age nunc eius operationes conſideremus: Quum ſane duæ tantum inſint cæleſtibus animis facultates operandi, ut obſeruat ex Ariſtotele Auerroes, nimirum Intellectus, & Voluntas; quumque facultates iſtæ tum ſimul iunctæ, tum etiã ſeorſum acceptæ ualeant proprijs fungi muneribus; icirco tria prima ſunt in vita cæleſti functionum genera; nempe actiones voluntariæ, & actiones Intellectus,

12.met.t.c.36. 1. cæ. t. c.90 2. cæl.t.c.39. & 61. 2.d. an.t.c.15. & 32.& 2.com.de ſub orb.c.4.

A ctus, & actiones totius animæ cæleſtis: Ceterũ actio-
nes voluntatis in uita cæleſti ſubdiuiduntur in tres ſpe-
cies vltimas proportione reſpondentes operationibus
uoluntatis humanæ, quibus communicant in nomine;
ſiquidem & iſtæ cæleſtis voluntatis operationes uocan-
tur velle, nolle, ac eligere, ſiue Deliberare. At operationes
Intellectus duæ ſunt primæ, vna eſt perceptio rerum
cognoſcendarum, quæ proprio nomine vocatur Intelle-
ctio, & eſt ſpecialiſſima ſpecies; alia vero eſt conſer-
B uatio habituum, & cognitionum acquiſitarũ per prio- Vide lib 3. cap 37.
rem operationem; quæ conſeruatio proportione quadã,
vt in uita humana factum eſt, ſubdiuiditur ad obie-
ctorum varietatem in tres vltimas ſpecies, puta in Sa-
pere, Prudentem eſſe, atque Artificem; nam ſi quæ
percepit abſtracta Mens, & cognita conſeruat, conſi-
ſtant, reſpiciantque factionem, ſeu effectionem, horũ
conſeruatio eſt callere habitum Artis; ita denominatur
ab habitu Medicinæ Raphael Angelus, hoc eſt, Medi-
C cus Diuinus, qui felle piſcis Diuo Thobiæ hirundinis
fecibus excæcato viſum reſtituit: Sin autẽ ea, quæ per-
cepit, & cognita conſeruat Intelligentia cæleſtis huiuſ-
modi ſint, vt pertineant ad actionem, horum ſanè
conſeruatio eſt habere habitum Prudentiæ; ac proinde
mirifice prudentes ſunt cæleſtes ſpiritus: Quod ſi quæ
nouit Mens abſtracta, & nota conſeruat, pertinere
dicantur ad puram contemplationem: quum eodem
intuitu ſine vllo diſcurſu, & abſque compoſitione, diui-
ſioneue vlla percipiant Intelligentiæ vbique principia,

&

& concluſionem; ſiue cauſſam, & eff:ctū; plane hinc A
apertum eſt eas illum habitum induere, quem ſapientiam appellamus: Quinimmo ſi conſideremus in abſtracta Intelligentia notionem illam, quam ipſa obtinet de Principijs, abſtrahendo a notitia concluſionis, cur illi non concedamus ipſum Intelligere? conſimiliter ſi notionem illam inſpiciamus, quam habet cæleſtis Intelligentia de concluſione, circunſcripta notitia principiorū, quis iure illi adimat ſcientiam? eſt etenim ſcientia Concluſionis notio, Intellectus uero Principij: Animaduer- B
tendum tamen operationes iſtas Mentis abſtractæ non eſſe omnino eiuſdem rationis cum functionibus Intellectus noſtri, de quibus actū eſt in Vita rationali, quamuis ijſdem nominibus appellentur; nam humanum Intelligere eſt in compoſitione, ac diuiſione terminorū per ſe notorum in principijs immediatis; quum Intelligere Mentis abſtractæ ſit abſque compoſitione, ac diuiſione conſtitutum in ſimplici intuitione totius cōplexi Principij: conſimiliter noſtra ſcientia eſt habitus per demon- C
1. æthic. cap. 7. *ſtrationem acquiſitus, quæ diſcurſus eſt, ſeu ſyllogiſ-*
1. poſter. t. 5. *mus, vt ait Ariſtoteles; quum ſcientia Mentis abſtractæ ſit abſque diſcurſu penitus, per ſimplicem intuitionem concluſionis in principijs: Haud tamen eſt inficiandum in his functionibus aliquam adeſſe conuenientiam, & analogiam; ea vero eſt penes obiectum, ſeu penes rem cognitam; quū in modo cognitionis adſit differentia propoſita; nam etſi longe alia ratione homo induat habitum ſcientiæ, Intellectus, & ſapientiæ, ac*

faciant

A *faciant abſtractæ Mentes; attamen cognitio concluſio-*
nis tum in homine, tum quoq; in Mente abſtracta, vo-
catur ſcientia, ſeu ſcire; ita cognitio principiorum in vi-
ta humana, & in cæleſti, nũcupatur Intellectus, uel In-
telligere; ac demum notitia utriuſq;, potiſſimum de re-
bus altiſsimis, vtrobique dicitur ſapere, ſeu ſapientia.
Actio uero totius Intelligentiæ, in qua ſcilicet obeunda
ſeparata Mens utitur, ac fungitur officio uoluntatis ſi-
mul, & Intellectus, eſt Mundanæ Reipublicæ guber-
B *natio; gubernant enim Mundum ſingulæ Intelligentiæ*
pro modo ſuo ſub ratione cauſſæ intelligentis, & uolentis
quod optimum eſt; atque hoc ad aures Ariſtotelis, quẽ-
admodum ſapienter admonet aliquando ſapientiſsimus
PENDASIVS. *Decem ſunt ergo functiones, quas obi-* 8. tex. phy. part. 41.
re poteſt Intelligentia ſeparata in uita cæleſti generatim;
nimirũ tres uoluntatis, uelle, nolle, ac deliberare, ſeu eli-
gere; ſex Intellectus, nempe Simpliciter apprehendere,
Sapere, Intelligere, Scire, Prudentem eſſe, & Artes cal-
C *lere; atque una prodiens ab utraque facultate, Mun-*
di Gubernatio.

De Conditionibus operationum Vitæ cæleſtis in communi. Cap. XXXIII.

QVÆ *ſane functiones omnes quum pendeant*
ab anima cæleſti ſine ullo materiæ miniſte-
rio; quin etiam abſq; eo quod a materia im-
pediri, aut quouis modo interpellari ualeant; immorta-

Google

les eſſe debent iuxta Naturæ leges, & inceſſabiles omnino. Sin autem iſtas operationes contemplemur ſpeciatim, plane Gubernatio Mundi eſt actio corporea vel quia terminatur, ac protenditur ad corpora Mundanæ fabricæ; vel quia etiam aliqua ex parte fit miniſterio inſtrumenti corporalis, ſi non materialis; gubernāt enim Motrices Intelligentiæ in vita cæleſti Mundum ſublunarē per lumen, & motum corporū ſuperiorum; quemadmodum ſæpenumero teſtatus eſt Ariſtoteles. Amplius iſta gubernatio Mundi eſt actio temporaria, & diuiſibilis, non momentanea; & hoc haud quidem ex parte Mentis gubernantis, ſeu quatenus actio eſt; ſed ex parte naturæ gubernatæ, ſeu quatenus eſt paßio perfectiua Mundi; quippe Mundi duratio tempore admetitur, licet Deus Optimus illū conſeruet in momento æternitatis, & iſta conſeruatio, quatenus a Deo eſt, ſit tota ſimul, & indiuiſibilis, vt infra latius apparebit: Sed quoniam & aliæ Mentes infra Deum determinatas Mundi partes ſuo modo gubernant, huiuſmodi etiam gubernatio tēporaria eſt, ac diuiſibilis non ſolum ratione rei gubernatæ, verum etiā ratione modi gubernandi; ſiquidē ſecundæ Intelligētiæ Mundū hunc gubernare dicuntur motu orbium ſuperiorū, qui ſane motus cū tempore viciſſim menſuratur, obſeruatione Ariſtotelis. Ceteræ autem operationes vitæ cæleſtis magis incorporeæ ſunt, quia non fiunt vllo modo interuentu organi corporei, & ſæpenumero etiam non fiunt circa corpora, ſiue nō protenduntur ad corpora: Speciatim vero circa functiones

A — B — C (margin letters)

Margin notes: 1 meteo. paſſim. — 4. Phy. paſſim.

nes

A *nes voluntatis in vita cæleſti hoc vnum mihi ſuppetit
adijciendum ijs, quæ de conſimili actionum genere dicta
fuere prius in contemplatione vitæ rationalis, nempe
quemadmodum voluntas hominis, & Intelligentiæ ſe-
paratæ in eo conuenire dicuntur, quod vtriuſque actio-
nes ſunt pari numero tres, eodẽ nomine inſignitæ, velle,
nolle, ac eligere, ſeu deliberare, immateriales, incorporeæ,
momentaneæ, ſeu tempore non menſurabiles, & ſuppo-
nentes aliquã notitiam, ſiue operationẽ Intellectus; ita in*
B *eo diſſident, primũ quidẽ quia humana volũtas eſt mu
tabilis; nunc etenim vult homo id, quod antea nolebat;
nunc eligit oppoſitũ eius, quod antea elegerat: ſed volun-
tas Mẽtis abſtractæ inuariabilis eſt omnino, quia nũc
vult Intelligentia id, quod antea ſemper voluit, & in
poſterũ ſemper volet; nunc non vult id, quod antea ſem
per noluit, & in poſterũ ſemper nolet; & nunc illud idẽ
eligit, quod prius ab initio ſui eſſe, quandocunq; hoc ex-
titerit, ſiue ab æterno, ſiue non, quod prius inquam ſibi*
C *eligendũ propoſuit, & in poſterum ſe elegiſſe volet: Ratio
vero huius diſcriminis ea eſt, arbitror, quoniam volun
tatis actio vbique ſupponit cognitionem, ſiue actionem
Intellectus; quoniã vero Mens humana poteſt in rerum
cognitione decipi, & a deceptione liberari; quum volun
tas vbiq; bonum velit, malũ nolit (ſumpto interim no-* 7. mor. Eud.
mine boni, & mali in ampliſſima ſignificatione, qua de- cap. 1. 2 Phy. t. 31.
notamus bonum, & malum tum apparens, tum vere 7. ethic. c. 12.
*tale: ſiue bonum, & malum aut abſolute, aut alicui; vt
ſumit etiam ſæpe Ariſtoteles) proinde humana volun-*

tas poteſt nunc velle hoc, quod Mens hominis nunc cen A
ſet eſſe bonum, quũ tamen prius idipſum noluerit, dum arbitraretur eſſe malum; & viciſſim: Sed Intelligentiæ abſtractæ in vita cæleſti, quæ non decipiuntur in cognitione boni, & mali, ſeu quæ non mutantur in cognitione, ſunt omnino item immutabilis voluntatis, ſemper volentes hoc, quod norunt eſſe bonum, ſemperque nolentes oppoſitũ. Diſſident ſecundo ſpeciatim quoad tertiam operationem, quæ dicitur eligere, ſeu deliberare, nã deliberatio, & electio volũtatis humanæ ſupponit eam B
Intellectus operationem, quam appellamus proprio nomine diſcurſum; electio vero, ſeu deliberatio voluntatis cæleſtis, non diſcurſum, ſed ſimplicem ſupponit intellectionem intuitiuam, qua ſola gaudet Intelligentiæ ſeparatæ. Animaduertendum tamen eſt iſtas omnes perfectiones reperiri longe eminentius in functionibus voluntatis Primæ Intelligentiæ, quam aliarum omnium, proportione quadã. Sed circa operationes illas vitæ cæleſtis in vniuerſum, quas pertinere diximus ad Intellectũ, C
prima ſpecies, quæ appellatur Intellectio intuitiua, operatio eſt omnino ſimplex, ſine compoſitione, ac diuiſione, ſine diſcurſu penitus, ſine deceptione, ac errore; actio tum quæ neque corporis actione, vel inſtrumento vtitur, neq; neceſſario circa corpus ſit, aut ad corpora protenditur; neq; corporis actionẽ, aut miniſteriũ ſupponit, quemadmodum intellectio humana, quæ ſupponit actionem ſenſus, & proinde miniſterium corporis; eſt enim ſenſus facultas corporalis, ſeu corpore vtẽs ad operandũ: tũ quæ

perennis

A *perennis eſt, atque inceſſabilis; & vſque adeo fecunda, vt in ea obeunda Intellectus cæleſtis ſimul plura intelligibilia dignoſcere valeat; & hoc eo quia Intelligentia ſeparata non interpellatur a materia, quæ nobis impedimento eſt quominus & aßidue, perpetuoque ſpeculemur, & ſimul plura obiecta intelligamus; materia nanque vti eſt potentiæ omnis fundamentum, ita eſt ratio ignorantiæ, & occultationis; quippe vel Ariſto-* 7. meta t. 35.
li ratio intelligendi, & cognoſcendi vbique eſt actus; 9. meta. t. 20.
B *nulla ſiquidem Intelligentiarum extat, quæ cum materia commercium habeat naturale, & proinde quæ potentiam includat, quæue non ſit actus purus, hoc eſt, tota actus eo modo, quo ſupra dictum eſt, & infra etiã dicetur: tum demum quæ inter cunctas actiones vitæ puriſſima, & ſimplicißima eſt; quoniam ex Ariſtote-* 3. de an. t. 19.
le in ea id contingit ut agens, patiens, & actio ſint unũ, & 17.
& idem reipſa; qua de re latius agemus infra commo- lib. 3. cap. 39.
diori loco; ex tempore ſat illud ſit oſtendiſſe, quod afferri
C *poteſt de tali functione in vniuerſum: Dicitur autẽ Intellectio Diuinarum Mentium fecunda, non ſolum quia ſimul in ea illæ poſſunt multa dignoſcibilia percipere; ſed etiam quia ſimpliciter, & abſolute poſſunt omnia quæcunque intueri, & intime cognoſcere quoquopacto; aßidue namque in vita cæleſti abſtractæ intelligentiæ per hanc ſimplicem ſuam apprehenſionem non modo ſimplicia, ſed complexa omnia, ſiue principia, ſiue concluſiones agnoſcunt; quum noſtra ſimplex apprehenſio determinetur ad incomplexa; complexa vero cogno-*

ſcamus

ſcamus per compoſitionem, diuiſionem, ac diſcurſum; quibus functionibus non indiget Diuina Mens, quæ cuncta hæc intuitione ſimplici meditatur, ac percipit; Sed præcipue abſtractæ Mentes intuentur, & intelligunt orbem ſuum, ſemetipſas, circulationes proprias, & ſublunaria uniuerſa, quorũ gubernationi præſunt; vt multis nominibus compertum fieri poteſt; in primis enim Mentes abſtractæ agunt hæc omnia per intellectum, & voluntatem; ſed intellectus, & voluntatis actio nulla eſt citra cognitionem; quomodo igitur moueret, gubernaret, efficeretque Intelligentia ſeparata per Intellectum, ac uoluntatem ea, quæ non cognoſceret? Deinde ſupernæ Mentes omnes intime, ac perfecte ſemetipſas cognoſcunt; ergo noſcunt ſe eſſe id, quod reuera ſunt; ſunt autem cauſſæ horum ſublunarium; quomodo ergo dignoſcent ſe eſſe cauſſas ſublunarium, his ipſis non cognitis? Amplius ſublunaria ſunt finis, cuius gratia Intelligentiæ cælos mouent; nam Ariſtoteli Mundus hic inferior contiguus eſt ſupernis motibus, vt omnis eius virtus inde gubernetur; at finis non impellit agens ad opus niſi ab eo cognitus fuerit; norunt ergo Intelligentiæ noſtratia. Præterea ſubcæleſtia & a brutis, & a nobis dignoſcuntur; rationi uero conſonum eſt, ut ueluti quæcunque a brutis confuſe, ac ruditer, ſiue ſecundum accidens dignoſcuntur, eadem ab humano Intellectu diſtincte, ac exacte, ſiue ſecundum eſſentiam intelliguntur; ita quæ homo contemplatur per ſpecies, & ſimilitudines, eadem cognoſci ab Intelligentijs

Vide lib. 3. cap. 37.

1 meteo. c. 2.

A B C

nobiliori

A *nobiliori modo, qui eſt abſque interuentu ſimulacri, ac ſpeciei, per ſimplicem intuitionem obiecti cognoſcibilis præſentis uirtuti dignoſcenti, ut infra latius apparebit; etenim uulgatum ſatis eſt axioma, Virtutes ſuperiores ea omnia poſſe in eodem genere functionis, quæcunque ab inferiori virtute præſtari queunt, & nobiliori modo; quomodo ergo non intelliget Mens cæleſtis ea, quæ & homo, & bruta cognoſcunt? Cæterum de huiuſmodi operatione præcipua vitæ cæleſtis ſpecialiter magis agē-*
B *dum nobis eſt inferius ſuo loco. Quod autem attinet ad aliam ſpeciem operationis, quæ conſiſtit in conſeruatione notionum ſemel per ſimplicem apprehenſionem acquiſitarum, quia non ſolum eas, ueluti habitus, in ſe conſeruant Diuinæ Mentes: verum etiam tales habitus in proprios vſus promouent; propterea fortaſſe non ab re videri poſſet agendum nobis eſſe de uſu Sapientiæ, Prudentiæ, atque Artium, quas callere dicuntur Intelligentiæ ſeparatæ: Quoniam uero artium*
C *uſus Mentibus abſtractis non conuenit quatenus aſſiſtentes phyſice orbibus cæli conſtituunt in eſſe Vitam cæleſtem, ſed ſolū quatenus ſupra Naturæ leges aſſumpto ſibi aliquo corpore noſtrati cōſtituunt quidpiā æquiuoce uiuens, quo artes in uſum poni queunt; immo & exercere opera Prudentiæ in legationibus, & rebus agibilibus nobiſcum tractandis; propterea de hoc agere nō eſt noſtri inſtituti; ſed altioris contemplationis, nimirū Sacræ Theologiæ, cuius proprium eſt ſpeculari modum, quo & Angelus Raphael aſſumpto ſibi aereo corpore*

ſanaret

ſanaret cæcitatem ſenioris Thobiæ, ac iuniorem doceret præſidia medica in felle piſcis; & Angelus Gabriel mira prudentia oratoris, atque legati munere fungeretur ſumma cum dexteritate tractando admirabile commercium Diuinitatis, & humanitatis cum immaculata Virgine Deipara: Niſi etiam dicere uellemus cæleſtem uitam uario motu, & concurſu ſyderum ſæpe curare morbos, & potiſſimum populares in mundo inferiori; Quocirca non inſulſe ueteres Poetæ ſignificaturi antiquitus Solem radijs purioribus, & calore ſuo benigno, & uiuifico magna conſumpta putredine, atque aere purificato, graſſantē peſtilentiā de mundo ſuſtuliſſe, finxerunt Appollinem Deum eſſe Medicinæ, ac ſagittis ſerpentem Pythona transfixiſſe, ac occidiſſe: qui orbē deuaſtaret: Sic & prudenter admodum, & ſapienter agere dicendum eſt intelligentias cælo aſſiſtentes, dum mouendo cælum, & gubernando Vniuerſam Mundi Machinam, aſſidueque contemplando intelligibilia, agunt id quod eſt optimum, & felicitatem ſibi conuenientem aſſequuntur; id enim eſt ſapientia, & prudētia Vti, ſiue ſapienter, & prudenter agare: Verum fortaſſis hæc Phyſiologiæ limites excedunt. A B C

Quotuplex ſit Vita cæleſtis in vniuerſum. Cap. XXXIV.

SVPEREST *nunc ad completam ſpeculationē Vitæ cæleſtis generatim conſideratæ, ut illius differentias inueſtigemus, per eas ipſam in ſpecies diuidendo*

A dendo: vitæ autem cæleſtis differentias aliunde opor-
tune magis elicere non poſſumus, quam ex eo fonte, vn-
de ceteras vniuſcuiuſque generis vitæ differentias hau-
ſimus in ſuperioribus; iſte vero fons eſt varia habitudo
animæ ad naturam corpoream. Quum itaque inter ab-
ſtractas Mentes a materia omniũ Prima, Deus Opti-
mus, immenſæ ſit naturæ, ac poteſtatis infinitæ; reliquæ
vero infra Deum ſecundæ Intelligentiæ nuncupatæ li-
mitatam habeant eſſentiam, finitamque virtutem; pro-
B pterea factum eſt vt ſecundæ Intelligẽtiæ ſigillatim vni
tantum ex corporibus cæleſtibus aſſiſtant, & appropri-
entur (vt ita dixerim) vni orbi tantummodo ſuæ cu-
iuſque naturæ, ac virtuti proportionato, ita ut nulli al-
teri præſint corpori, nec maiori, aut nobiliori præeſſe va-
leant vllo modo: Deus vero ſummus, cuius natura, &
vis ab vno ſolo corpore terminari nequit, non vni orbi
cæleſti approprietur, ſed toti Mundo, ſinguliſque Mun-
di partibus aſſiſtens omnia gubernet, contineat, & mo-
C deretur, vt notat vel Ariſtoteles: Aſſiſtit ergo Deus 7.Polit.c.4.
toti Mundo; Intelligẽtiæ vero aliæ omnes infra Deum,
quæ ſecundæ vocari conſueuere, ſigillatim appropriatæ
ſunt orbibus cæli, vnaquæque vni tantum ſuæ naturæ,
ac virtuti proportionato. Id quod & alia ratione ma-
nifeſtum fieri poteſt; Prima ſiquidem Intelligẽtia, Deus
Optimus, omnium conſenſu eſt ſumme bona, ſiue opti-
ma; ſecundæ uero Intelligentiæ ſummã non obtinent bo-
nitatem, ſed limitatam intra terminos ſuæ naturæ cu-
iuſque propriæ; quemadmodum enim Dei ſummi natu-

ra immenſa eſt, ceterarum vero Intelligentiarum certis A *terminis præfinita; ita Deus eſt Optimus, ſiue ſummum bonum; quum reliquæ Mentes abſtractæ bonitatis exiſtant finitæ, ac ſuæ naturæ proportionatæ: Quare quum de intrinſeca ratione Boni ſit eſſe communicabile alijs extra ſe, ſiue a ſeipſo diuerſis, ut quo quid eſt melius, eo ſit ex neceſſitate pluribus communicabile; proculdubio Deus, qui Optimus eſt, atque ipſum quod dicitur ſummum bonum, non uni tantum corpori, ut ceteras Intelligentias decet ſigillatim, quæ bonitatem obtinēt limitatam,* B *ſed omnibus Mundi corporibus, quantum cuiuſque natura patitur, ſeipſum debet communicare; quod & Ariſtoteles ipſe fatetur non uno in loco. Sed ſpeciatim Mentes abſtractas infra Deum, ſiue ſecundas Intelligentias appropriatas eſſe ſigillatim ad vnum tantummodo ex orbibus cæli, ſuæ cuiuſque naturæ ità proportionatum, ut neque perfectiorem orbem viuificare, neque maiorem mouere poſſent; neque inſuper minoris, aut imperfectioris corporis conſortium habere ipſas deceret,* C *ijs Philoſophis eſt apertiſſimum, qui non admittentes aliquid in Natura otioſum arbitrantur ſecundas Intelligentias ultimum ſuæ poteſtatis conatum exercere ſeorſum in voluenda propria ſphæra. Deum vero ſummum, quem Primam Intelligentiam dicimus, Mundo toti aſſiſtere, non vni tantum ſphæræ caleſti appropriari, præter allatas rationes de Diuinæ poteſtatis, eſſentiæ, ac bonitatis immenſitate, atque amplitudine maiori quam ea ſit, quæ coerceri, & limitari valeat*

de mund. c. 7.
de part. c. 5.

Digitized by Google

A *leat vna ſolummodo Mundi parte, quamuis omnium maxima, & nobiliſſima, cuiuſmodi eſt ſphæra ſuprema, ſunt alia quoque argumenta, quæ doceant; In primis enim quum Mundus ſit vnum quid, ſiue vna numero ſubſtantia, licet in ſe contineat multas partes ab inuicem diuerſas, neceſſarium eſt plane vt ab vna forma talem vnitatē ſortiatur, quæ forma pariter ſit ſubſtantia, quæcunque illa ſit, ſiue informans, ſiue aſſiſtēs; materia enim apud Ariſtotelem vbiq; cauſſa eſt multi-* 7.meta. t.18.
B *tudinis; & vnitas omnis oritur a forma: Sin aūt Deus* 12 meta. t 49. 8.meta.c.vlt. *non dicatur eſſe forma toti Mundo aſſiſtens, nihil erit profecto, vnde Mundana hæc fabrica ſit vna numero ſubſtantia, & vnum viuens; quemadmodum reuera exiſtit, vel teſtimonio Ariſtotelis; ne repetam argumen*- 1. cæl. paſſim, & alibi. *ta plurima, quibus hoc ipſum late patuit in ſuperioribus; nulli etenim ſecundarum Intelligentiarum id conuenire, vt ſit forma toti Mundo aſſiſtens, & ſingulis eius partibus, Peripateticis omnibus eſt in confeſſo.*

C *Deinde vero ſi Deus Optimus eſſet forma aſſiſtens vni tantū ſphæræ cæleſti, ſane moueret illam; atque ita Dei actio eſſet motus; quod tamē negat Ariſt. inquiens Dei* 7. æthic. c. vlt. *actionē ſibi eſſe iucundiſſimam, & ſimplicē, eo quia tū Dei natura ſimplex eſt; tum Dei operatio non tantum motionis eſt cauſſa finalis nempe, vt viſum eſt ſupra; ſed etiam citra motionem conſiſtit; immo actio, quæ ſine motu eſt, ſuauior eſt, quam quæ cū motu; quia voluptas in quiete magis quā in motu conſiſtit; & Poeta ob prauitatē ait mutationē eſſe rem omnium ſuauiſſimā; hæc*

Digitized by Google

Ariſt. Si ergo Deus effectiue cælũ aliquod moueret, plane Dei actio aliqua, vt quæ nõ ſine motu, ſed motus eſſet, nõ extaret Deo ſuauiſſima, uel ſaltẽ eſſet ob prauitatem ſuauiſſima; quod à veritate longe abeſt; ſic enim Deus non eſſet Optimus, nec feliciſſimus, quũ felicitas ſummã iucunditatẽ coniunctã habeat; vt paſsim teſtatur Ariſt. in æthicis. Amplius Mundi partes certo, pulcherrimoq; ordine colligãtur adinuicẽ, ſed ubi multa in unũ coeunt, ea neceſſario habẽt aliquã vnã formam, quæ illa omnia inuicẽ colligata, & ordinata contineat; omnis nanq; or- B
12.meta.c.51. *do aliqua forma nititur, vti ex Ariſt. colligitur ordini exercitus præponente Ducẽ ad inſtar formæ totius multitudinis; ergo vnã oportet eſſe formã aliquã totius Mũdi, & omniũ particularũ eius, vt aperte adnotat aliquã-*
3.de an.t.46. *do Ariſt. ea vero nulla eſſe poteſt; niſi Deus Optimus immortalis. Præterea quũ rerũ omnium mundanarũ multitudo ſit infinita, quod ait ſæpe Ariſt. & quũ eidẽ Phi-*
8.elenc.c.1.& 1.rhet. c.2. 7.Polit. cap.4. *loſopho multitudo nimium magna non poſſit ordinationem recipere, niſi a Poteſtate Diuina, quæ totum hoc* C
vniuerſum continet; ſans opus eſt ordinem, ac multitudinem rerum Mundanarum ea forma niti, quæ totum contineat; hæc autem nulla eſt alia, quam Deus
In Aſclep. *Optimus. Quibus addere poſſumus tum Triſmegiſtum dicere ipſum cælum, hoc eſt vniuerſum, Deo eſſe plenum, Deumque ſolum eſſe omnia, tũ quoq; Ariſtotelem ali-*
1.meta.c.2. *quando laudare Anaxagorã, & alios antiquiores, qui dixerunt Mentem, & Intellectum Diuinũ eſſe cauſſã Mundi, totiuſq; rerũ ordinis, nõ aliter ac ſe habeat pro-*

portione

A portione quadam animæ in ſublunaribus animalibus:
Quin ex propria ſententia dicere Deū eſſe in vniuerſo, 7. mor. Eud. cap. 18.
& uiciſſim cuncta in illo, & omnia moueri, ac impelli-
ad bonum appetendū ab inexiſtente in eis numine; quæ
ſat ſuperque declarant Deum Optimum aßiſtere, uelu-
ti formam, non uni tantum parti uniuerſi, ſed omnibus
ſigillatim: Ceterum recte intelligendus eſt hoc in loco
Ariſtoteles, ne quis putet eodem modo Deum in vni-
uerſo eße, quo cuncta in Deo eſſe ponuntur; nam reue-
B ra Deus in vniuerſo eſt veluti vniuerſi forma, forma
inquā aßiſtens, non informans; at cuncta in Deo ſunt,
vt in ſua cauſſa, & omnino, vt ipſe idem Ariſtoteles 4. Phy. t. 23.
alibi ait, Græcorum res ſunt in Rege, ſeu in primo mo-
uente. Quid? nonne clare fatetur alicubi Philoſophus de mund. c. 6.
quod terram omnem, omne mare, Aethera, Solem, Lu-
nam, & poſtremo totum Mundum vis vna per om-
nia pertinens certo ordine deſcripſit, concinneque digeſſit
e diuerſis ipſa naturis, atque impermiſtis, aere, ter-
C ra, igne, & aqua, Mundum Architectata? quid hæc
vis, niſi Deus? Huc ſane illa pertinent, quæ Boethius 3. de conſ. phil. proſ. 12.
aliquando ſcripſit, nimirum Mundus hic ex tam di-
uerſis, contrarijſque partibus in vnam formam minime
conueniſſet, niſi vnus eſſet, qui tam diuerſa coniungeret;
coniuncta vero naturarum ipſa diuerſitas inuicem
diſcors diſſociaret, atque diuelleret, niſi vnus eſſet, qui
quod nexuit, contineret: Non tam vero certus Naturæ
ordo procederet, nec tā diſpoſitos motus locis, tēporibus,
efficientia, ſpatijs, qualitatibus explicaret, niſi vnus

eſſet

Digitized by Google

eſſet, qui has mutationũ varietates manẽs ipſe diſpone- A
ret: Hoc quicquid eſt, quo condita manent, atque agi-
tantur, vſitato cunctis vocabulo Deũ nomino. Hæc ille.

Eſt ergo Deus optimus forma, & anima totius
Vide lib. 3. cap. 44. *Mundi, vniuerſo ipſi, & ſingulis eiuſdem partibus*
aſsiſtens; ceteræ vero Intelligentiæ abſtractæ infra
Deum appropriatæ ſunt, atque aſsiſtunt orbibus cæli,
vnaquæque ſphæra ſibi proportionatæ. Ex his om-
nibus conſtare cuique poteſt apertiſsime duas eſſe ſpe-
cies vitæ cæleſtis generatim; quarum altera Vita B
cæleſtium ſphærarum appellatur, altera uero uita Mũ-
dana, ſeu etiam uita uniuerſi.

Quid ſit Vita cæleſtium ſphærarum generatim. Cap. XXXV.

CONSIDERAVIMVS *hactenus uitã*
cæleſtem in genere; age nunc ad illius
ſpecies cõtemplandas deueniamus: Qua
quidẽ in re ut a uia nobis ab initio pro- C
poſita non declinemus, quæ a minus per-
fectis ad perfectiora progreditur, de utraque uitæ cæle-
ſtis differentia tractaturi, eam prius uitæ ſpeciem con-
templabimur, quæ propria eſt cæleſtium ſphærarum, de-
inde uero illam, quæ toti Mundo coaptatur. Quum
ergo nouiſsime adinuenerimus Intelligẽtias abſtractas,
a quibus huiuſmodi uita cæleſtium ſphærarum eſſen-
tialiter dependet, eſſe infra Deum, qui Prima Intelli-
gentia uocari conſueuit, ac proinde appellari ſecundas;

Quum

A *Quumque itidem nuper agnouerimus iſtas Intelligẽtias ſecundas aſſiſtere ſuis orbibus appropriate, quamlibet ad ſibi proportionatum; propterea nunc definientes talẽ vitam cæleſtium ſphærarum generatim dicimus illã nihil eſſe aliud, niſi Aſsiſtentiam, ſiue Appropriationem* Vide lib 3.
naturalem ſecundarum Intelligentiarum orbibus cæli cap. 31.
ſibi proportionatis: Dixi appropriationem naturalem, quia ſi ſuperior Intelligentia orbi aſsiſteret inferiori, quoniam orbis iſte non eſſet pro ratione naturæ ſuæ, vere
B *Vitam cæleſtem non conſtitueret: Dixi pariter ſibi proportionatis, quia ſi viceuerſa inferior Intelligentia ſuperiori ſphæræ adiungeretur, haud ſane poſſet illam viuificare, neque mouere, tanquam ſui vires multo excedentem.*

De Operationibus Vitæ cæleſtium ſphærarum in communi. Cap. XXXVI.

C ITA *ergo explicata interna huius vitæ natura, eius nunc operationes contemplemur oportet: ſunt autem huius vitæ cæleſtium ſphærarum operationes in duo prima genera diſtributæ; nam aliæ corporeæ ſunt, aliæ uero incorporeæ penitus: corporeæ quidem actiones talis vitæ ſunt Motus, & Lumẽ; Addunt Aſtrologi, & plerique Philoſophorum occultas quaſdam vires, quas vocant Influentias in hæc inferiora; inſuper & Prænunciationem futurorum euen-*

tuum

Digitized by Google

12.met.t.c 36. 1 cæl.t c.90. 2 cæl.t. c.39. & 61. 2.de an.t c.15. & 32.& 2.co. de ſub. orb. cap. 4.

tuum in Mundo ſublunari: ſed incorporeæ, ut notat A *Auerroes pluribus in locis, ſubdiuiduntur in eas, quæ a uoluntate prodeunt, uelle, nolle, ac deliberare; & eas, quæ ab Intellectu, nempe Intellectio intuitiua ſimplex, & intellectorum cuſtodia, nimirum Ars, Prudentia, Sapiētia, & Intellectus, ſeu potius intellecta cuſtodire, ut artes callere, Prudentia pollere, ſapere, ſcire, ac Intelligere: Illæ quidē operationes primi generis corporeæ nūcupantur, quoniam proficiſcuntur ab Intelligentia utente miniſterio corporis; hæ uero ſecundi generis incorporeæ* B *quoniam ad has obeundas non utuntur Intelligentiæ ullo corporis opere. Quarum ſane operationum naturam ſigillatim introſpecturi a notioribus nobis incipientes, propoſitæque ab initio methodo inſiſtentes, primum de corporeis actionibus agemus, deinde uero de incorporeis; tractaturi autem de actionibus corporeis eundem ſeruantes ordinem ante omnia de Motu agere decreuimus, poſtea de Lumine, tertio de Influentijs nūcupatis, quarto de futurorum Euentuū Prænūciatione.* C

Vide lib. 3. cap. 41.

De Motu Vitali cæleſtium ſphærarum. Cap. XXXVII.

1.de an. t.19. 2.cæl.t. 17. 8.phy.t.27.29. 2.de an.t.13.

QVVM *multa ſint motuum genera, de quibus abunde Ariſtoteles in Phyſiologia, ille ſolus cæleſtibus ſphæris ab aſſiſtente Intelligentia motus ineſt, qui eſt actio uitæ; talis autem eſt motus ſecundum locum a ſeipſo, uel Ariſtotelis obſeruatione haud*

uno

A uno in loco: ſed quia motuum localium alij ſunt ſimplices, alij compoſiti; & rurſum eorum, qui ſimplices, alij recti, alij circulares; ita fuſe nos docuit Ariſtoteles cæleſtibus ſphæris ineſſe tantummodo motum ſimplicem circularem, ut fruſtra eſſet nos eadem hoc loco repetere; & eo magis, quo nota ſunt vnicuique vel parum in Philoſophia exercitato, nec de illis vlla viget inter Philoſophos controuerſia. Quicquid aliqui aduerſus ea, quæ in ſenſibus poſita ſunt, pro voluntate aſſere- 8. phy & lib. de cæl paſſim.

B re non dubitauerint cælorum orbes quieſcere omnino, videri autem nobis circumuolui, quia terræ globus circulo moueatur; & nos ad motum terræ moti putemus nos ipſos ſtare; cælum vero, quod reipſa quieſcit, circulo volui, eadem penitus deceptione capti, qua & in flumine nauigantes, quibus, dum nauis velociori motu decurrit, apparent ripæ, & argines moueri, ac fugere: ceterum iſtorum imaginariam opinionem iam funditus multi & Aſtrologi, & Philoſophi quum euerterint,

C nobis hac in re laborandum non eſt inutiliter. Sed reuera circa motũ cæleſtem in vniuerſum tres nobis offerunt ſeſe conditiones animaduertendæ, Menſura ſcilicet, ſiue duratio, Cõmunitas, & Diuerſitas a motu ſublunarium: Menſura, ſiue Duratio reſpicit tempus, quo iſte motus admetitur, an ſcilicet cæleſtium ſphærarum motus ſit finitus, an potius æternus: Hac in re ſatis equidẽ aperta eſt Ariſtotelis opinio fuſius, & acriter confirmare ſtudentis motum orbium cæleſtium eſſe vndique ſempiternum, & menſurari tempore infinito, numquam 8. phy. initio

 incæ-

incœpiſſe, ac nuſquã terminandum; Contra tamen Orthodoxæ Fidei lumẽ in ſacris paginis Chriſtiano aperiũ facit motum cæleſtem temporarium eſſe, ac finitæ menſuræ, atque aliquãdo prima exordia obtinuiſſe, aliquãdo vltimum terminum quoque habiturum; cui veritati, relicto Ariſtotele, conſtantiſſima fides eſt adhibenda; & eo magis, quo nec phyſice tueri poteſt Ariſtoteles, vt infra demonſtrabitur. Quoad vniuerſalitatem vero, Ariſtoteles, & quicunque puram rei naturam inſpexerit, neceſſario arbitrabitur motum cæleſtem eſſe quid vniuerſale, & commune omnibus ſphæris ſigillatim, ita vt non detur in cælo vlla ſphæra immobilis, aut quieta; & hoc tum quia huiuſmodi ſphæra nulli eſſet vſui rebus ſublunaribus; quæ omnes Naturæ decreto a cælorum motibus gubernantur, vt admonet etiam Ariſtoteles; tum quia vnicuique ſphæræ a natura ineſt Intelligentia aſsiſtens, quæ mouendo ſuum orbem, atque ita mundum hunc inferiorem gubernando, pro viribus ſemper Deo ſummo ſimilis euadere conatur; alioquin otioſa ſphæræ ſemper quieſcenti aſsiſteret; nec Deo ſimilis fieret gubernando Mundum: ſecus tamen opinantur plerique in Theologia clari, ſupra primum Mobile aliud cælum eſſe iudicantes, immobile quidem; & nulla præditum ſtella, ſed felicem Angelorum, & Beatorum ſedem, ac Patriam; quod vocant Cælum Empyreum, ab igne, quod mire ſit lucidum, & ingenti claritate præditum: Cæterum hac in re, quæ de fide non eſt, aſſentiendum eſſe Ariſtoteli multæ ſuadent rationes; &

lib. 3. cap. 22

1. meteor. c. 2.

A B C

prima,

A *prima, quia huic cælo vel aſſiſteret aliqua Intelligentia, ſi dandum eſſet; vel non; ſi ei Mens aliqua præeſt, erit proculdubio ſedentaria, & ocioſa; quum non moueat, nec vnquam aut mouerit, aut motura ſit; ſin autem cælum Empyreum careat Intelligentia ſibi aſſiſtente, profecto non erit viuens; quare imperfectioris naturæ cenſendum eſſet, quam ceteri orbes inferiores, qui ſunt animati, & viuentes; nanque, vt ait Ariſtoteles, animatum inanimato præſtat propter animam, quæ me-* 2. de gen. an. c. 1.
B *lior eſt corpore; quum tamen inter orbes cæli, qui ſuperiores exiſtunt, & continentes, apud eundem Ariſtotelem, non veluti cortices contento meditullio viliores, ſed abſolute digniores, perfectioreſque ſint inferioribus, & contentis; qui & ignobiliorem locum poſſident, & a Deo ſummo magis abſcedunt; cui quo quid propinquius eſt, eo nobiliorem naturam ſortitum dicitur; quod infra latius explicatur: Non eſt igitur ſupra primum mobile cælum aliquod penitus immobile. Deinde ſi cælũ iſtud* de mund. c. 7. lib 3. c. 42.
C *ſupra primum mobile tantæ claritatis eſt, ac lucis tam miræ, vt Empyreum nuncupari meruerit; cur nos, qui partes lucidas inferiorum orbium oculis videmus, tantam lucem ſupremi orbis illius nunquam videre potuimus? cernimus enim minuta ſidera primi mobilis, nempe octauæ ſphæræ, ſeu firmamenti. Deinceps ſi Solis lux impedit quominus aliorum ſiderum lux minor interdiu obtutum noſtrum moueat, nobiſque viſa, & conſpicua reddatur; cur idem non efficit perpetuo mira illa lux, & ſumma claritas totius cæli Empyrei,*

Digitized by Google

ceteras videlicet inferiorum ſphærarum partes lucidas A
proprio ſplendore abſorbens, eaſque nobis penitus occultans, æternumque diem afferens abſque nocte? Amplius
8. meta. t. 7. *ex Ariſtotele nullum eſt cælum, præter ſenſibile hoc; non ergo eſt in rerum natura cælum Empyreum, neque illud quod Cryſtallinum appellant, quum neutrum ſenſibile ſit, neque motu, neque lumine; quibus ſolis nominibus cælum ſenſibile dici poteſt. Præterea cui vſui eſſe poterit in rerum natura cælum Empyreum illud immobile? non quidem rebus Mundi ſublunaris; quoniam ſub* B
lunaria quodcunque habent adiumenti a cælorum orbibus, id totum ſuſcipiunt ab eorum motu, & lumine; ſed conſtituitur Empyreum eſſe cælum immobile; neque ipſius lux tantum lumen effundit, quod pertingere poſſit ad regionem ſublunarem; An forte ſublunaribus opem fert per cæcas, & occultas influentias? ſed influentiæ, ſi dandæ ſunt, non ſine motu, & lumine fiunt, vt ſuo loco apparebit: An potius inſeruit cælum Empyreũ rebus Diuinis? aiunt quidem eſſe Angelorum, & Beato- C
rum locum, & Dei ſummi ſedem: verum & hoc a ratione abeſt, non enim Beati Spiritus corporea ſede, aut loco indigent, in quo maneant, quũ incorporei ſint omnino: Quare docte Ariſtoteles aliquando ea, quæ inalte-
1. cæl. t. 100. *rabilia, inſeneſcibilia, impaſſibilia, non apta eſſe in loco, & in ſumma Diuinas, beataſque Mentes conſtituit eſſe extra omne cælum, vbi non eſt corpus vllũ, neque locus, neque vacuum, neque tempus: Sed ſi neceſſarium ſit Beatos Spiritus in cæleſti aliquo corpore re-*

ſidere,

A *ſidere, cur in orbibus mobilibus ſedem habere nequeunt, & potiſſimum in firmamento? an fortaſſe quia ob motũ cæli aliquid pati poſſent? nihil minus; ſi enim Mens ipſa quæ cæli corpus gyrat perẽni circulo, ab eo motu nihil patitur, neque impeditur in ſua contemplatione; multo minus aliæ Mentes, quæ in tali orbe reſiderent, ab eius circulatione aut pati, aut a contemplatione auocari, aut alio quouis pacto impediri poſſe dicendum; neque enim permanere dicerentur in orbe illo, velut in loco: Non eſt* B *itaque neceſſarium ſupra primum Mobile ponere cælũ aliud immobile. Melius ergo rentur Theologorum illi, qui per cælum Empyreum, non corpus vllum proprie, ſed intelligunt metaphorice actum Beatitudinis, quo fruuntur Diuinæ Mentes, ac ſpiritus a materia ſeparati: Quare motus eſt quid commune omni corpori cæleſti, nullaque ſphæra cæleſtis eſt, quæ non moueatur, quẽadmodum cenſet Ariſtoteles. Quoad tertiam cæleſtis motus conditionem, quæ conſtituta eſt in diſcrimine* C *motus animalium cæleſtium a motu animalium ſublunarium, nihil aliud in mentem venit aſſerendum, quam motum cæleſtem eſſe neceſſario adiunctum ſtatui, ſublunarem uero citra ſtatum fieri; & hoc quia cæleſtia mouentur circulo non mutando ſpatium; ſublunaria vero cientur eo genere motus, quo nouus locus ſẽper acquiritur: quare motus, et ſtatus vitalis in cælo valde differt a motu, et ſtatu uiuentiũ ſublunariũ; noſtratia nãque viuentia potius in loco ſtant, & vbi mouentur, de vno loco ad alium feruntur; cæleſtia uero dum mouen-*

tur

8.phy.t.76. *tur, de vno loco in alium locum non feruntur; ſed quia* A
ſuper eodem ſpatio cælum irrequieta latione mouetur
in gyrum, ſimul ſecūdum locum ſtat, & quieſcit, ſecū-
dum quem per partes mouertur; Quare ſcite aliquando
12.meta.t.43. *ſcribit Ariſtoteles cæleſtem ſubſtantiam immobilem*
moueri; nam cæleſtis latio motus eſt partiū totius qui-
eſcentis. At uero circa ſpeciales conditiones huius
1.cæl.t.41. & ſequent. *motus cæleſtis, & Ariſtoteles, & Theologi, & Aſtro-*
logi omnes, potiſsimum ſeniores, vna conuenientes ſta-
tuere in cæleſtibus ſphæris duo eſſe circulationū genera; B
vnam videlicet circulationem eſſe ab oriente circuita
terra per occidens redeundo in oriens; aliam uero huic
oppoſitam ab occidente per oriens circuito centro redeun-
do in occidens: Prima circulatio eſt propria primi mo-
bilis, quod firmamentum appellamus, & eſt a Lunæ
orbe numerare incipientibus octaua ſphæra; ſecunda
uero circunductio eſt motus communis unicuique ſphæ-
ræ contentæ intra ambitum primi mobilis, quæ ſeptem
numero ſunt a Planetis denominationem habentes: eſt C
autem prima circulatio ita propria primi mobilis, ut
illi ſolum per ſe conueniat; per accidens tamen competit
etiam omnibus ſphæris inferioribus; & hoc ratione ſuæ
uelocitatis; par eſt enim dum continens uelociſsime cir-
cunducitur, ad eius lationem eodem motu cieri omnia
contenta, quæ ſuapte natura tardiori latione mouentur
in oppoſitum; ut certo experimento in rebus noſtratibus
comprobatur; quare dum motu proprio fertur primum
mobile ab oriente per occidēs circuito centro redeundo in

Oriens,

Digitized by Google

A *Oriens, ita ut ſingula pars in eo deſignata motu illo efformet circulum perfectum, ſimul ſecum neceſſe eſt moueri eadem latione omnes ſphæras mobiles, quæ intra eius ambitũ contentæ tardiore motu feruntur in oppoſitum, cuiuſmodi ſunt ſeptem Planetarum ſphæræ; Quæ ratione ſui motus in oppoſitum in eo tempore, quo primũ mobile circulũ complet, nequeũt una cũ firmamẽto ad eius lationem et ipſæ circulum perfectũ facere, ſed formant, quas dicũt ſpiras, quarũ finis ab initio magis,*
B *aut minus diſtat, prout motus earũ proprius minorẽ, aut maiorem obtinet velocitatem: eſt autem motus primi mobilis inferioribus ſphæris, non violentus; ſed naturalis, etſi per accidens, ſi conſiderentur non ut ſunt in ſuo genere totalitates quædam (ut ita loquar) ſed vt ſunt partes vniuerſi contentæ intra ambitum primi mobilis, ad cuius lationem moueri dicuntur: Quamuis etenim orbes inferiores quatenus ex ſe ſunt tota quædam ab alijs diſtincta, motu proprio moueantur ab occidẽte cir-*
C *cũdato centro per oriens redeundo iterũ per ſe ad idẽ punctũ occidentis; quatenus tamen ſunt partes vniuerſi a primo mobili cõtentæ, neceſſario ad ueliciorẽ primi mobilis motionem ferri debent oppoſita circumductione, ſi forte per accidens, non tamen violente, ſed ſecundum naturam. Eſt motus primi mobilis, ut admonebamus, omnium velociſſimus, nam qualibet eius circulatio completur intra ſpatium viginti quatuor horarũ, & propterea dici naturalis menſuram conſtituit; ex quo appellari conſueuit motus diurnus: Reliqui uero*

motus

motus proprie, ac perſe conuenientes cuique ſphæræ inferiori ſunt eo longe tardiores; quia in re quoque inter ſe diſcriminantur; nam ſicuti ad motum primi mobilis circumuolutæ ſphæræ inferiores non efformant in eodem temporis tractu parem ſpiram; ita non omnes ſigillatim pari ſpatio temporis complent circulum, quem deſignant motæ a propria cuiuſque Intelligentia oppoſito itinere ab occidente per oriens circundata terra iterum redeundo in occidens; quoniam quæ ſphæræ ſunt propinquiores primo mobili, illæ abſoluere conſueuere circulationem propriã tardius gradatim ijs, quæ a primo mobili longiore ſpatio diſsitæ ſunt; ita ut motu proprio a ſua Intelligentia moueatur ab occaſu per ortum circundato centro ſemel redeundo in occaſum ſphæra quidẽ Saturni, quæ proxime ſub primo mobili rotatur, per ſpacium triginta annorum; ſphæra uero Iouis, quæ immediate ſubeſt orbi Saturni, tractu annorum duodecim; ſed orbita Martis, quam Iouis ſphæra continet, duobus annis; at cælum Solis intra orbem Martis collocatum Vno anno; Veneris aũt orbis, qui ſub Sole immediate rotatur, Vndecim menſibus cum decem & octo diebus; Mercurij uero cælum infra ſphæram Veneris undecim menſibus cum nouem diebus; Lunæ demum orbis omnium infimus, ac poſtremus in regione cæleſti, uiginti ſeptem diebus: Et quamuis hi motus ſinguli ad ſingulos relati non uideãtur habere proportionẽ, ſintque (ut aiũt) difformiter difformes; attamen omnes vna conſiderati conſtituunt motum generatim uniformem, & ſumme

A B C

pro-

A *proportionatum non ſolum virtuti mouenti, & fini, cuius gratia fit; ſed etiam ſibi ipſi, ſeu ſuis partibus; quã ſane proportionem exacte aliunde non dignoſcas, quam ex Mente, quæ cælum mouet: Ceterum varietatis in planetarum motibus proprijs duplex vulgo ſolet aſſignari cauſſa; vna eſt Ariſtotelis, quia ſcilicet inferiores orbes, quo magis diſtant a prima ſphæra, eo minus eius vim ſentiunt trahentem ipſas, ſi non violentia, ſaltem per accidens, ad circulationem oppoſitam; & conſe-* 2 cæl. t. 58
B *quenter minus impeditæ gradatim complent minori ſpatio temporis circulationem propriam. Altera vero eſt quorundam Aſtrologorum, nempe quia ſphæræ, quæ magis abſunt a primo mobili, ſunt proportionabiliter minoris magnitudinis, ac proinde motu ſuo minorem circulum deſignantes illum breuiori tempore abſoluunt: Licet hæc ſecunda ratio non multum habeat roboris; nam etſi moueantur ſupra minorem circulum minores orbes, non tamen ideo velocius moueri debent*
C *ſuperioribus, qui longe maiorem circulum ſuo motu deſignant; quoniam infernæ ſphæræ feruntur in gyrum ab Intelligentijs inferioris conditionis, & virtutis debilioris; quum ſuperiori ſphæræ aſſiſtens Intelligentia vbique dignior exiſtat, perfectior, atque valentior: Alioquin paribus Intelligentijs penes virtutem, ad proportionem corporum cæleſtium, deberent planetarum motus eſſe ſinguli ſingulis proportionati, & (quod aiunt) vniformiter difformes adinuicem; quod tamen eſt falſum. Addimus & nos tertium argumentum*

PPP ad

Digitized by Google

ad propoſiti confirmationem, & eſt quia omnis ſphæra infra orbem Saturni adiuuatur in proprio motu ab ijs omnibus, quas habet ſuperiores, excepta ſuprema; par eſt enim quam legem exercet primum mobile in omnes ſphæras inferiores, illas motu diurno circunducendo circa terram ſemel ab oriente per occidens in idem punctum orientis; conſimilem proportionabiliter autoritatem habere omnem ſphæram aliam in ſibi ſubiectas; quas ideo motu proprio mouere valeat ab occidente per oriens circuendo terram in idem ſignum occidentis; atque ita motum ſubiectarum proprium, qui eiuſdem tenoris eſt, accelerare; vnde ſatis apparet quæcunque ſphærarum plures ſupra ſe habuerint, eas a pluribus ad propriam circulationem edendam quoquopacto adiutas citius, quam aliæ ſuperiores, motum ſuum circulo clauſuras. Ab huiuſmodi motu cæleſtium ſphærarum, vt ipſe admonet Ariſtoteles non vno in loco, certum eſto determinari menſuram cuiuſque vitæ ſublunaris, & vniuſcuiuſque motus; immo & vniuerſa ſublunaria gubernari: Et certe ſublunaria cuncta ſic a motu cæleſti gubernantur, vt eius beneficio primum fiant quæcunque ortui obnoxia ſunt (vnam excipio animam rationalem, quæ proprie non eſt virtus ſublunaris, quum proxime a Deo pendeat) & facta conſeruentur in eſſe, quantum cuiuſque natura patitur: omnia enim, quæ in ſublunari Mundo generantur, vel quouis alio modo ab agente naturali prodeunt, in caliditatem, & frigiditatem primaria

de mund. c. 6.
2. de gen. t. 57.
8. phy t. 76.
1. meteor. c. 2.

A B C

maria

A *maria quadam ratione originis, & conſtitutionis ſuæ primordia referunt, vt ſapienter obſeruat Ariſtoteles inquiens, Caliditas, & frigiditas duæ ſunt qualitates actiuæ; fides autem horum ex inductione; videntur enim in omnibus caliditas quidem, & frigiditas terminantes, & copulantes, & tranſmutantes & ea, quæ eiuſdem generis, & ea, quæ non eiuſdem generis, & humectantes, & exſiccantes, & indurantes, & mollificantes. Quocirca omnium Mundi ſublunaris tranſmutationum autor erit motus cæleſtis, a quo in hæc inferiora multiplici ratione caliditas, & frigiditas aßidue varia proportione gignuntur; In primis enim (quæ omnia docuit nos Ariſtoteles) cæleſtis motus in gyrum vertit totam ſphæram ignis, & ſupremam ſaltem regionem aeris; & quemadmodum ex velociore ignis circunductione contingit varijs in Mundi plagis multam ignis ſubſtantiam, ob ſui raritatem, ac tenuitatem, in plurima fruſta diuulſam ab æthere continue propelli ad orbis regionem hanc inferiorem, in qua paſſim apprehendens materiam combuſtibilem, eam incendit, eaque auctus ignis rerum generationes, & corruptiones vbique molitur: Sic prorſum ex aeris concitatiore gyro multam eius portionem atteri, & in minutiſsima diuidi neceſſe eſt; quum autem diuiſio ad minima humorem ſoluat, & ſiccitatem pariat (quippe humiditatis proprium eſt lentor, & partium continuitas in ijs, in qui-*

4. meteor. c. 1.

B Vide lib. 5. cap. 33.

1. meteor. c. 4.

2. cæl. t. 42.

1. meta t. 13.

C

1. de. plãt c. 1. *bus adeſt; nam in igne, & cælo partium continuitas* A
2. de gen. t. 49. *non eſt ab humido; quæ omnia, lentor ſcilicet, ac humor, diuiſione multiplicata, & attritione ſoluuntur) iccirco aer natiua humiditate priuatus, ingenitoque*
2. de gen. t. 17 *calori ſiccitate ob motum adiuncta, igneam naturam contrahit; qua de re poſtea fuſius: Quæ ſane ambientis ſubſtantia ignita, nouaque caliditas in ſupero aere accenſa, & genita, per ſucceſſionem, & partium cōtinuitatem infero communicatur tranſmutationum, quæ apud nos fieri ſolent, cauſſa primaria: Et eo ma-* B *gis ita e ſuperno aere ad infernum caliditatem deſcendere contingit, quo ſæpe accidit ab inferiori hac Mundi parte ad ſupernam aeris plagam protendi continuata ſerie partium inflammabilem materiam (exhalationem vocant) quæ in ſuprema parte accenſa ignem ad nos vſque defert viſibiliter ſub imagine ſtellæ cadentis, quem ignis fluxum certo videmus non intercipi a frigiditate, qua regio aeris media rigere dicitur; quaſi materia illa exhalationis linea eſſet e pyrio pul-* C *uere; is enim vel in gelido aere ardet. Sed & alibi aper-*
1. meteo. c. 2. *te ſtatuit Ariſtoteles motum cæleſtium corporum eſſe cauſſam effectricem omnium euentuum, quicunque fiunt in Mundo Elementari. Et hæc de Motu vitali cæleſtium ſphærarum Philoſopho ſufficiant; Exactiorem vero eius explicationem Aſtrologis relinquentes, iam ad Lumen accedamus.*

De

Digitized by Google

A

De Lumine a Luce Vitali cæleſtium ſphærarum prodeunte; ac de ſiderum coloribus, & Lunæ maculis. Cap. XXXVIII.

CIRCA *naturam Luminis a vita cæleſtiũ ſphærarum promanantis euidentia diſſidia ſunt Ariſt. cum Theologis, et cũ Aſtrologis, præſertim recentioribus: cum*
B *illis quidem circa durationem, cum hiſce uero potiſſimum circa communitatem, & differentiã, quæ tria nobis de Lumine contemplanda ſunt, veluti nuper egimus de motu; Nam quod pertinet ad Luminis durationem, Ariſtoteles ut motum, ita etiam Lumen cæleſtium ſphærarum putauit eſſe vndique perpetuum, ſine vllo aut exordio, aut fine; quum Sacri Theologi altiori ſapiẽtia imbuti cõſtituant Lumẽ cæleſte aliquando factum de nouo, etiamſi nunquam finem ſit habiturũ,*
C *uel ceſſante cælorum motione quibus certa fides adhibẽda eſt, relicto Ariſtotele: Quem tamen relinquere non debemus aſſentientes iunioribus Aſtrologis, qui rentur ſtatutis temporibus in cælo nouas gigni ſtellas, genitaſque tractu temporis corrumpi, arbitrantes lucem quandam tum anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo viſam ſub imaginæ ſtellæ non crinitæ, nec diſcurrentis, ſed manentis in figura Caßiopeiæ tum anno Milleſimo ſexcenteſimo quarto circa octobris initium conſpectam in octauo ſupra decimum gradum*

Sagit-

Sagittarij, fuiſſe nouum ſidus, etſi prior illa lux ex toto A
poſt aliquot menſes extincta ſit: poſterior uero hæc mirifice a principio aucta, ſenſim mox diminuta, decimotertio menſe tandem penitus euanuerit; quæ ſane quæſtio huic loco incongrua non videretur, ſi nobis ſecundum principia Phyſiologiæ tractanda foret; verum quoniam res agenda eſt cum Mathematicis, quorum argumēta nituntur Paralaxi, & huiuſmodi alijs extra doctrinā phyſicam; ideo ſatius eſſe duximus hac de re proprium tractatum inſtituere; in quo, exploſis erroribus, nuda B
veritas in Philoſophiæ principijs eniteat. Sed redeamus ad Lumen. Quod autem ſpectat ad cæleſtis Luminis communitatem, cenſuit Ariſtoteles Lumen eſſe quid (12 meta. t. 43. 44 & 48.) vniuerſale, atque commune unicuique ſphæræ, ita vt nullus in cælo moueretur orbis, qui ad nos aliqua ex parte Lumen non effunderet; quum nullam cæli lationē poſſibile ſit eſſe, quæ non ordinetur (inquit) ad lationem ſtellæ; quumque octo ſolummodo apud Ariſtotelem (quicquid Eudoxus, Calipuſque ſenſerit) numero ſint C
ſphæræ cæleſtes, quarū ſeptem inferiores ſigillatim unū ex Planetis obtinent, octaua uero ſuprema multitudinē fere innumerabilem omnium aliarum ſtellarum vna poſsidet: contra tamen Aſtrologi iuniores ſupra octauā ſphæram tres alias circulo verti autumant, quæ nullum in ſe aſtrum obtineant; qui quam a veritate abſint, hæ rationes demonſtrare poterunt. In primis enim quum ſtella ſit nobilior, & perfectior cæli pars (loquor interim de partibus corporeis, quas integrales vocant, & quantitati-

A *titatiuas, non de eſſentialibus (dubio procul confiteri neceſſum eſt cæli corpus, cui aſtrum aliquod ineſt, eſſe dignius, & perfectius eo, quod caret omnino ſideribus; quum autem cælo perfectiori, nobiliorique aſſiſtat perfectior, & dignior Intelligentia; Intelligentiarum vero cæli orbibus aſſiſtentium ille ſit ordo, vt quæ mouet cælũ Mercurij ſit nobilior ea, quæ gyrat orbem Lunæ, atque omnino aſsiſtens ſphæræ ſuperiori, & maiori, ſit præſtantior voluente orbem inferiorem; plane orbes quo sũt*
B *ſuperiores ſecundum ſitum, eo ſunt omnibus inferioribus perfectiores; exiſtentibus igitur octo ſphæris aliquo ſidere ornatis, impoſſibile eſt ſupra illas cælum aliquod reperiri abſque ſtellis. Præterea quum decimæ ſphæra motus, & nonæ, apud earum Autores vſque adeo tardus exiſtat, vt non claudatur perfecto circulo niſi poſt multa centena, & annorum millia: profecto non poterit tam pigra rotatio Mundum ſublunarem pertingere: ſi ergo ſublunaria nihil adiumẽti acceptura erãt a nona,*
C *et decima ſphæra, quæ ſub primo mobili lentiſsimo motu rotari abſque ullo aſtro a recentioribus conſtituũtur: cui vſui, vel in quem finem eas a Natura conditas eſſe credamus? quum itaque nihil præter certum finem a Natura fiat; & nona, decimaque ſphæra ſub primo mobili a neotericis locatæ ſublunaria hæc neque motu, neque lumine gubernent; rationi conſentaneum eſt earum inuentionem purum eſſe commentum. Addit* 12. meta c 48.
Ariſtoteles finem, ob quem cæli mouentur, nullum eſſe alium, quam vt ſtellæ, quæ non ſunt in quauis cæli

parte,

parte, ſed in determinata, lumen, & uirtutes proprias A
communicent omnibus regionibus Mundi ſublunaris, cuius gubernationi præſunt; nullum itaque corpus moueri poteſt ſine aliquo ſidere; alioquin fruſtra rotaretur, ac præter finem; quod arbitrandum non eſt. Verũ dicent Aſtrologi oportere tales orbes ponere, ut ſaluentur apparentia: Quid? liceat homini nouos Mundo intrudere cælos, vt medeatur propriæ ignorantiæ? cur libere non fateamur in tanta rerum diſtantia hebetem noſtri uiſus aciem decipi; & ad ſenſuum errorem, In- B
tellectũ quoque, qui a ſenſibus omnia mutuatur dignoſcenda, nutare, apparentium cauſſas non exacte percipiendo? ſi tamen uera ſunt, quæ nobis apparent in cælo, longe alia ratione ipſorum cauſſas indagare oportet, quam nouos comminiſcendo cælos; ſic Doctiſsimus ille Fracaſtorius apparentiũ cauſſas aperit in Homocentrica, reiectis imaginarijs Eccentricis, & Epyciclis; an quia nemo viuens in cælum ſcandit orbes numeraturus, & inde omnem errorẽ ſublaturus, fas cuique C
ſit ad libitum de cælo imaginari? O magnam hominũ audaciam! ſed hæc opinio ſimili fundamento nititur, ac ueterum dogma, qui neſcientes rationem afferre, cur ex oculo perſtricto fulgor emicet, male cenſuerunt oculum eſſe igneum, vt monſtrat Ariſtoteles, vbi damnat hunc modum philoſophandi, quo tegere quis vult cauſſarum ignorantiam multiplicatione rerum ſuperuacanearum. Ariſtoteli ergo aſſentiri neceſſe eſt ponenti octo ſphæras tantummodo, quarum vnaquæque lu-

de ſen. & ſenſ cap. 2

men

A men effundat in regionem hanc inferiorem, quam incolimus; ita vt colligendum ſit lumen eſſe quid commune omnibus ſphæris, ſiue omni vitæ cœleſti ſigillatim. Quod vero pertinet ad luminis huius differentias, diſſentiunt pariter iuniores Aſtrologi a Peripateticis; illi nanq; aſſeuerant omnes ſtellas, & planetas lumen ſuum ab vno Sole recipere, aut ſaltem omnium ſtellarum lumen a lumine Solis perfici, atque augeri; vt euidenter in Luna contingere noſcit vnuſquiſque ex eclypſi Lunari: ſed B contra Peripatus ſuperioribus cæli ſphæris vt perfectiorem Intelligentiam, nobilioremque ſubſtantiam, ita etiam præſtantiorem lucem ineſſe decernit, quæ ex ſeipſa propria virtute ſuæ naturæ conſimile lumen effundat: Et quanquam Sol ob viciniam, & corporis ſui magnitudinem, maius lumen ad nos effundat, quam reliqua ſidera ſupra ipſum, quæ a nobis remotiora ſunt, & ſecundum quantitatem Sole minora; non eſt tamen iccirco aſſerendum a Sole illis lumen impertiri; neque arbitrandum C eſt illorum lucem, aut lumen a Solis lumine perfici, aut augeri; ſed viciſſim; nam ipſa ex ſe lucem habent innatam, & propriam, a Sole penitus independentem, quæ radios, & lumen etiam ſolari lumine perfectius emittunt; etiamſi ob nimiam diſtantiam, & minorem molem, ſtellarum ſuperiorum lumen in hanc Mundi partem inferiorem id non habeat roboris, quod obtinere videmus lumē Solis maius ſecundum molem, & ſitu propinquius: Aliter ſane dicendum eſt de ſtellis infra Solem, & præſertim de Luna; inferna etenim

Vide lib 3 cap 35. *hæc ſidera exiguam lucem obtinent, & imperfectam,* A
ſuæ cuiuſque naturæ proportionatam; quæ commode
augeri poteſt, ac perfici lumine Solis; Quo ſane factum
eſt vt Luna, ſi Solaribus radijs non gaudeat, obſcuræ
admodum lucis eſſe cernatur, vt in eius Eclypſi contin
git; id quod etiam eueniret ſtellæ Mercurij, & Veneris,
ſi aliquando lumine Solis non illuſtrarentur; longe ta-
men alia eſt ratio de lumine ſiderum ſupra Solem, vt
diximus: immo dicere auſim lumen Solis ab omnibus
aſtris ſuperioribus commutata proportione haud minus B
adiumenti accipere, quam Luna, Mercurius, & Ve-
nus acquirant a lumine Solis; par eſt enim vtrobique
ratio: Addo rationi conſentaneum eſſe omnium ſiderũ
inferiorum lucem a ſuperiorum lumine perfici, quum
ſuperiorum orbium Intelligentiæ inferiorum Mentes
12. meta t 48. *perficiant: Quare cum Ariſtotele dicamus Intelligentias*
orbibus cæli aſsiſtere vt eos moueant; motum vero cui-
que ſphæræ ineſſe propter ſtellam, ſtellas autem factas
eſſe a Natura vt lumen emittant in ſublunaria; & ic- C
circo luminis, & ſtellarum differentias iuxta perfectio-
nem maiorem, aut minorem deſumendas eſſe a diſcri-
mine Intelligentiarum orbibus aſſiſtentium; ita vt per-
fectior Intelligentia vbique aſſiſtat nobiliori ſphæræ ob
præſtatiorem motum, qui fit gratia ſtellæ dignioris, quæ
lumen ex ſe perfectius emittit; quum ergo Intelligentiæ
perfectiores gradatim aſſiſtant orbibus ſuperioribus;
ideo abſolute dicendum eſt cæli ſphæras, quo excelſiori
loco ſitæ ſunt, vt digniori anima viuunt; ita & com-

pletæ

Digitized by Google

A pletæ magis eſſe ſubſtantiæ, & nobiliori motu cieri, & præſtantiorem ſtellam habere, & perfectioris luminis effectricem: Immo quemadmodum ſuperna latio vbique vim habet in ſibi ſubiectam, quod ſupra oſtendimus; ita ſuperiora ſidera ſuo lumine complent proportionabiliter lucem ſtellarum inferiorum. Verum de natura luminis a vita cœleſti prodeuntis quæ ſuperſunt expendenda indagemus nunc ex rei natura, quantum intereſt Phyſiologi. Lumen quidē ab omni cœleſti ſphæ-
B ra ſigillatim ad nos tranſmittitur, ſed non a quacunque ſphæræ particula; conſtant nanque cœleſtia corpora duplici genere partium, tranſparenti nimirum, ſiue diaphana, quam etiam perſpicuam vocamus, & colorata, ſiue lucida; perſpicuæ cœli partes a nobis non viſuntur, neque ad nos lumen effundunt; ſiquidem vel ex Ariſtotelis obſeruatione, omne viſibile eſt terminatum vel colore alio, vel luce: perſpicuum autem quum interminatum ſit, & omni colore, ac luce careat, ex ſe

de ſen & ſen. c. 3. 2. de an. t 68. & ſequent.

C viſibile eſſe non poteſt, neque lumen fundere; quum omne lumen a luce, ſiue a corpore lucido ducat originem; eſt enim lumen actus perſpicui veluti eius color a præſente ſibi luce progenitus: At lucidæ ſphærarum partes, quas vocamus aſtra, & ſidera, conſpicue a nobis viſuntur, & ad nos lumē effundunt; ſed prout lucidæ iſtæ cœlorum partes variæ ſunt ab inuicem, ita varium lumen ad nos demittunt, intenſum ſcilicet, aut remiſſum; & data paritate quæ longius abſunt a nobis, eæ debilioris luminis cauſſa ſunt hic apud nos; refranguntur

enim radij, ob loci diſtantiam: Quo factum eſt vt Sol A
integrioris luminis nobis autor exiſtat, & maiorem lumine vim habeat in ſublunaria, quam quoduis aliorũ ſiderum; nam quæ infra Solem aſtra locantur, ſunt lucis imperfectioris, quæ ideo lumen debilius effundunt; ſidera vero ſupra Solem, ob maximam diſtantiam, & ſigillatim ob molis paruitatem, ſi ad Solis magnitudinem conferantur, quamuis lucem obtineant perfectiorẽ, & fontem purioris luminis; hoc tamen valde refrangitur in tam longo itinere; Quum itaque duo hæc requi B
rantur, ſideris vicinia, & lux in ſidere magna aut mole, aut vigore, ad hoc vt lumen vberius emitti valeat in hæc inferiora; propterea Sol maxime omnium ſiderũ agit in regionem elementarem, in eamque maius lumen effundit; ſiquidem maximum ſidus eſt inter aſtra, & mole maiorem lucem reliquis obtinet; & ijs terræ propinquior eſt, quibus eſt in perfectione lucis inferior: Ob maximam quoque viciniam Luna maius lumen ad nos demittit, maioremq; vim habet in ſublunaria, quã C
aliorum ſiderum vnumquodque (Solem excipias) etſi omnibus alijs lucem habeat imperfectiorem. Ceterum præter lucem, habent ſidera quæque determinatos colores; ſunt enim corpora perſpicuitatis terminatæ, quorum extremitas Ariſtoteli color eſt; longe ſecus atque de ſen. & ſen. cap 3.
nonnulli opinati ſint colores in vniuerſum ex elementorũ varia miſtione prodire, quũ proxime fiant ex varia perſpicui, & opaci miſcela; ſunt etenim colores affectiones corporis, nõ qua miſtũ eſt ex elemẽtis, ſed qua perſpi-

cuitatis,

A *cuitatis, & opacitatis particeps; ſiue, vt ait Ariſtoteles, quæ perſpicuitatis terminatæ: Quare nulli mirũ ſi cæleſtia, quæ elementorum congerie non conſtant, perſpicuitatis autem, & opacitatis non ſunt expertia, nil inquam mirum ſi colorata videantur: Nulli quoque mirum ſi corpora opaca extrinſecus tantũ colorata ſint; nam in partibus eorum internis mera eſt opacitas abſq; admiſtione vlla perſpicuitatis in actu; quare diſſecta partes de nouo apparentes acquirunt ſibi perſpicuitatẽ* B *ab ambiente perſpicuo, & coloratæ fiunt: Quod vt planius appareat, paullo altius petenda res eſt; Ea omnia, quibus origo, & conſtitutio eſt ex materia, et forma; uel ijs, quæ cum materia, & forma proportionem habent, antequam fiant, dicuntur eſſe in potentia, quia ipſorum ortui præcedit ſola materia, quæ potentia eſt id, cuius dicitur eſſe materia: & quoniam in materia eſt rudimentum quoddam, & diminuta ſatis inchoatio formæ, iccirco actione agentis in materiã forma non acce-* C *dere materiei extrinſecus, nec fieri abſolute, ſed e ſinu materiæ (in quo quaſi latebat) educi dicitur: At vero agens, quod formam de materia educit, debet eſſe actu, agere per contactum, & eſſe congeneum ei, quod producitur, ſi fuerit agens vniuocum; ſin autem quid obſtet quominus agens materiam tangat, nunquam ex ea formam educere poterit, niſi prius ſublato impedimento; quæ quidem impedimenti remotio non eſt cauſſa efficiens formam, ſed quædam veluti præparatio, ſiue præuia diſpoſitio ſubiecti ad formam: His ita conſti-*

tutis,

1. Phy. paſſim. *tutis, quæ ſatis aperta ſunt ex Ariſtotele, comminus* A
accedentes ad propoſitum dicimus coloris originem, &
conſtitutionem eſſe ex opacitate, veluti ex principio
materiali, & perſpicuitate, veluti ex principio forma-
li; ac proinde in meditullio corporum coloratorum, vbi
ſola eſt opacitas abſque perſpicuitate, colorem in poten-
tia reperiri; nec poſſe ad actum prodire, niſi ex illa opa-
citate latens perſpicuitas in potentia educatur foras in
actum, nec poſſe hoc fieri niſi a cõgeneo perſpicuo ambien-
tis aeris, aut aquæ; ſed tale agens quum non tangat B
partes intimas coloratorum, in earum opacitatem age-
re nequit, vt ex ea ſibi conſimilem perſpicuitatem edu-
cat noui coloris conſtitutricem; quare tolli neceſſe eſt im-
pedimentum, quo prohibetur iſte contactus; non poteſt
autem tolli, niſi per diſſectionem corporis, qua recluditur
aditus ambienti perſpicuo ad abditam opacitatem: Ita
ergo quum in viſceribus corporis cuiuſque colorati ſit
color in potentia, is diſſecto corpore ad actum reduci-
tur, non niſi quia ſectione patefit antea occluſus aditus C
ambienti perſpicuo ad opacitatem interiorem, e qua ſibi
conſimilem educit perſpicuitatem noui coloris conſtitu-
tricem; cuius quidem generatio fit breuiſſimo tempore,
quia materia eſt diſpoſitiſſima, & agens bene ualidũ;
hoc autem eſt perſpicuum ambientis, non ſectio, quæ
formam coloris non producit, ſed remouet impedimen-
tum agenti, diſponitque ſubiectum. Sed hæc obiter.
Obtinent autem aſtra ſingula colorem ſuæ naturæ pro-
portionatum; Saturnus enim eſt coloris plumbei, ſeu
liuidi,

A *liuidi, fere nigri; Iuppiter autem flaui, ſiue aurei; Mars vero rubri, quaſi cruenti; Sol quidem albi, vt ait Ariſtoteles, coloris nempe ſimpliciſſimi, ac luciſſimi; Luna demum non vnum tantum, ſed binos ſibi colores in diuerſis partibus comparauit, ad aliorum omnium ſiderum diſcrimen, quæ ſigillatim uno ſolo colore in omni ſui parte decorantur; in Luna etenim quædam ſunt partes albæ, & aliæ nigricantes, ſiue obſcuriores, quaſi tetro, uel plumbeo colore infectæ: Quo factum eſt* de ſen. & ſen. c. 3. 2. meteo. ſum. 2. c. 5.

B *vt Lunam ſolam inter aſtra diuerſicolorem, & maculoſam videamus. Hæc de Lumine, & colore ſtellarum. De Luminis effectibus iam nunc eſt agendum. Quamobrem ex orbium cæli rotatione uaria veluti contingit modo ſidera tum ſolitaria, tum etiam coniunctim ad vnam inferioris Mundi partium cominus accedere, modo ab eadem abſcedere multiplici proportione; quum ſidera omnia lumine ad nos effuſo (cuius radij aerem penetrantes, minutiſſimeque atterentes, iugiter in va-* Vide lib. 3. cap. 34.

C *rijs partibus incendunt) calorem gignant in ea inferioris Mundi parte, quam ſpectant, ibi enim luminis radij repercuſſi multiplicantur innumeri, atque ita corpus aeris in minima diuidunt: ex qua ſane diuiſione ad minima, & attritione amittens aer humiditatem, cuius proprium eſt lentor, & partium continuitas Ariſtoteli, quæ omnia diuiſione multiplicata, & attritione ſoluuntur, contracta ideo ſiccitate quum calidus exiſtat ſui natura, igneus fit, uel Ariſtotelis obſeruatione, atque accenditur eo magis, quo minutius atteritur, ac* 2. de plant. c. 1. 2. de gen. t. 49. 2. de gen. t. 17

diui-

diuiditur, vt ſupra notauimus: Ita plane accidit varie A
modo caliditatē, modo frigiditatē in elemētari, et infima
regione hac exoriri; & illam vtranque uariam ad ua-
rietatem ſtellarum, & concurſuum aſtrorum aſpicien-
tium determinatam inferioris Mundi partem; adde
quoque ad varietatem locorum, & partium Mundi
in quas aſtra ſuos radios effundunt; idem nanque ſide-
rum aſpectus in varijs Mundi plagis uarium calorem
inducit, uariamque frigiditatem; unde uarij naſcuntur
effectus. Hactenus De Lumine. B

De Influentijs a Vita cæleſtiũ ſphærarum in corpora ſublunaria. Cap. XXXIX.

COMMEMORANT *Aſtrologi, & Philoſophorum plerique non uulgares*
inter opera uitæ cæleſtium ſphærarum
quaſdam cælorum uires, quas nomine
proprio Influentias appellare cōſueue- C
runt; quibus a cælo in aliqua Mundi parte determina-
ta, & non in alijs, quæcunque ſit illa, ſiue integrans, ſi-
ue perficiens, occulta quadam uirtute fiunt certi effe-
4.meteor. c.1. *ctus, ijque ſingulares; Qua in re certe ſi ex Ariſtotele, ac*
phyſice, ſeu ex rei natura loquendum eſt, quum omnes
euentus ſublunares, & omnino quæcunque in elemen-
tari Mundo generantur, & contingunt (vnum ſemper
excipias hominem quoad animæ partem rationalem)
fiant opera caloris, & frigiditatis iuxta multiplices,
ac

A *ac pene innumeras proportiones in variam materiam; ſane iſtæ Influentiæ reuera nihil aliud erũt, quam ignotæ proportiones caloris, aut frigoris ad materiam ſublunarem genitæ a motu, & lumine aſtrorum ſecundum variam, & multiplicem aſpectuum ſuorum proportionem. Alioquin decernere cæleſtia corpora in Mundũ ſublunarem agere motu, lumine, ac influentijs, tanquã tribus præcipuis inſtrumentis inter ſe omnino diuerſis, dogma eſt mere voluntarium, longe a Philoſophia, po-*
B *tiſsimum Peripatetica, & citra neceſſitatem: ſaluantur enim omnes effectus in Mundo elementari ab ijs, qui per Influentias intelligunt occultas proportiones caloris, & frigoris ad materiam ſublunarem, non minus quam ab ijs, qui per influentias intelligere malunt vires cælorum cæcas, ſiue occultas a motu, & lumine diuerſas, nec ab ijſdem originem ducentes.*

Quomodo cæleſtium ſphærarum Vita nobis in-
C dicet futura contingentia, ſiue de prænotione futurorum euentuum in Mundo ſublunari, ex obſeruatione motuum, & aſpectuum ſtellarum. Cap. X L.

SED *hoc in loco agentes de ſublunarium effectuum origine a cælo per motum, & lumen, præterire non poſſumus contemplationem de Prognoſticis, ſiue de modo prænoſcendi futura ex obſeruatione cæleſtium: Qua*

Digitized by Google

in re quum omnes actiones virtutis cuiuſque ſublunaris; dum dico virtutem ſublunarem, excipio animæ humanæ partem rationalem, cuius origo a Deo eſt immediate, ſine opera vllius agentis ſublunaris; quum inquã omnes actiones, & opera virtutum ſublunarium pendeant a motu, & lumine cæli, mediantibus varijs proportionibus ad materiam elementarem: ſane quicunq; cæli motuum, & ſtellarum aſpectuum notionem exquiſitam habuerit, ille poterit multoties prænoſcere futura: dixi multoties; quia illi motus cæleſtes, & siderũ aſpectus ſunt cauſſæ remotæ ſublunarium euentuum, non proximæ; quum vel ex Ariſtotele inter cauſſam remotam, & proximam vbique diſcrimen hoc reperiatur, quod effectus neceſſario ponitur, & remouetur ad poſitionem, & remotionem cauſſæ proximæ; quum ad poſitionem cauſſæ remotæ non ponatur effectus, licet ad cauſsæ remotæ ablationem neceſſario effectus remoueatur; quare cauſſa remota rationem habet eius ſine quo non; propterea ex obſeruatione motuum, & aſpectum ſidereorum, non effectus certos, at ſolum propenſiones, & inclinationes aliquas argumentari, & præcognoſcere licet: Immo quia cauſſæ remotæ non ex neceſſitate arguunt effectus; nam quidquam non agunt ſine proximis, quæ mutabiles ſunt varijs de cauſsis, quæque remotioribus cauſſis reluctari poſſunt; cuiuſmodi eſt humana voluntas; iccirco fit vt incerta ſit quælibet prænotio, & non raro fallax euadat prædictio futurorum ex aſpectibus ſiderum; idem enim

1. Poſt. t. 30.

A B C

aſpectus

A *aſpectus in diuerſis locis, & ex varia materia diſſimiles procreat effectus; & eo magis, vbi adſunt agentia proxima vel a ſeipſis, vel alia de cauſſa mutabilia: Quin etiam poteſt aſpectuum operatio impediri, ac vitiari, vbi non adſint ſublunaria organa, vel ſubiecta diſpoſita ad eam ſuſcipiendam. Et quidem ex aſpectibus aſtrorum, & motibus cæli non certam cognitionem, ſed ſolum coniecturam alias magis, alias minus fallacem haurire valemus; nam idem prorſus*
B *in Mundo magno euenire cenſendum eſt, quod obſeruatur in paruo, & in animalibus etiam brutis; quemadmodum enim intuentes varios motus, ac nutus oculorum, faciei, totiuſque animalis, facile dignoſcimus paſſiones animi, quibus tale animal detinetur, puta iram, timorem, amorem, & alias huiuſmodi curas; ex his coniectantes opera, quæ ad propoſitas paſſiones conſequi ſolent, plerunque prædicimus actiones eius animalis, & vere prædicimus: Ac veluti*
C *Phyſiognomi ex iiſdem obſeruatis in homine cum præmeditatione temperamenti, & ſtructuræ partium corporis, maxime vero faciei, collatione facta ad bruta, quibus aliquæ partes inſunt a natura conſimilis conformationis, ſæpenumero agnoſcunt mores, & inclinationes hominum ad varias actiones: Ac demum velut Medici obſeruantes hæc omnia inſuper & excreta, & alia, ex iis certiori coniectura non raro prædicunt vere morborum euentus, ſymptomata, & alia multa: Ita prorſus Aſtrologi obſeruantes mo-*

tus orbium cæleſtium, & aſpectus, concurſuſque ſide- A
rum, quaſi oculorum Mundi nutus, inde coniecturis
prænoſcunt actiones, & opera, quæ vt plurimum ſolent
ab illis cauſſis exoriri, & ſæpe verũ prædicere poſſunt;
& eo ſæpius, quo non ſolum cæleſtia, ſed etiam agentia
proxima, & materiam ſublunarem contemplati fue-
rint: Id tamen verum eſſe reor, quod peritus Aſtrologus
& ſæpius, & certius prædicere poterit futuros euentus
in Mundo magno, quã peritus aut Medicus, aut Phy-
ſiognomus in Microcoſmo; ſcit enim peritus Aſtrolo- B
gus poſt menſem, & annum vnum, & alterum, &
longe plures, neceſſario futuram talem, vel talem con-
ſtellationem, & hoc ob motus cæleſtis vniformitatem;
a qua conſtellatione in tali, vel tali ſubiecto, talia, vel
talia ſolent vt plurimum produci; At Medicus, &
Phyſiognomus nihil certi habent; nam cauſſa præſens;
ex cuius notione coniectantur futuros euentus, multi-
fariam mutari, & impediri poteſt; haud tamen pro-
pterea fit quin Prænotio Medicis optima ſit, tum quia C
inſignem illis gloriam affert, tum quia maxime condu-
cit ad ſanitatem; quemadmodum egregie demonſtrat
RODERICVS A FONSECA *Medicus noſtra tẽ-*
peſtate Clariſſimus in doctiſſimo ſuo commentario ad
Hippocratis Prognoſtica. Prænotiones itaque, prædi-
Vide lib. 3. cap. 36. *ctioneſque ex obſeruatione ſiderum fiunt coniecturis,*
& diſcurſu; qui quum nitatur cauſſis remotis, quam-
uis immutabilibus, & certis, non ſemper tamen ad ve-
ritatem terminatur: Quum etenim cauſſæ remotæ non
efficiant

A *efficiant neceſſarie hoc, aut hoc; non ſolum quia nequeũt
agere quidquam ſine cauſſis proximis, quæ & mutabi-
les ſunt, & remotis obſiſtere poſſunt; ſed etiam quia in
materiam mutabilem agunt; quumque effectus omnes
ad mutationem tum materiæ, tum agentis proximi, ne-
ceſſario varientur; ideo Prognoſtica ex obſeruatione cæ-
leſtium non ſunt omnino certa, & uera. Atque ha-
ctenus de operationibus corporeis Vitæ cæleſtium ſphæ-
rarum.*

B

De Intellectione in Vita cæleſtium ſphærarum. Cap. XLI.

INCORPOREÆ *vero actiones, quæ
ſuperſunt expendendæ in Vita cæleſtiũ
ſphærarum, multæ quidem ſunt; verũ
quod attinet ad functiones voluntatis,
& intellectus, quæ concernunt conſer-*
C *uationem rerum cognitarum, nihil in medium affero,
præter ea, quæ ſupra obſeruauimus in contemplatione
de vita cæleſti generatim accepta; proinde ſola prima
Mentis abſtractæ operatio nobis remanet vlterius ex-
pendenda, quæ nomine proprio appellatur Intellectio in-
tuitiua; functio ſane fecunda, & ſimplex; fecunda
quidem, quoniam Intelligentiæ ſecundæ, a quibus eſſẽ-
tialiter dependet vita cæleſtium ſphærarum, cuius a-
ctiones modo contemplamur, cognoſcunt & ſui natu-
ram, & cetera omnia intelligibilia extra ſeipſas poſita,*

ſiue

ſiue a ſeipſis diuerſam naturam obtinentia; ſed non ſimul; quum limitatam habeant eſſentiam; poſſunt enim Mentes abſtractæ infra Deum in ſemetipſas reflecti, & ad res alias omnes tam nobiliores, quam inferioris notæ protendi; non quidem ſimul; ſed ſucceſſione quadã quippe naturam finitam ſortita fuere: Qua in re quemadmodum vbi in ſeipſas reflexæ ſecundæ Intelligentiæ dicuntur ſuam naturam contemplari, ab huiuſmodi ſuimet intellectione non fiunt beatiores, aut perfectiores quam fiant a ſpeculatione ſubſtantiæ nobilioris; cuiuſmodi eſt Intelligentia ſuperior: quoniam cognitio uel rudis eius, quod eſt optimũ, perfectior eſt exquiſita cognitione imperfectioris eſſentiæ; veluti nos docuit Ariſtoteles lepido exemplo puellæ deliciarum, quæ ſolo uel aſpectu minimæ particulæ illius, quem amat, gratior euadit, & iucundior quã ex aſpectu, & cõtrectatione omnium partiũ ceterorũ hominum; ita profecto vbi Mẽtes abſtractæ ad ſpeculandas eſſentias ſeipſis minus dignas conuertuntur, ex earũ contẽplatione non vileſcunt: Neque enim mens humana vileſcit ex contemplatione formarum ſeipſa ignobiliorum, veluti ſunt quidditates, & naturæ ſpecierum ſubſtantiæ inferioris conditionis, ac ſit homo, & eſſentiæ accidentium; ſed perficitur, quemadmodum cælum motu, & agens operatione, atque omnino id, quod eſt in potentia, ab actu, ſiue ab eo, ad quod eſt in potentia, perfici conſueuit: Cuius quidem rei apertiſſimam habemus confirmationem ex Ariſtotele ſcribente ſummum bonum ſecundum ſe quidem

A B C

1. de par. c. 5.

7. æthic. c. 7.

A *dem eſſe maxime omnium expetibile: ſed ſi conſideretur cum additione alicuius alterius boni, quantumuis minimi, ipſum reddi expetibilius; quare melius, atque perfectius: Non ergo vileſcit Mens vlla ex contemplatione rerum, quæ ſunt minoris dignitatis, at potius perfici debet. Simplex autem dicta eſt nobis eſſe Intellectio Mentium aſsiſtentium orbibus cæli ſiquidem in ea id contingit vt agens, & patiens, addunt in Peripato* Vide lib 3.
multi, & actio, ſint vnum, & idem reipſa; in quo ali- cap. 39.
B *qua ex parte conuenit intelligere ſecundarum Intelligētiarum cum intellectione Primæ, Dei ſcilicet Optimi,* Tex phy nod
Maximi; ſi enim (quod acutiſſime docuit ſapientiſsimus Pendaſius) ex proprijs principijs ſcientiæ, per id quod Deus caret materia & potentia, inferimus ipſum eſſe actum purum; atque hinc ipſum eſſe intelligentem, intelligibilem, & intellectionem; quum illud aperte conſtet uel ex Ariſtotele Intelligentias ſecundas orbi- enod. p.2 11. meta. t. 30.
um motrices carere materia, & potentia; cur non dica-
C *mus ipſas proinde actus eſſe puros, ſimpliceſque, vt ſapienter adnotat Diuinus Pendaſius; & iccirco intelligentes, intelligibiles, ac intellectiones? Dixi uero in hoc ſecundas Intelligentias conuenire cum Prima aliqua* Tex. phy. nod enod part. 3 1.
ex parte, primum quia non ita ſimpliciter ſunt actus puri, omniſque poteſtatis expertes ſecundæ Intelligētiæ, quæ tum aliquando fuerunt in potentia ad eſſe, nempe antequam crearentur, tum etiam nunc creatæ in potentia ſunt & eſſentiali, nimirum ad Intelligentias ſuperiores, nobilioreſque, a quibus ſuo modo pendent, ac iu-

Digitized by Google

giter perficiuntur, vt mox oſtendemus; & accidentali A
ad habitus notitiæ, quos quotidie acquirũt ex meditatione nouarum rerum, quas antea non agnoſcebant; ac dicatur eſſe actus purus Prima Intelligentia, quæ ſicuti nunc, ita etiam nec vſquam fuit, nec in poſterum futura eſt in potentia; quoniam Deus optimus, vndique perpetuus, ſemper fuit, eritque ſemper increatus, & immortalis; nullamque ſeipſo perfectiorem habet Intelligentiam, a qua pendeat, & perficiatur; ac ſemper omnia diſtincte contemplatur, nihilque ipſi nouum eſſe B
poteſt, ex cuius meditatione habitum notitiæ nunc acquirat, ad quem prius eſſet in potentia; cui omnia, quæcunque fuere, ſunt, aut futura ſunt in hac rerum vniuerſitate, in momento æternitatis præſentia lucent, ſecus
Vide lib. 3. cap. 40. *ac vlli alteri eueniat Intelligentiæ, licet omnes ſint actus puri, tum quia ſuæ eſſentiæ materiam non habent admiſtam; tum quia non ſunt in potentia ad eſſe perfectius, perfectione inquam eſſentiali; ad Intellectus noſtri differentiam, qui & eſt actus eſſentialis materiei; &* C
eſt in potentia ad eſſe perfectius, quod acquirit vbi a
1. de an. t. 49. *corpore ſeparatur; id quod ait Ariſtoteles tum ſcribens Melius eſſe Intellectui non cum corpore eſſe, cui laborioſum eſt, ac fugiendum eſſe commiſtum corpori, non po-*
3. de an. t. 20 10. æthic. c. 4 7. & 8. *tens abſolui; tum dicens Intellectum ſeparatum eſſe ſolum hoc, quod eſt; quum alibi moneat vnumquodque eſſe, id, quod in eo eſt ſummum; tum etiam notans in-*
12. meta. t. 51. *tellectum nõ bene ſe habere in hoc, aut in illo corpore ſed optimum quid eſſe, quando ſeparatus a corpore eſt totum*

A *tum quoddam abſolutum, non amplius pars alterius: Deinde vero quia Prima Intelligentia nobiliori modo, & omnino ea intellectione pollere dicitur, vt ſemper, quodcunque intelligat, neceſſario idem ſit intelligens, intellectio, & res intellecta; quia Deus vnico intuitu, ac in ſe manens omnia ſimul intelligit: ſed ſecundæ Intelligentiæ, nõ ſyncathegorematice, aut neceſſario, ſiue ſemper ſunt intelligentes, intelligibiles, ac intellectiones; ſed cathegorematice tantum, ac de poſſibili, ſeu ſæpenumero:* B *immo dicere poſſumus etiam ſemper, etſi non in quauis intellectione; nam etiamſi quando Intelligentia ſecunda protenditur ad exteriora, ſpeculando ea, quæ ſunt extra ſeipſam, tunc non omnino idem ſit intelligẽs, & intelligibile; ſecus tamen ſeſe res habet, dum eadem Mens intelligit ſeipſam; id quod ſemper efficit quælibet Intelligentia; nam ſemper ſibiipſi præſens eſt actu intelligibilis; vbi autem actu intelligibile præſens fuerit Intelligenti, neceſſario tunc ſequitur intellectio, potiſſimũ* C *in abſtractis; ea enim a materia impediri nequeunt; Dum vero Mens abſtracta ſeipſam intelligit, tunc Intelligentia, & res intelligibilis (vt notat alicubi Ariſtoteles) ſunt vnum, & idem penitus ſecundum ſubſtantiam: ſed non deſunt inter Peripateticos viri magni nominis, qui exiſtimauerint abſolute quicquid ſpeculetur Intelligentia ſecunda, ſiue ſeipſam, ſiue aliena, ſemper eius intellectionem idem reipſa eſſe cum ipſius eſſentia; hoc indicat nomen abſtractæ Mentis; vocatur enim peculiari vocabulo, non Intellectus, ſed nomine*

12. meta t. 51. 3. de an. t. 19. 27.

SSS *actionis*

actionis Intelligentia, quaſi Meditatio, & Intellectio: A
Prog. com. p. 38 40. idipſum retur ſapientiſſimus PENDASIVS aperte aſſerens Intelligentijs id conuenire, ut intelligens, intellectio, & intelligibile in ipſis idem ſint penitus: Marcellus ille, cuius opinionem expendimus in ſuperiore libro, dicens abſtractum Intellectum, ſiue Angelum, & eius
2. de an. t. c 5. & 155 3. de an t. c 26 & 27. operationem minime differre: Zimara iunior paſſim hanc ſententiam profeſſus in diſertiſſimis commentarijs ad Ariſtotelis libros de anima; Scaliger in Exercita-
exer. 359. art. 8. 9. 10. 11. tionibus De Subtilitate ad Cardanũ, ne antiquiores B idem opinantes Auerroem, Themiſtium, & alios recenſeam; hoc ipſum & Ariſtoteles innuit, & prius tan-
3 de an t. 19 & 27. 3 de an. t. 15. quam notum, & ratum ſuppoſuit, dum in ſeparatis a materia colligit idem eſſe quod intelligit, & quod intelligitur; ex eo, quod ſcientia ſpeculatiua idem eſt cum ipſo ſcibili, quaſi hoc modo diſcurrat ſyllogizans, Quæ ſunt eadem vni tertio, ipſa inter ſe quoque ſunt eadem: ſed in ſeparatis a materia ſcientia ſpeculatiua, hoc eſt, meditandi functio, ſiue intellectio, eſt idem cum obiecto ſci- C bili; ergo in ſeparatis a materia virtus intelligens, quæ idem re eſt cum functione intelligendi, debet eſſe idem cum obiecto intelligibili: Alioquin ſi per ſcientiam ſpeculatiuam intelligeret Ariſtoteles virtutem intellectricem, vt plerique volunt, ſane probaret idem per idem petens in principio; ſi vero intelligeret habitum poſt intellectionem acquiſitum, falſo aſſumeret ſcientiæ habitum eſſe idem cum obiecto ſcibili; ſunt enim oppoſita,
2. de an. t. 10. vt relatiua; immo & ſcibile prius eſt ipſo habitu, ex

Ariſto-

A Ariſtotele; acquiritur enim de nouo habitus ſcientificus etiam in abſtractis; nec probaret intentum eo loci Philoſophus; ſecus ex eo, quod ſcientia, & ſcibile idem ſunt, liceret mihi probare in habentibus materiam, vt puta in homine, idem eſſe intellectum, & id quod intelligitur; quod falſum eſt proprie; fit enim per aſſimilationem, ſiue per repræſentationem, ac metaphorice Mens noſtra id, quod ipſa intelligit; ſimpliciter autem, ſeu phyſice non fit; neque hoc ex eo colligi poteſt; quia & in homine, & in abſtractis habitus poſt intellectionem acquiſitus res diuerſa eſt ab intellectione, atque ab ipſo Intellectu; ab Intellectu quidem, quia is eſt ſubſtantia, eius vero habitus accidens de prima ſpecie Qualitatis; ab intellectione autem, quoniam habitus eſt finis intellectionis; ſed vbique diuerſa ſunt finis, & quæ ad finem: Cæterum intellectio, & Intellectus in abſtractis re idem ſunt; quare Ariſtoteles ex eo, quod ſcientia ſpeculatiua, hoc eſt, actio intelligendi vere idem eſt cum re ſcibili in abſtractis, in iiſdem colligit idem re eſſe quod intelligit, & quod intelligitur: Huic dogmati ſuffragatur alia ratio; nam Intellectus, a quo intellectio diſtincta res eſt, in continuatione intelligendi tandem fatigatur, vti euenit in homine; at Intelligentiæ ſecundæ (quod antea oſtendimus, & infra etiam probabimus) ſeipſas, orbem ſuum, circulationes illius, ſublunaria quæ gubernant, ſuperiores Intelligentias, & præcipue Primam perpetuo ſpeculantur ſine vllo labore; Intelligentiæ igitur ſecundæ intelligendo res extra ſe, ea in-

Præd. c. de Ad aliquid. & c. de Oppoſit.

B

C

tellectione fruuntur, quæ res non eſt ab earum eſſentia A diuerſa: Intellectum quidem, cuius intellectio diuerſa res eſt ab eius eſſentia, in diuturna meditatione fatigari, tum liquido conſtat in homine, cuius intellectio accidens eſt, ac proinde diuerſum quid ab homine intelligente, qui an in iugi ſpeculatione fatiſcat, tu iudex eſto;
12.meta t.51. tum Ariſtotelis dogma, & medium, quo ipſe monſtrat de intellectione Diuina id, quod nos de Angelica; Quin & hoc pronunciatum fuiſſe ab Ariſtotele de toto Intelligentiarum genere, nulla penitus excluſa, nihil eſt, quod B impediat: Intellectio itaque ſecundarum Intelligentiarum re non diſtinguitur ab eſſentia illarum, apud Peripateticos. Quum autem in omni cognitione neceſſarium ſit virtutem cognitricem quoquopacto vniri cum re cognoſcenda; quumque vbi hæc ab inuicem diſtent, & materia obſtet quominus in vnum conuenire valeant, vnio ipſorum fieri ſoleat per ſpeciem, ſeu ſimilitudinem rei cognoſcendæ tranſmiſſam ad facultatem cognitricem; quod euenit in cognitione noſtra, propterea C dicendum eſt Intelligentias ſupernas; quæ carent materia, & a ſeinuicem non diſtant, dum in ſeipſas reflectuntur, ſeſe intelligere per præſentiam; ac vt dici conſueuit, intuitiue, ſine vllius ſpeciei, ac ſimilitudinis interuentu. Quæ item ſimilitudines, ac ſpecies Intelligentijs ſecundis neceſſariæ non ſunt ad cognoſcendam, ſeu contemplandam Primam Intelligentiam, Deum ſcilicet Optimum, Maximum; Prima hæc etenim Mens vbique eſt, atque omnia ſuo numine replens a ſecundis

Intel-

Digitized by Google

A *Intelligentijs non diſtat, ſed ipſis omnibus eſt præſens; quum itaque inter eas cognoſcentes, & hanc cognoſcendam nihil interſit prohibens quominus inuicem per præſentiam copulentur; illæ hanc intuentur ſine ſpeciei illius miniſterio. Immo neque ſpeciebus vtuntur Intelligentiæ ſecundæ ad contemplandas Intelligentias alias infra Deum, ſeipſis tamen ſuperiores, quæ reperiri poſſunt inter Deum Optimum, & Intelligentiam illam, cuius cognitio expenditur, tum pari ratione, quia ſcili-* B *cet inter Intelligentiam aſsiſtentem ſphæræ Martis, exempli gratia, & eam, quæ appropriata eſt orbitæ Iouis, nihil mediat, quod impedire valeat copulationem cognoſcendæ Mentis cum cognitrice; ac eo magis, quia ſuperior Intelligentia, vt pote perfectior, maioriſq; bonitatis particeps, ſeſe ad inferiorem ſuo modo communicat; eſt enim hoc de ratione Boni, vt ſit communicabile: tum etiam quia cognoſcendo Primam, a qua ceteræ omnes dependent, dicitur Intelligentia Mar-* C *tis Intelligentiam Iouis, & Saturni in Prima Intelligentia, quam iugiter intuetur, tanquam in ſui cauſſa, ſine ſpecie contemplari. Præterea neque miniſterio ſpecierum indiget vlla Intelligentia ſecunda vt cognoſcat Intelligentias ſibi ſubiectas, iiſdem rationibus; quia ſcilicet a nullo poteſt impediri quominus ob ſui bonitatem ſeſe ad illas protendat, ſeue illis communicet; nec non etiam quia illas cognoſcit intelligendo Primam, in qua omnes exiſtunt, velut in cauſſa. Denique vero ſpecies neceſſaria non eſt ſecundis Intelligentijs*

ad

ad cognoſcēdas alias omnes eſſentias, ceteraue cognoſci- A
bilia cuncta & cæleſtia, & ſublunaria, & uniuerſalia
& ſingularia, iiſdē de cauſſis; intelligunt enim vniuerſa
Vide lib. 3. c. p. 40. iſta tū cōtemplando Deum Optimū, in quo ſunt omnia,
velut in cauſſa; tū ſimiliter meditando ſeipſas, & ideo
quoque diſgnoſcendo illa in ſuis cauſſis: ſunt enim aliorū
omnium cauſſæ ſubſtantiæ ſeparatæ infra Deum; tum
etiam fortaſſe ad illa ſe ſe applicando, ſeu illis ſe ſe communicando quoquopacto, ob magnam ſui bonitatem.

Sed ratio abſolute, qua demonſtrari poteſt nullam B
penitus Intelligentiam ſeparatam ad intelligendum vnquam vti debere miniſterio ſpecierum, aut ſpeciebus
ipſis vllo modo, ea eſt arbitror, quia quælibet Mens abſtracta caret omnino materia, & per conſequens non
eſt impedita quominus immediate vniatur cum ipſamet re intelligenda; quippe ſola materia prohibens ne copulari valeat Intellectus cum obiecto intelligibili, cauſſa eſt cur Mens, cui eſt adiuncta, ſpeciebus immaterialibus, ac intelligibilium imaginibus indigeat, per quas C
rebus ipſis dignoſcendis quodammodo copuletur, in iiſque ſpectris res ipſas meditetur; quum itaque ſpecies,
& ſimilitudines rerum cognoſcendarum nonniſi Mentibus illis ad intelligendum inſeruiant, quibus materia
eſt impedimento, ne rebus ipſis dignoſcendis vniantur;
propterea ſane conſtituendum eſt Intelligentias, quæ a
materia ſeparatæ ſunt ita ut ab ea nullā omnino labem
contrahere valeāt, ad meditandū, ſiue ad intelligendū
nunquam vti ſpeciebus, aut ſimulacris: ſed contempla-

ri

A ri omnia dignoſcibilia ſine vllo ſpecierum, ac ſimilitudinum interuentu; quum illis ipſis immediate copulari ualeant. Ita ergo quælibet Intelligentia ſecunda poteſt omnia cognoſcibilia contemplari, non quidem ſimul, & vnica intellectione, ſed ſucceſſiue, ac pluribus meditationibus; neque per ſpeciem, ac ſimulacrum rei cognoſcendæ exiſtens in ipſa cognoſcente; ſed per præſentiam eſſentiæ cognoſcibilis ei, quæ cognoſcit; ſiue illa ſe ſe ad hanc applicet; ſiue hæc ad illam ſe ſe porrigat; ſiue demũ
B hæc illam in ſuis cauſsis contempletur: quum enim finitam obtineant naturam ſecundæ Intelligentiæ, iccirco ſimul omnibus præſentes eſſe nequeunt, ſiue ſimul omnia ſibi præſentia habere non valent. Et hæc de intellectione ſecundarum Intelligentiarum, & omnino de operationibus vitæ cæleſtium ſphærarum dicta ſufficiãt.

Quotuplex ſit Vita cæleſtium ſphærarũ, ſiue vtrũ Intelligentiæ ſecundæ interſe differant ſolo
C numero, an item ſpecie. Cap. XLII.

QVOD vero pertinet ad ſpecies vitæ cæleſtium ſphærarũ, quoniam Ariſtoteles nullibi determinauit vtrum Intelligentiæ ſecundæ infra Deum a ſeinuicem ſecundum ſpeciem differant, an potius in eadem ſpecie ſolo numero diſsideant; & quia iſta quæſtio controuerſa eſt admodum inter Philoſophiæ Primates; quum Intelligentiæ ſecundæ eodem modo per aſſiſten-

ſiſtentiam, ſiue per appropriationem naturaliter coexiſtant orbibus ſuis; ideo non eſt ita perſpectum nunquid vita cæleſtium ſphærarum ſit natura quædam generica in certas ſpecies diuiſibilis; an potius atoma ſpecies in genere vitæ cæleſtis nil præter indiuidua in ſe continens; Vt autem hoc apertum fiat, neceſſe eſt videre quodnã diſcriminis intercedat inter ſecundas Intelligẽtias adinuicem. Quare in primis illud obſeruo in rerũ natura formas eiusdẽ ſpeciei nõ eſſe ſibi inuicem ſubordinatas, & alteram ab altera nõ perfici, ſed vnamquamque æqualiter perficere ſuam materiam, ſuumque ſubiectum, & in eo conſimiles operationes obire ſecundum ſpeciem: ſic animæ oliuarum non ſubalternantur adinuicem, neque animæ Leonum, neque animæ humanæ; altera ipſarum alteram non perficit; æqualiter ſuũ quæque ſubiectum corpus perficiunt, & in eo conſimiles operationes obeunt ſecundum ſpeciem; ſunt enim omnes homines æque rationales, & æque riſibiles, eiuſdemque ſpeciei omnes operationes habent; ita quoque in alia quauis ſpecie viuentium inductione manifeſtum fieri poteſt vnicuique. Obſeruo poſtea formas ex aduerſo, quæ ſubalternantur, & adinuicem coordinantur, quarumue alia aliam perficere poteſt, quaue non æque ſuum ſubiectum perficiunt, neque in eo actiones omnes eiuſdem ſpeciei moliuntur, differre ab inuicem neceſſario ſecundum ſpeciem; ita nanque vegetalis anima a ſola sẽſitrice, ac rationali perfici apta eſt, ad quas ſubalternatur; & ſentiens a rationali anima tantummodo completur

pletur

A *pletur, ad quam pariter eſt ſubordinata; neque ſimiliter ſingulæ ſubiectum ſibi corpus perficiunt, aut in eo eiuſdem rationis actiones promouent; vt abunde conſtat ex ſuperioribus; At vero anima vegetans, ſenſitrix, & rationalis non ſunt omnes vnius ſpeciei ſolo numero differentes, ſed ſpecie differunt abinuicem: Quoniam ergo inter ſecundas Intelligentias illæ, quæ ſunt inferiores, quoquopacto ſubordinatæ ſunt ad ſuperiores, ab ijs perficiuntur ſuo modo, neque ita perficiunt ſubie-*
B *ctum ſibi corpus atque illæ faciunt, neque in eo ſimiles omnino ſecundum ſpeciem operationes edunt; eſt enim & ſubſtantia, & operatio ſphæræ inferioris non æque perfectæ naturæ, ac ſit ſubſtantia, & operatio ſphæræ ſuperioris; plane concludendum eſt ſubſtantias abſtractas orbibus aßiſtentes eſſe diuerſæ ſpeciei, non eiuſdem vllo modo. Amplius indiuidua in eadem ſpecie, præſertim ſi de formis agatur, non ita ſe habent, vt vnum ab alio pendeat, vbi ſint coæua; ſed ſi alterum ab alte-*
C *ro pendeat, neceſſario ſunt diuerſæ ſpeciei; At vero Intelligentiæ ſecundæ ſic ſe habent ad inuicem, vt vna ab altera pendeat; nam quemadmodum in operari, ſi ceſſet a latione ſuperior Intelligentia, neceſſario & inferior a ſuo motu ceſſabit; quod admonet Ariſtoteles;* 8.Phy.t.33.
plane quoque in eſſe idem continget; quum & ipſæ ſint propter motum ſphærarum, eodem autore; & vbique 12.meta t.48.
ab operationibus ad eſſentiam valeat argumentum in 1.de an.t.13.
eius doctrina; Non ſunt ergo Intelligentiæ motrices orbibus cæli appropriatæ omnes eiuſdem ſpeciei; quare

nec vita cæleſtium ſphærarum, quæ ab eis pendet, atque ad eas habet eſſentialem habitudinem, vnius ſpeciei eſſe poteſt. Amplius quæcunque ſunt multa numero, ſpecie vero vnum, hoc eſt, quæcunque ſunt vnius ſpeciei differentia inuicem ſolo numero, illa omnia materiam in ſe habere opus eſt, vti notat Ariſtoteles; at vero Intelligentiæ materiam non habent; igitur non ſunt omnes eiuſdem ſpeciei, ſolo numero abinuicem diuerſæ, ſicuti ſunt homines: Quæ ſane ratio deſumitur ex Ariſtotele alicubi demonſtrante cælum, ſiue Mundum eſſe vnum tantum, non autem eſſe plures cælos, ſiue Mundos eiuſdem ſpeciei abinuicem numero diuerſos; nanque ait ſimiliter euenturum vt principium; hoc eſt anima cuiuſque Mundi ſit vna ſecundum ſpeciem, at numero multiplex; quod eſt impoſſibile; quia quæ ſunt multa ſecundum numerum in eadem ſpecie, illa materiam habent adnexam; ſed Prima forma, nempe Deus Optimus, qui eſt anima Mundi, actus eſt totus, nilque habet materiei, ac poteſtatis; quare vnus eſt tum ſpecie, tum etiam numero; Ex quo fit vt Mundus quoque, ac cælum vnum tantummodo ſit, non plures; Quum itaque infra Deum Intelligentiæ ſecundæ ſint a materia liberæ, non poterunt eſſe vnius tantum ſpeciei, ac ſolo numero inuicem differentes; ſed erit vnaquæque ipſarum ab alijs tum numero, tum ſpecie diuerſa. Ita ergo concludere oportet vitam cæleſtium ſphærarum in communi genus eſſe vniuocum, tot habens in ſe cæleſtis vitæ ſpecies,

A

12.meta. t.49.

B

C

A *cies, quot numero ſunt Intelligentiæ motrices: Verum*
iſtæ apud Ariſtotelem tot ſunt, quot ſphæræ mobiles; 12.meta t 43.
hæ vero ſunt octo, nimirum ſeptem Planetarum or- & ſequent.
bes, & Aplanes, ſeu cælum ſtellarum incrrantium,
quod Firmamentum nuncupant, & eſt primum mo-
bile, vt oſtendimus: Octo igitur ſunt ſpecies vitæ cæ-
leſtium ſphærarum, ad numerum Intelligentiarum
mouentium, & ſphærarum cæleſtium. De quibus ſa-
ne vitæ ſpeciebus tractare ſigillatim ad contemplatio-
B *nem de vita pertineret; ſed quum humanam mentem*
lateant ſingulæ iſtæ Intelligentiæ, a quibus vnaquæ-
que iſtius vitæ ſpecies in eſſe conſtituitur (quicquid lib.21.de ſub.
Cardanus, & alij nonnulli de illis diuinari, aut con-
iectari ſibi perſuaſerint) ſolumque hoc de ipſis tenea-
mus, quod ſunt ſpecies, quarum quælibet non habet
ſub ſe niſi vnum indiuiduum; propterea hucuſque per-
ueniſſe ſufficiat hac in re, vt obſeruaremus in vna-
quaque iſtarum ſpecierum vitæ cæleſtium ſphærarum
C *non reperiri niſi vnum indiuiduum. Operationes ve-*
ro, & proprietates ſpecierum iſtius vitæ ſigillatim hu-
manum quidem non ſuperant ingenium omni ex par-
te; ſed earum exquiſita contemplatio quum ex dire-
cto, & immediate pertineat ad Aſtrologiam, propte-
rea nos in præſenti eas omittemus, illud ſolum ani-
maduertentes inter ſpecies vitæ cæleſtium ſphæra-
rum illam, quæ quouis modo altera eſt ſublimior, eſ-
ſe inferiori nobiliorem, ac perfectiorem; eo quia præſtan- Vide lib 3.
tiori loco ſita Primo Enti, ſiue Deo ſummo eſt pro- cap. 42.

 pinquior;

de mund. c.7. & alibi. *pinquior; quod paſſim admonet Ariſtoteles ; Deus enim* A
Optimus ita omnium menſura dicitur , vt quo quid il-
li peculiari ratione propinquius eſt, eo id maioris perfe-
ctionis ſit, ac nobilitatis.

Quid ſit Vita vniuerſi, ſiue Mundana. Cap. XLIII.

ABSOLVTA *iam ſpeculatione de vita*
cæleſtium ſphærarum, relinquitur po- B
ſtremo loco in genere vitæ cæleſtis cõſide-
randa natura vitæ totius Orbis, quam
vitam Mundanã appellamus: Et pro-
fecto ex antea explicatis conſtare poteſt vnicuique a-
Vide lib 3. cap. 43. & 44. *pertiſſime vitam Mundanam haud aliter definien-*
dam eſſe a Philoſopho, quam Aſſiſtentiam Primæ
Intelligentiæ Orbi vniuerſo, ſiue Præſentiam Dei to-
ti Mundo. Cui dogmati ſuffragatur pleriſque in lo-
1. meta. c.2. *cis Ariſtoteles, & primum vbi laudans Anaxago-* C
ram, & Hermotimum, tanquam præ ceteris ſobrios in-
ter veteres, ait vt in animalibus, ita in Natura In-
tellectum, Diuinũ ſcilicet, ineſſe cauſſam Mundi, & or-
1. de gen. t. 59. *dinis totius: Deinde vbi aſſerit Deum complere totum,*
ſiue Vniuerſum; eſt nanque Ariſtoteli munus formæ
complere: Deinceps vbi ſcribit Deum eſſe in vniuer-
7. mor. eud. cap. 18. *ſo, & viciſſim cuncta in illo; atque omnia moueri ad*
boni appetitum ab inexiſtente in nobis numine: vlteri-
7. Polit. c. 4. *us vbi dicit Diuinæ Potentiæ, quæ & hoc totum con-*
tinet,

A *tinet, opus eſſe ordinationem dare multitudini nimium magnæ; eſt autem formæ, atque animæ munus continere, & ordinē dare multitudini, eodē autore; Demū ubi probat Mundū eſſe unum ſolū, tū ſpecie, tū etiā numero, quia primū quod quid erat eſſe, hoc eſt prima forma, Deus Optimus, unū quid item eſt tū ſpecie, tū etiam numero; at uero non poterat Ariſtoteles ex eo, quod Deus eſt unus & numero, & ſpecie, colligere Mundum pariter eſſe unum ſpecie, ac numerò, niſi ſuppoſuiſſet Deum* 4. cæl. t 35. & 3 phy. t. 67. 12. meta. t. 49.

B *eſſe Mundi totius principium formale, ſiue formam ſpecificam, & animam; Deo autem exiſtente Mundi anima, proculdubio uita uniuerſi nihil aliud eſſe poterit, quam Aſſiſtentia, ſiue Præſentia Dei toti Mundo, ut adnotauimus. Cui quidem ſententiæ præter Ariſtotelem, aperte fauet termaximus ille Mercurius in Aſclepio dicens Iouem, hoc eſt Deum ſummum, per cælum, ideſt uniuerſo ipſi aſſiſtendo, rebus omnibus præbere uitam; immo Spiritum, quo plena ſunt omnia,*

C *permiſtum cunctis cuncta uiuificare; Apertius Platonicus ille Ficinus inquiens aduerſus negantes Mundo animam, Eſto igitur ne nominemus in Mundo, quādo non placet, animam. Nomen animæ ſit prophanum. Licebitne ſaltem uitam qualemcunque dicere? quam Deus ipſe Mundi faber huic operi ſuo tam fæliciter abſoluto clementer inſpiret, quandoquidem erga uiliſsima quæque uiuentia non eſt auarus, & quotidie per cælum quamplurimis, quæ ſunt in eo, largiſſime præſtat uitam. Apertiſsime ſane Pythagoras, qui Deum definiens* Apolog.

Digitized by Google

1 de fal. rel: cap. 5. *finiens, referente Lactātio, ſcribit Deū eſſe animū, qui* A
eſt per uniuerſas Mundi partes, omnemque Naturam commeans, atque diffuſus, ex quo omnia, quæ naſcuntur, animalia uitam capiunt. Quid Poetarum teſtimonium omittamus, quorum autoritati aliquando
3. de par. c. 10. *non parum Ariſtoteles, ſemper uero plurimum Plato tribuiſſe uidetur? concinunt enim, ſi unquam alibi, tunc certe Diuino Spiritu afflati, dum aiunt,*

Primus cunctorum eſt, & Iuppiter ultimus idem,
Orpheus. *Iuppiter et caput, & mediū eſt. Sunt ex Ioue cūcta.* B
Iuppiter eſt terræ baſis, & ſtellantis Olympi,
Iuppiter & mas eſt, eſtque idē & nympha perennis.
Spiritus eſt cunctis, ualiduſque eſt Iuppiter ignis.
Iuppiter eſt pelagi radix, eſt Lunaque, Solque,
Cunctorum Rex eſt, princepſque, & originis auctor.
Nanque ſinu occultans dulces in luminis auras
Cuncta tulit, ſacro uerſans ſub pectore curas.

Vir. ecl. 3. *Ab Ioue principium Muſæ. Iouis omnia plena.*
6 æneid. *Principio cælum, terras, campoſque liquentes,* C
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque aſtra
Spiritus intus alit; totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
. . . . Deum namque ire per omnes
Terraſque, tractuſque maris, cælumque profundū.

Ecc. 1. *Quæ omnia multo prius ab Ecleſiaſte dicta fuere dum protulit Spiritum Domini replere Orbem terrarū, & habere hoc, quod continet omnia; eſt namque Ariſto-*
3. phy. t. 67. & 4. cæl. t. 35. *teli munus formæ, & animæ, continere corpus ſibi ſubiectum*

A *iectum; ſed non minus aperte hoc ipſum Lucanus cecinit inquiens,*

Iuppiter eſt quodcūque uides, quodcunque mouetur.

Cui fautor eſt Mercurius dicens Deum ſolum eſſe omnia, quæcunque reperiuntur: forma etenim eſt ratio ipſius quod quid erat eſſe Ariſtoteli, quinimmo tota res ipſa; in Aſclepio. 2 phy. t. 28. *quoniam ex eodem Ariſtotele vnumquodque eſt id, quod in eo eſt ſummum, ac melius: Addo Poetam ex Ariſtotele ipſo propoſitum dogma mutuatū; quum* 10 æthic. c. 4. 7. 8.
B *Philoſophus aliquando ſcribat apertiſſime Deum eſſe id quocūq; eſt; Deus ergo eſt Mundi forma, & anima; ſed coexiſtentia illius formæ, quæ anima eſt, cū ſuo ſubiecto, nihil aliud eſt, quam vita; ut ſupra late demonſtratum fuit; Recte igitur definita eſt vita uniuerſi, quam Mūdanam appellamus, eſſe Aſſiſtentia, ſiue Præſentia Dei ſummi toti Mundo.* 9. æthic. c. 4.

De proprietatibus Vitæ Mundanæ.
C
Cap. XLIV.

QVVM *itaque Vita Mundana eſſentialem obtineat habitudinē ad Primū Ens, ſiue intrinſece conſtituatur in eſſe a Deo Optimo Maximo, Independente penitus, immo a quo cuncta dependēt; quod calluit etiam Ariſtoteles, plane aſſerendum eſt Vitam Mundanam eſſe omnium in vitæ genere primam, optimam, maximam, ſupremam, independētem* 12. meta. t. 38. De mund. c. 7. 1 cæl. t. 100.

ab

Digitized by Google

ab alijs, immo a qua vnaquæq; alia vita dependet, regitur & conſeruatur; vt propterea ſcite D. Chryſoſtomus aſſeruerit Nos in Mundo viuere, tanquã puellos in utero. Quum item Deus optimus ſit actus puriſſimus, perfectiſſimus, ſimpliciſſimus, & ſumme vnus, ad ſecundarum Mentium diſcrimen, quæ ante ſui creationem fuerunt in potentia ad eſſe, & nunc et iam ſunt in potentia tum accidentali ad induendos nouos habitus notitiæ, quos acquirunt ex nouarum rerum ſpeculatione; tum eſſentiali ad internam illam perfectionem, quam quotidie ſuſcipiunt a ſuperiori Mente, atque omnino a prima Intelligentia; quemadmodum latius explicatum eſt in ſuperioribus; eapropter Vita Mundana, quæ Aſſiſtentia eſt, ſiue Præſentia Dei toti Mũdo, puriſſima quoque ſuomodo, perfectiſſima, ſimpliciſſima, & in toto Vitæ genere ſumme vna eſt iudicanda; quod obſeruat eti am quandoque Alexander. A B

1.cæl.t.c.100.

De operationibus Vitæ Mundanæ in vniuerſum. C
Cap. XLV.

QVVM *autem Deus Optimus inter alias Mentes abſtractas ſolus exiſtat vt immenſæ, ac non limitatæ naturæ, ita neceſſario ſummæ poteſtatis, ac infinitæ virtutis; propterea vita Mundana, quæ ad ipſum obtinet habitudinem eſſen tialem, ijs gaudet operationibus, quæ non niſi ab efficiente infiniti vi-*

goris

A *goris proficiſcuntur; illæ autem ſunt, quæ totæ ſimul, ac momento fiunt; quæue non ſunt vllo modo partibiles, aut menſurabiles; neque intenſionis, aut remiſſionis capaces, quæ vulgo dicuntur non ſuſcipere magis, aut minus; vt acutiſſime demonſtrat ſapientiſſimus* PENDASIVS *aduerſus Io: Grammaticum, hæ vero actiones ſunt Creare Mentes hominum, hoc eſt, eas producere in eſſe nullo præſuppoſito ſubiecto; Conſeruare cuncta in eſſe, Moderari, ſeu Gubernare ſingula; omnia* Vide lib. 3. cap. 45. 8. te. phy. p. 34.

B *ſimpliciſſimo actu Intelligere, omnium intellectorum notitiam ſemper Conſeruare, ac ſingula iſta efficere ad nutum ſuæ imperſcrutabilis voluntatis: Quare huius vitæ merito, ſeu ex Aſſiſtentia Dei toti Mundo, tum Mundus ipſe totus in ſe perfectio eſt omnium perfectionum pleniſſima, & vna ſubſtantia per ſe ſubſiſtens, nullo altero innixa, & nullius indiga; tum Mundi partes, & Euentus creantur, vel quouis alio modo fiunt primum, deinde ſunt, deinceps in ſuo eſſe conſer-*

C *uantur, ab hinc recto ordine ſemper inuicem cohærent, denique agunt quicquid agere debent; vt propterea ſapienter aliquando ſcripſerit Ariſtoteles Mundum eſſe ordinem, & digeſtionem vniuerſorum, quæ a Deo, & per Deum aſſeruantur, omnem in ſeipſo pulchritudinem continere, animam cunctis viuentibus impertiri, & demum illud eſſe, ex quo miracula rerum exiſtunt omnia.* de mun. c. 2. & 6.

A

De Suprema Operatione Vitæ Mundanæ, quæ dicitur Intellectio, ſiue Intelligere Diuinum. Cap. XLVI.

VT inſtitutæ nobis antea methodo pareremus, poſteaquam in vniuerſum de operationibus vitæ Mundanæ pertractauimus, operæ pretium nunc ſane foret de illis ſeorſum ſingularem contem- B
plationem inire, ſpecialemque ſpeculationem facere de Creatione rerum, potiſſimum Humanæ Mentis, & Intelligentiarum, De Conſeruatione omnium, De Moderatione, cunctorumque Gubernatione, De operationibus Diuinæ Voluntatis, & demum De Intellectione, Sapientia, & Scientia Dei optimi Mundo aſſiſtentis; verum quoniam ſingulæ iſtæ operationes tum ex ſe longe ſuperant captum humanæ Mentis, quocirca ſunt nobis potius admirabiles, quam explicabiles; tum ſui con- C
templationem poſtulant a multo potiori ſcientia, quam ſit Phyſiologia, intra cuius limites verſamur; iccirco ſat erit nos hucuſque perueniſſe, cum Apoſtolo exclamantes, O Altitudo diuitiarum ſcientiæ, ac ſapientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & imperſcrutabiles viæ eius. Ceterum quia ex ſuperioribus nonnulla ſunt, quæ Phyſiologum manuducere poſſunt ad aliquam notitiam magis peculiarẽ eius operationis Diuinæ Mentis, quæ conſiſtit in rerum cognitione,

A *tione, ideo eam præterire nefas eſſe duximus. Itaque operationum Dei optimi in vita Mundana ea perfectiſſima eſt, quam Intellectionem appellamus; hæc eſt omnium intellectionum præſtantiſſima, puriſſima, & ſimpliciſſima, quoniam in ea Intelligens, Intellectio, & Intelligibile, ſunt vnum, & idem omnino; hæc ſola ſit gratia ſui, vt etiam vnaquæque alia Dei ſummi, & Mundi totius operatio; quod ſcite aliquando notat Ariſtoteles inquiens Deum, & Mundum totum bene ſe* 7. Polit. cap. 3.

B *habere, quia ipſorum actiones non ſunt propter finem externum, ſed gratia ſui; aliæ nanque Intelligentiæ orbibus appropriatæ vbi in ſeipſas reflexæ ſuam eſſentiã ſpeculantur, licet id in eis contingat, vt intelligens, intellectio, & intelligibile ſint vnum, & idem; quemadmodum fuſius infra etiam explicabitur, non eſt tamen hæc actio immanens, & gratia ſui; nam ſeipſas contemplantur, & agunt Intelligentiæ ſecundæ omne id, quod præſtant aliud, huius finis gratia, vt quantum*

C *poſſunt vbique ſe ſimiles efficiant Primo Enti, Deo ſcilicet Optimo, Maximo; Deus autem ſolus ſui vnius gratia ſeipſum ſemper intelligit, ac intuetur. Quæ quidem Intellectio Diuina ita fecunda eſt, vt ſimul omnia complectatur; Id quod notabat Termaximus ille Mercurius in Aſclepio dicens, Ac per hoc Deus ſupra verticem ſummi cæli conſiſtens, vbique eſt, omniaque circumſpicit, velut Aquila quum ſe nubium tenus altiſſime ſublimauit, de cælo ſimul campis pecua, ſimul montibus feras, ſimul homines vrbibus vno obtutu* Vide lib. 5: cap. 42.

Digitized by Google

diſcernit: quocirca Deus vnico intuitu, ſiue vnico actu ſeipſum intelligendo, & in ſe manens diſtincte, ac perfecte ſimul omnia percipit, quæcunque nobis præterita ſunt ſecundum tempus, præſentia, & futura; ipſi autem in æternitate præſentia; & hoc eo quia, vti obſeruat etiam Ariſtoteles, Deus eſt id quocunque eſt, omniumque cauſſa exiſtit, omnia ſuo numine replet, omnia ſua poteſtate fouet, omnia ſua ſapientia moderatur, & in omnia ſumma ſui bonitate ſe ſe infundit, ad ſecundarum Intelligentiarum diſcrimen; quæ dum res alienas contemplantur, non ex neceſſitate manent in ſeipſis, ſed foras protendunt ſeſe ad res exteriores; quas item intelligunt non omnes, totaſque ſimul, ſed ſi non hoc ex hoc, vt qui diſcurrunt; ſaltem hoc poſt hoc, diſtincta, ſeu multiplici, ac diuerſa intellectione; ac ſi præterita, & præſentia, non tamen futura; immo neque omnia præſentia ſimpliciter; quoniam finitam obtinent naturam, & appropriatam, ſiue limitatam intra certos terminos, quæ propterea non poteſt ſimul ad omnia ſeſe protendere; cuiue iccirco ſimul omnia intelligibilia nequeunt eſſe præſentia, & ita præſto, vt ipſis omnibus ſimul vniri, & copulari valeat. Amplius vbi Deus Optimus contemplatur ea, quorum ipſe eſt autor, & moderator, ſingula illa diſtincte, ac perfecte cognoſcit, tũ primum, vt diximus, cognoſcendo ſeipſum, ſiue cognoſcendo illa in ſeipſo, tãquam in cauſſa, eo fere modo, quo ceteræ Intelligentiæ dicuntur quoque cognoſcere in ſeipſis quodlibet ſuorum effectorum;

[Margin: A (beside "diſcernit"); 9. mor. nic. c. 4; 1. de par. c. 5.; de mund. c. 7 (beside "obſeruat etiam Ariſtoteles"); B (beside "ad ſecundarum Intelligentiarum"); C (beside "tra certos terminos")]

&

A & homo etiam hieme roſam, aut eclypſim nonpræſentē præuidere, ſeu cognoſcere dicitur in cauſſis ſuis, quas intuetur: tum deinde cognoſcit Deus omnia ſigillatim diſtinctè cognoſcendo illa in ſeipſis, non quidem recipiendo in ſe illorum ſpecies, & ſimulacra, veluti Mens hominis facere conſueuit corpori adiuncta; & hoc eo quia illis vbique præeſt immediate Deus, a quibus Mens noſtra longe abeſt; quamobrem vt hominis Intellectus in corpore clauſus cognoſcat remota longe a ſeipſo, eorū B ſpecies in ſe recipere debet, aut ſaltem eas habere præſentes in phantaſia; quibus imaginibus non habet opus ad ea noſcenda Deus Optimus, a quo vbique exiſtente per eſſentiam, & præſentiam, nihil abeſſe poteſt: Vnde patet ratio eius, quod aliquando ſcribit Ariſtoteles, nempe res aliquas latere poſſe homines, Deum autem non poſſe; quem cuncta inſpicere ſatis apud nos conſtare alibi admonet ipſe idem Philoſophus; qui etiam aliquando Empedocli vitio dat quod ex eius opinione ſequatur C Deum aliqua ignorare. Alioquin ſi cognoſceret intelligibilia Deus per ſuſceptionem ſpecierum, ſicuti facit hominum Mens, proculdubio vileſceret Diuinus Intellectus; quod adnotat etiam quandoque Ariſtoteles; nāque recipere in ſe aliquid eſt pati, & omnino proprium eius, quod eſt aliqua ratione in potentia; quocirca Deus optimus (qui vel apud Ariſtotelē eſt penitus impatibilis, & ſumme actus, ſiue actus purus) fieret aliqua ratione patibilis, & in potētia ad ſpecies rerū cognoſcendarū, ac propterea uileſceret, ſi res intelligeret recipiēdo in ſe illarū

Rhet. ad Alex. cap. 17.

Poet. cap. 12.

1. de an. t. 80.

12. meta. t. 51.

12. meta. t. 41.

ſpecies

ſpecies; Vileſcit enim quod impatibile eſt, & actus purus, ſi fiat aliqua ratione patibile, atque in potentia: id quod nõ euenit circa intellectionẽ humanã, ut Mens noſtra uileſcat recipiendo in ſe rerũ cognoſcendarũ ſimulacra; Intellectus etenim noſter quũ actu nõ ſit, quod aſſertũ eſt de Intellectu Diuino, ſed ſuapte natura ſit in poten
3. de an. t. 14. tia, Vt monet Ariſt. ad recipiendas omnes Intelligibiliũ ſpecies, propterea vbi eas accipit, non quidem vileſcit, Verum fit actu, & perficitur eo modo, quo Ariſtoteli
1. æthic. c. 7. ſummum bonum, ſeu felicitas acceſſu aliorum bonorũ longe minoris conditionis, & cælum motu, agenſque omne operatione ſua, & in ſumma omne id, quod aliqua ratione in potentia eſſe dicitur, ab eo, quod eſt actu, ſiue ab eo, ad quod eſt in potentia, perfici conſueuit: Ex eo itaque, quod modo apud Ariſtotelem obſeruatum fuit, ſummum bonum, quod ſecundum ſe eſt maxime expetibile omnium bonorum, acceſſu minoris boni fieri expetibilius, ut ſupra collegimus Mẽtes omnes contẽplatione rerum etiam imperfectiorum perfici, ac non uileſcere, ita nunc elicimus Ariſtotelem dicentem præſtare Deum aliqua non Videre, quia vileſceret, loqui non de obiectis intelligibilibus, ſed de modo intelligendi, ſiue de obiectorum ſimulacris; uti nuper adnotauimus: Alioquin aperte ſibi contradiceret in locis allegatis Ariſtoteles primum ſtatuens ſummum bonum acceſſu minoris perfici, deinde uero Deũ ſibi per intellectionẽ adiũgendo bona minora vileſcere: ſed redeamus ad propoſitum.

Ratio autem, ob quam Deus Optimus alio modo,

A & alio inferiores Intelligentiæ, & longe alio intelligat homo, ea eſt profecto; quoniam intellectio non fit, niſi uniatur virtus intelligens cum re intelligenda; ſed quia Intellectui noſtro, qui in corpore hoc incluſus quaſi latet, materia, & ſæpe loci diſtantia quoque impedimento eſt quominus ipſe idem vniri poſſet cum re cognoſcenda, quæ eſt extra nos; eapropter ad hoc vt inteligere poſſimus, requiritur neceſſario interuentus idolorum, ſeu ſpecierum immaterialium repræſentantium res cogno-

B ſcibiles; quæ ſpecies immateriales a rebus ſenſibilibus permeando corporis noſtri ſubſtantiã ſine obſtaculo per organa ſenſuum recipiantur in animam, ſeu in noſtrum Intellectum, qui per ipſas ſibi præſentes conceptum format, iudiciumque premit de rebus repræſentatis, quæ ſunt proprie noſtra Mentis vera obiecta; qua de re ſupra latius in vita humana. Verum Deus Optimus quum omnes Mundi partes quoquouerſum permeans vbique præſens exiſtat, iccirco naturas rerum omnium

C ſcrutatur, ac noſcit nõ ſolum in ſeipſo, tanquam in cauſa; ſed etiam ad ipſa intelligibilia ſeſe quaſi applicans, abſque eo, quod aut vileſcat, vt nuper oſtendimus; aut materia, lociue diſtantia, quæ inter Deum, & Entia Mundi non reperitur, tantæ virtuti obſtare valeant, quominus vniatur cum re intelligenda; cuique etenim rei cognoſcibili ſemper aſſiſtit in ſeipſo manens Deus Optimus, qui omnia complet, atque omnia ſuo numine replet. Sed aliæ Intelligentiæ ſeparatæ infra Deum, etſi a materia non impediantur, vt Mens humana in corpo-

corpore clauſa, nequeunt tamen abſolute in ſeipſis manendo cuncta intelligere, vt Deus Optimus; & hoc a loci diſtantia impeditæ patiuntur, ſcilicet eo quia vbique ſimul præſentes eſſe non poſſunt; ſed naturam finitam, ac terminatam ſortitæ illa tantum intelligunt extra ſe, ad quæ ſe ſe protendunt; quemadmodum obſeruatum eſt in ſuperioribus; hæc autem ita intelligunt, vt ſimul plura vnico actu, ſiue vnica intuitione contemplari valeant, ſi ad plura ſeſe applicent; quum ob ſuæ naturæ limitationem ad omnia ſimul ſe ſe extendere nequeant, vt Deus Optimus, cuius eſſentia immenſa eſt; neque ad vnum tantum coarctatæ ſint, vt Mens humana, quæ materiali corpori adiuncta vnico actu multa ſimul dijudicare non poteſt. A B

Ita ergo materia, & diſtantia rei cognoſcendæ a cognoſcente, ſiue naturæ cognoſcentis limitatio, cauſſa eſt, propter quam longe aliter homo, Intelligentiæ ſecundæ, ac Deus Optimus intelligant.

Et non ſolum id materia præſtat, vt longe alio modo Mens noſtra intelligat ab eo, quo Intelligentiæ abſtractæ omnes intelligere dicuntur; ſed etiam impedimento eſt quominus Intellectus humanus tum continue, ac perpetuo contempletur, qui a longiore ſpeculatione defatigatur; tum idem numero corpori addictus ſeipſum intelligat, vt ſupra oſtendimus; quum nulla ſit differentia temporis, in qua Mentes a materia ſeparatæ non ſpeculentur, & potiſſimum non intelligant ſe- C

12. meta.t.39. 51. *ipſas; & hoc ſine vllo labore penitus, vti admonet Ariſtoteles;*

A ſtoteles; ſunt enim eædem actu intelligibiles, & intellectiuæ, ac ſemper ſibi ipſis præſentes; at uero non poteſt intellectiuum præſentia intelligibilia non contemplari in ſeparatis a materia.

Non autem vſqueadeo ab inuicem differunt contemplatio Diuina, & humana, quin ſecundum aliquam proportionem etiam conueniant; quemadmodum enim Mens noſtra vbi per ſimilitudinem, ſeu ſpeciem immaterialem in ſe receptam, aut quouis alio modo ſi-
B bi adiunctam, vniri poteſt cum obiecto intelligibili, ſtatim de illo conceptum formare, ac iudicium promere dicitur; pari ratione vbi Mentes abſtractæ, quæcunque ſint illæ, vniantur per præſentiam cuiuis obiecto intelligibili, protinus illud intuentur, ac ſuo more intelligunt; & huius ratio ea eſt profecto, quoniam omnis virtus cognoſcens præſente obiecto mouetur ſui natura interiori ad illud contemplandum, ſiue potius ab obiecto impellitur ad ipſum cognoſcendum: Neque tamen Vo-
C luntas prohibere vllo modo poteſt hanc primam Intellectus cum obiecto copulationem; quæ tamen eorum vnionem iam factam poteſt aliquando diuellere; Non poteſt inquam voluntas primam vnionem Mentis cum obiecto præſente impedire; quandoquidem voluntas eſt Mente poſterior, & omnino actio voluntatis præſupponit Mentis cognitionem; Poteſt autem voluntas Mentem obiecto vnitam alio diuertere quandoque, hoc eſt dum Mens aliena contemplatur, a quibus abſcedere valet: Quo factum eſt vt homo, ad

arbitrium ſuæ voluntatis, ab omni ſimul contemplatione vacare queat; quum eius Intellectus, qui ſeipſum eundem numero immediate corpori adiunctum intelligere non poteſt, ab omnibus intelligibilibus ſimul ſeparari valeat: Intelligentiæ vero ſecundæ nequeant ſeipſas, orbem ſuum, & Deum Optimum non intelligere; quum neque a Deo, qui vbique eſt, omnia ſuo numine replens; neque a ſphæra, cui aſſiſtunt; neque a ſeipſis abſcedere poſſint; a ceterorum tamen cognitione ad placitum omnino abſtinere valeant: Deus autem Optimus, Maximus, qui ſemper præſens omnibus rebus adeſt, inceſſanter omnia ſigillatim ſemper intelligat; ita vt vel ex Ariſtotele, nihilomnino ipſum latere queat, ſed cuncta inſpiciat; quod maximam in eo arguit perfectionem; eſt enim apud Ariſtotelem ſpeculatio quiddam optimum, & ſumme delectabile ſpeculanti, maximaque illius perfectio; quare Intellectuum illi præſtantiores, & perfecti magis exiſtunt, qui minus a contemplatione vacant; quum itaq; tria ſint Intellectuum genera, Diuinus, Angelicus, & Humanus; rationi maxime conſentaneum eſſe videtur, ſi Humana Mens, quæ omnium Intellectuum infima eſt, quandoque poteſt ſimul ab omni contemplatione feriari, Angelicam Humana ſuperiorem, ac nobiliorem, nunquam poſſe ſimul ab omni ſpeculatione deſiſtere, ſed ab aliqua tantummodo, veluti nuper obſeruauimus; Diuinam autem omnium ſupremam, & præſtantiſſimam, ſemper in cuiuſque rei contemplatione verſari, nec aliquid vſquam

A — B — C

Rhet. ad Alc. c. 17. Poet. c. 12. 12. meta. t. 39.

quam

A *quam in Mundo eſſe, vel fieri poſſe, quod ſemper Diuina Mens non intueatur, & contempletur ineffabiliter. Atque hæc dicta ſint de operationibus Vitæ Mundanæ quæ proprie ſunt operationes Dei Optimi, Maximi, quatenus ipſe phyſice toti Mundo præeſt, atque aſſiſtit; quæue ſolæ cadunt in contemplationem puro Philoſopho naturali.*

B Quotuplex ſit Vita Mundana, ſiue an poſſint eſſe plures Mundi. Cap. XLVII.

DETERMINATA *iam natura Vitæ Mundanæ, atque ipſius eiuſdem Proprietatibus, & Operationibus explicatis, reliquum illud eſt poſtremo loco ſpeculari, Quotuplex ſit Vita vniuerſi, quam Mundanam appellare libuit; Qua quidem in re* C *licet Antiquorum Philoſophorum plerique arbitrati ſint plures, alij vero etiam infinitos numero eſſe Mundos: ita tamen eorum placita euertit alicubi Philoſophus,* 1.cæl.t.76 & ſequ.nt. *vt nullus iam remaneat amplius dubitandi locus de vnitate Vitæ Mundanæ: ſed quoniam Ariſtoteles dum ibi probat Mundum neceſſario eſſe vnum numero, nomine Mundi ſolam ſenſibilium corporum congeriem intelligere uidetur, ducto argumento a cauſſa materiali; non tamen (ut alibi ſæpe, & nos etiam nunc) conſtitu-* de mund c. 5. & 7. *tum quiddam ex tali congerie mundanorum corporum,* 9 mora. c.4. & 1. de par. c 5.

& Deo Maximo illi aſſiſtente; propterea ipſius argumenta directe forſitan haud concludunt Vnitatem Vitæ Mundanæ, cuius ratio conſtituta eſt in Aſſiſtentia, ſiue Præſentia Dei Optimi toti Mundo: quamobrem intimius rei naturam rimando a nobis hoc ipſum alia ratione decernendum erit. A

Quum itaque Deus Optimus, ad quem Vita Mundana eſſentialem obtinet habitudinem, ſiue a quo Mundi Entia vniuerſa, Mundanarumque partium ordo, ueluti multarum Exercitus legionum ſeries ab B
12 metat 52. uno ſupremo omnium militum Duce dependet, ac moderatur, ut monet etiam quandoque Ariſtoteles; quum
12 meta t.49 & 55. inquam Deus optimus, eodem autore in Diuinis, Vnus exiſtat ſecundum ſpeciem, & ſecundum numerum, atque omnino ſic Vnus, ut nulla ratione plures Dij ſummi eſſe ualeant; neceſſario concludendum eſt Vitam uniuerſi, quam Mundanam appellamus, eſſe tum ſpecie, tum etiam numero unam, ac penitus in plures indiuiſibilem, nulloque modo multiplicabilem: atque hoc fortaſſis illud eſt argumentum, quo in prima C
12. meta t.49. Philoſophia uſus eſt Ariſtoteles ex eo, quod Prima Forma, Deus optimus, actus eſt immaterialis, colligens ipſum eſſe omnino unum, ſpecie uidelicet, ac numero: & inde concludens Mundum totum, cuius Deus eſt forma, & anima, unum pariter eſſe penitus, tam ſpecie quam numero; quandoquidem animal quoduis ab anima, & compoſitum naturale omne a ſui forma eſſentiali unitatem ſortitur.

Addi-

A *Addimus præterea nos, dato etiam (quod Theologorum noſtratium plurimi decernere non dubitant) abſoluta Dei ſummi Poteſtate creari poſſe, aut potuiſſe plures corporum congeries præſenti ſimiles, uel adhuc perfectiores; profecto uno Deo ſummo illis omnibus aſſiſtente, dici non poſſe plures Mundos, quaſi multa uiuentia numero, uel ſpecie ab inuicem differentia; ſed eſſet unus tãtum numero Mundus, quaſi uiuens unum continens in ſe plures partes eiuſdem, aut etiam diuer-*
B *ſæ perfectionis; ſiquidem hunc in modum unum quoddam animal eſt, atque unum uiuens Homo, quamuis duos habeat oculos, duas manus, & uiginti digitos; nanque membra hæc uniuerſa una tantummodo anima humana reguntur, & uiuificantur: Niſi quoque dicere uelimus ex pluribus corporum Uniuerſitatibus (ut ita loquar) noſtrati huic adiunctis, & uno Deo ſummo illius omnibus aſſiſtente, factum iri animal, & uiuens unum, quaſi monſtroſum, habens multa capita,*
C *aut plures manus, aut uentres, quam ſecundum naturam habere debuiſſet, ueluti Geryon, Cerberus, Hydra, & Briareus.*

Eſt itaque abſolute Vita Uniuerſi Orbis, quam Mundanam appellamus, una prorſum ſpecie, ac numero, indiuiſibilis omnino, ſiue in alias uitæ ſpecies non multiplicabilis.

Atque iſta ſufficiant ad explicationem naturæ Vitæ Mundanæ Philoſophis Naturæ limites non egredientibus.

Nos

Nos ita nunc opinamur de Vita Natura, hoc eſt, De illius Eſſentia, Proprietatibus, Operationibus, & Differentijs, ſeu Speciebus, cum generatim, tum etiam ſpeciatim. A

Digitized by Google

DE VITA
Liber Tertius

FORTVNII LICETI GENVENSIS,

PHILOSOPHIÆ, AC MEDICINÆ DOCTORIS
Philoſophiam in Acad. Piſana Profitentis.

PERILLVSTRI VIRO
CAMILLO BOERIO
PHILOSOPHO, ET MEDICO
EXCELLENTISS.

GENVÆ,
Ex Typographia Pavoniana.
MDCVI.
Annuentibus Superioribus.

Digitized by Google

PERILLVSTRI VIRO
CAMILLO BOERIO
PHILOSOPHO, ET MEDICO EXCELLENTISS.

FORTVNIVS LICETVS BENE AGERE.

SI quæcunque in hoc Mundi theatro reperiuntur, ad vnam Diuinitatis participationem cuncta Naturæ impulſu acta ferun tur (CAMILLE BOERI) Homo, non quidem iocus, ludusque Deorum, ſed ingens, ac Diuinum inter animalia miraculum, haud profecto parum ſuæ dignitati detraheret, niſi ad illud aſſequendum, in quod ſponte vniuerſa properant, quantum ceteris perfectione pręſtat, tanto nobiliori modo collimare ſtuderet: Vnum vero quum ſit præcipuum; quo ad naturam Diuinam proxime accedimus, Contemplatio; propterea quemadmodum ex antiquioribus, qui viros doctrina inſignes Diuinis honoribus afficiendos iudicauere, ij Diuinis ipſi laudibus orná di ſunt; ita qui vnumquemque monebant, quum homo ſit, atque mortalis, humana ſolum, ac mor-

talia cogitare; quaſi circa noſtratia, & agibilia tantum ſatagentes, nihil prorſum de ijs, quæ ſub intelligentiam cadunt, ſolliciti eſſe debeamus, male opinantes, quæ ſupra nos nihil ad nos; ij a vera ſapientia in re maximi ponderis quamplurimum aberraſſe videntur: Iure itaque Ariſtoteles ille ſolidæ Philoſophiæ Parens, qui virum procul a vulgi frequentia ſpeculationi viuentem inter eſſentias homine meliores, hoc eſt, inter Diuinas Intelligentias collocare non dubitat, propoſiti dogmatis autores increpans, homini mortali cõtemplationem actioni præferendam; & ex Intellectu, qui Diuinũ quiddam eſt in nobis, ac immortale, viuendum; atque ita Diuinam, & immortalem naturam induendam conſulit. Quum autem hi viri quanto propius ad Mentes Diuinas accedere videntur, tanto magis ab vniuerſo mortalium genere ſint obſeruãdi; ſi quis profecto inſigne aliquod beneficium ipſorũ opera fuerit conſequutus; hic non modo ipſos maxime venerari, ſed ijs omnem ſuam operam, vitamque ſacrare tenetur. Quum itaque (Clariſſime CAMILLE) tu quidem plurimum in omni diſciplinarum genere præſtes, ſed in Philoſophia, & Medicina præſertim emineas, merito te ſumme colit Genuenſium Ciuitas vniuerſa: Ego vero, qui non vno irremunerabili beneficio tibi ſum pigneratus, quid, ne ingrati animi notam ſubire videar, efficiam? te iampridem toto corde aſsidue veneror;

ror; ſed occulta eſt ſyncera hæc mea erga te obſeruantia; quare iandiu geſtit animus in aliquo gratum ſe tibi oſtendere; demum in mentē venit hoc opus De Vita tibi nuncupare; ita nanque mihi licebit ſimul & tuis in me collatis beneficijs aliqua ex parte reſpondere, & lucubrationibus hiſce meis aduerſus inuidiæ rabiem ſtrenuū defenſorem adhibere: Duo enim quum ſint, quæ inuidorum aciē perſtringere poſſunt, generis nobilitas, & ingenij fecunditas; te vtroque ſplendore fulgentiſsimum eſſe nemo non videt; Boerium nanque genus poſt quamplurimos Doctores longo ordine productum, olim Bernardus I.C. egregius, non ſolum propria virtute, ſed etiam claritudine prolis celebertimum reddidit; ſiquidem eius filij, Dominicus in Sacro Prædicatorum cœtu Concionator magni nominis, ac vitæ ſanctitate illuſtris, Hieronymus, & Nicolaus Iuris prudentia clari, & Io: Baptiſta Phil. ac Med. eximius, quatuor inter Doctores alios præclara lumina, magnum ad familiæ laudes addidere cumulum: Viderunt autem Io: Baptiſtæ huius ingenium mirabile præter ceteros eminere Henricvs vii. & viii. Potentiſsimi Angliæ Reges, qui talem virum inter optimos clariſsimum, inter clariſsimos optimum, & inter vtroſque doctiſsimum probe dignoſcentes, ipſum ſibi Archiatrum, & ab arcanis Conſilijs honorificentiſsime voluerunt; hic vere ſui famā, quæ

apud

apud Regem valde percrebuerat, virtutibus auxit; & Parentem ſequutus ex Iulia vxore inclyta, quæ non minus proprijs animi dotibus, quam Andreæ Petraſanctæ de Claritis fratris Ducali Genuenſium dignitate refulſit, multum familiæ peperit celebritatis in filijs, Ioanne, ac Bernardo; quorum vterque Militiæ Sancti Petri ſtemmate conſpicuus, in omni ſcientiæ genere vſque adeo excelluit, vt ille pro Sereniſs. Senatu apud Sacratiſs. Imperatores præclariſsimi Oratoris officio functus; hic autem Iuris peritiſsimus non vulgaribus fuerit dignitatibus in Romana Curia decoratus: cuius ſane laudis hæreditas ad Bernardi filium, tibi genitorem pertinet, Octauium dico, Medicinæ, ac Philoſophiæ, omniumque diſciplinarum Coryphæum, qui ad nobilitatem generis illud litterarũ lumen adiunxit, quo familiam totam, vrbem immo vniuerſam mirabiliter illuſtrauit: Tu demum (CAMILLE Optime) paternarum, auitarumque virtutum digniſsimus hæres BOERIAM domum plurimum exornas, cuius celebratum nomen dudum euexerat genitor Octauius ad ſummum gloriæ faſtigium. Non ab re igitur in hoc opere meo illam à tuo nomine lucem ſpero, quę inuidorum aciem perſtringat. Tu vero interim, pro tua humanitate, hilari fronte mediocre hoc munus accipias, ſed maximum meæ in te voluntatis, & obſeruantiæ argumentum. Vale, & me ama. Piſis III. Nonas Nouemb. MDCVI.

FORTVNII LICETI
GENVENSIS
IN TERTIVM LIBRVM DE VITA

PRAEFATIO.

TRACTAVIMVS antea proprio marte DE VITA ex rei natura: Ceterum theoremata noſtra non ſatis firma, & tuta videri poſſent alicui, niſi quæcunque ipſis aliqua ratione aduerſari poſſe videbuntur, omni conatu de medio tollere ſtuderemus: Quæ in re graues profecto, & cum grauiſsimis Autoribus parantur nobis controuerſiæ, eæque viribus noſtris mediocribus fortaſſe impares: Sed vt veritas iſta De Vitæ natura ex obſcuriſsimis tenebrarum viſceribus, in quibus maximo ſtudioſorum detrimento hucuſque latuit, clara, & nitida, quantum per nos fieri poterit, nunc demum eruatur, & ad lucem ſcripturæ cunctis aſpectabilem iam transferatur; ſiue vt ad hanc nobilem Philoſophiæ partem magis excolendam doctiora ingenia excitemus; ac poſtremo vt propoſitam nobis in præſenti volumine contemplationem De Vita pro viribus compleamus;

quoniam

quoniam cuius eſt vera ſtatuere, illius etiam eſt falſa de propoſito refellere, Age nunc ſaxum hoc item euoluere tentemus, difficultates omnes ijs, quæ ſupra ex noſtra ſententia profeſſi fuimus, negotium aliquod faceſſentes eo prorſus ordine proponendo, & expendendo, quo ſuperiora inuicem diſpoſita fuere: Atque ſane eo libentius, animoque fidentiori prouinciam hanc, quantumuis arduum, nobis ſuſcipiendam duximus; quo viam illam & nos ingredi debere animaduertimus, qua in omni ætate tot ſapientes viros ad virtutem per huiuſmodi litterarias exercitationes ſumma cum laude contendiſſe nouimus.

Ad rem igitur aggrediar, non quidem vt canis furens, ac tetra rabie percitus, atroci dente promiſcue aliorum omnia decreta diſcerpens: Sed cum Platone, ac Cynicis, vt manſuetus catulus veris, & bonis theorematibus tanquam notis, & domeſticis benigne blandiens; falſis autem, & malis, velut ignotis, & externis citra morſum leniter oblatrans, ea tanquam noxia ſolum patefacturus.

FOR-

Digitized by Google

FORTVNII LICETI GENVENSIS DE VITA

LIBER TERTIVS.

In quo afferuntur, & enodantur ea, quæ aduerſantur determinatis hactenus ad mentem Autoris.

Vtrum Naturæ Ordo ſit ab imperfectis ad perfectiora. Cap. Primum.

ILLVD *ante omnia controuerſum videtur, quod ab initio vniuerſæ Tractationis proponentes nobis ordinem ſeruandum in hoc opere, Naturæ methodum eligentes ab imperfectioribus ad perfe-*
C *cta magis nos proceſſuros promiſimus, tanquam firmũ, & ratum accipientes Naturã in condendis rebus vbique ab ijs, quæ minus perfecta ſunt progredi ad perfectiora; quum tamen oppoſitum ab ea ordinem ſeruari conſtet in pangendis animalibus; ſiquidem apud omnes tum Medicos, tum Philoſophos receptum eſt commune* dogma, *In conſtitutione animalium prius gigni membra præcipua, Hepar, Cor, Cerebrum; deinde vero partes alias vniuerſas; quamuis inter viſcera præcipua Medici primum omnium Iecur oriri autument; Phi-*

Digitized by Google

loſophi vero, præſertim Peripatetici cum Ariſtotele, Cor A
3. de par. c. 4. primum omnium membrorum viuere, ac vltimũ mori
5. de gen. an. c. 4. arbitrentur. Ceterum obiecta ratio tanti non eſt roboris, quin tolli valeat; & omiſſis pleriſque aliorum reſponſionibus, hanc vnam ingenioſis afferam, qua ſoluitur exacte nodus; Animaduertendum eſt ante omnia in Axiomate, quo dici vulgo conſueuit Naturam in rerum conſtitutione progredi ab imperfectioribus ad perfecta, nomen perfecti ſignificare terminum ad quem tendit Natura in ſua operatione, & nihil aliud: Scien B
dum eſt etiam eorum, quæ natura fiunt, alia eſſe homogenea, ſiue ſimilium partium, vt aer, ignis, aurum, & ſimilia; alia vero heterogenea, vt animalia, præſertim perfectiora, quæ conſtant euidentiſſime partibus diſſimilaribus, ac diuerſæ naturæ; Quemadmodum vero in homogeneorum conſtitutione dici non poteſt Naturam ab imperfectis progredi ad perfecta, eo quia primo conſtituat partes ignobiliores, deinde nobiles, quum in ipſis cunctarum partium ſit vt eadem ratio, eademque C
natura, ſic eadem perfectio, eademque nobilitas, ſed ſolum quia vel progreditur a diſpoſitionibus præuijs nuncupatis ad formam; vel potius a partibus ad totum; partes enim (potiſſimum integrales, & quantitatiuæ, de quibus agitur) ad totum ſe habent veluti materia ad formam; & iccirco velut imperfectum ad perfectum; immo qua ratione totum Ariſtoteli, vt totum,
3. phy 63. & 64. eſt idem cum ipſo perfecto; eadem ſane ratione partes ad totum relatæ imperfectum quiddam eſſe debent: Ita profe-

A profectò in constitutione rerum diſsimilium, cuiuſmodi ſunt animalia, dicendum non eſt Naturam ab imperfectis non tendere ad perfecta, quia primum formet membra præcipua, deinde reliqua minus digna; ſiquidem vna pars non ſe habet ad aliam, veluti terminus ad quem; quod ſupponit obiectio: ſed vere in pangendis animalibus Natura vbique tendit ab imperfecto ad perfectum; quoniam animalis conſtitutio, ſiue organizatio poteſt conſiderari tum prout eſt vna B numero functio vniuerſalis, quam totius corporis Conformationem dicimus; tum prout eſt actio multiplex, qua ſcilicet formatur qualibet particula ſeorſum: ſi conſideretur organizatio vt vnica functio, qua formatur totum animal, plane in tali operatione Natura progreditur ab imperfectis ad perfectum; nanque procedit a partibus ad totum; ſiquidem totum, totiuſque commenſuratio eſt terminus ad quem tendit vis formatrix, ſiue Natura in organizatione; partes etenim C relatæ ad totum rationem habent imperfecti ad perfectum, vt diximus, non ſolum quia qua ratione Ariſtoteli totum eſt perfectum, eadem partes imperfecti conditionem ſubeunt; verum etiam quia partes ſunt materia totius; materia enim quiddam eſt imperfectum; id autem, cuius materia eſſe dicitur, ſiue forma ſit, ſiue compoſitum, abſolutum iam eſt, ac perfectum: Etſi ergo Natura in conſtituendo animali exordiatur a formatione Cordis, & partium præcipuarum, procedit nihilominus ab imperfectioribus ad perfecta; quo-

3 phy. t. 63. & 64.

Digitized by Google

niam terminus ad quem tendit illa conformatio eſt totum animal, quod eſt Corde, & quauis alia ſui parte perfectius; & reuera quis ambiget Embrionem in Vtero ſolum Cor, Iecur, & Cerebrum diſtinctum habentem, nulla ceterarum partium adhuc efformata, eſſe animal, ſiue hominem imperfectum? A

Sin autem conſideretur organizatio cuiuſque particulæ ſeorſum, in ea quoque Natura tendit ab imperfecto ad perfectum, nimirum progrediens item a diſpoſitionibus ad formam, ſiue potius a partibus Cordis ad totum Cor, & ita de alijs quibuſque membris: Neque fas eſt organizationem Vnius partis facere terminum, ad quem tendit conformatio alterius; Vti faciunt Aduerſarij; quoniam terminus ad quem in omni motu eſt forma quædam permanens, ſiue compoſitum itidem permanens, non alia mutatio, cuius eſſe eſt in fieri; quamuis enim partes nobiliores efformentur ante ignobiles, non tamen terminus ad quem tendit generatio Cordis eſt aut Hepar, aut Cerebrum, aut horum conſtitutio; ſed totum ipſum Cor; perinde ac terminus ad quem tendit conformatio cunctarum partium, eſt animal ipſum totum: Ita ergo Natura ſemper in condendis rebus progreditur in Vnaquaque ſua functione ab imperfecto ad perfectum, quia nomine perfecti deſignatur terminus ad quem tendit operatio Naturæ; hic Vero terminus duplex eſt in animalibus, alter communis, nempe totum animal; peculiaris alter, nimirum totum quodlibet membrum relatum ad ſuimet particu- B C

las

A *las in ſuiipſius conſtitutione;non autem ad alia membra quemadmodum ſit in obiectione.*

Vtrum præter formam, quæ eſt altera pars compoſiti, detur forma totius apud Ariſtotelem. Cap. II.

DEINDE *uero & in eo deliquiſſe uidemur, dū aduerſum Simplicium in quo-*
B *libet compoſito naturali conſtituebamus formam quandam uniuerſalem reperiri, quam uocare placuit formam totius, præter formam illam, quæ compoſiti pars eſt eſſentialis; nam talem formam neglexit Ariſtoteles, qui eius certe meminiſſet, ſi ipſam dari credidiſſet: Immo eam non reperiri aperte conſtat ex eo, tum quod plures nequeunt eſſe formæ in compoſito; tum etiam quia oporteret in eodē illi dare proportionatā materiā; quare*
C *duæ materiæ in eodem; quod omnē tollit Philoſophiam, qua docemur ex Ariſtotele ad patiendum ſufficere unū.* 1. phy. t. 56.
At uero rei naturam exactius intuenti a ſuperioribus apud Simplicium explicatis recedendum non eſſe apparebit: Eo ſiquidem loco diximus in compoſito, præter materiam, & formam illi adnexam, conſiderari poſſe puram totius eſſentiam, quatenus abſtrahi poteſt a cunctis accidentibus, & materiei appendicibus; cui eſſentiæ nomen formæ totalis adſcribere non dubitauimus, nec inconſulto Ariſtotele, qui has duas formarū 5. meta t. 3.

ſpecies

5.meta.t.3. *ſpecies non ſemel tetigit, primum quidem inquiens cauſ-* A *ſas formales, quæ definiuntur eſſe ipſum quod quid erat eſſe, proprie eſſe vt totum, & compoſitio (ecce formam totius) & forma (ecce) partem eßentiæ potiorem) poſtea*
5.meta.t.5. *uero ſcribens Naturam eſſe formam & ſubſtantiam, quæ dicitur finis generationis, hæc vero ſubſtantia, non forma eſt partialis, ſed forma totius, quæ dici conſueuit eſſentia compoſiti, vt infra commodiori loco apparebit.*
1.cæl.t.c.92. *Sed & in Auerrois dicto, vnumquodque ſenſibile eſſe per materiã, intelligibile vero per formam, ſane vt nomine materiæ illa intelligi non poteſt, quæ eſt pars eſſentialis compoſiti, vt quæ in ſublunaribus expers eſt omnium qualitatum, ratione quarum vnumquodque ſenſibile dicitur: ſed illam, quæ dici conſueuit materia ſecunda, quæuè totum eſt compoſitum, omnibus accidẽtibus ſibi conuenientibus exornatum ita par eſt nomine formæ intelligere totam eſſentiam rei, non partem potiorem eſſentiæ vt a materia diuerſam; ſecus etenim animæ ſeparatæ notitia, ſecluſa conſideratione corporis humani, contineret notitiam totius hominis ex neceſſitate; quod eſt falſum penitus. Quod autem exinde opponebatur dari non poſſe plures formas in vno compoſito, leue eſt; quoniam id tãtummodo verum eſt de formis eiuſdem ordinis, & non ſubalternatis; ceterum forma, quæ eſt pars eſſentiæ, ſubordinata eſt ad ipſam eſſentiã, quam formam vniuerſalem appellamus, & cum ipſa eſt compatibilis in eodem. Quod poſtremum dicebatur, oportere in compoſito duas item eſſe materias dua-*

bus

A *bus iſtis formis proportionatas, nullum penitus faceſſit*
nobis negocium: in vno etenim homine, ſi corpus eſt ma-
teria ſubiecta ipſi animæ, cur & ipſemet homo ex ani-
ma, & corpore conſtitutus, omnibus ſuis proprietati-
bus, & conditionibus munitus, humanitatis puræ, hoc
eſt, eſſentiæ humanæ ſeiunctæ opera mentis ab accidente
quolibet, materiæ vicem gerere non poterit? ita enim
uoces dicuntur materia totius harmoniæ, & qualitates
primæ ſunt materia temperamenti. Neque ideo tollitur
B *axioma phyſicum, ad patiendum ſufficit vnum; nam*
id uerum eſt in vna tãtum compoſitione, quæcunque ſit
illa; ſed vbi quouis modo habetur compoſitio multiplex,
ibi et multiplex requiritur materia cuique compoſitioni
proportionata; eſt autẽ in quouis cõpoſito duplex compo-
ſitio; realis altera, ex materia, & forma partiali; altera
uero ſecundum rationem, ex materia, & forma totius.

Nihil ergo inconuenit eſſentiam vocare formam, for-
mam inquam totalem, quemadmodum ſuperius apud
C *Simplicium notauimus.*

Vtrum arterijs ſoporarijs circa collum ligatis, repente animal concidat abſque motu, & ſenſu. Cap. III.

AMPLIVS *& illud controuerſũ videtur quod*
apud Medicos determinauimus, ligata
quapiam arteria, partes infra ligaturam a
Corde remotiores ilico motum, & ſenſum amittere, ita
ut ſi

vt ſi vinctæ fuerint arteriæ iugulares in collo, repente A
animal procumbere oporteat veluti mortuum, ſenſu, motuque deſtitutum; quoniam reclamantem habemus Galenum alicubi ſcribentem ſic, Quum arteriæ circa
De vtil. reſp. cap. 5. *collum laqueis conſtringuntur, nihil partitur animal, neque ſtatim, neque poſtea; quemadmodum nos aliquãdo experiundi gratia illas laqueis conſtrinximus, atque totum diem animal inſpirare, & expirare, ac moueri citra impedimentum viſum; ad profundam iam noctẽ mactauimus, ut qui putaremus tam diutinam experi-* B
entiam non amplius fidelem, ac tutam eſſe: poſſe enim in tanto temporis ſpatio, quo laquei circunnexi fuerant, aliquod ex principalibus membris per cõſenſum læſum eſſe. Admirabamur igitur, quum reperiremus arterias ex principaliſſimis vitalibus organis, ipſo uidelicet Corde, ad principaliſſima animalia organa, ipsũ uidelicet Cerebrum protenſas, ita citra omnem vitæ offenſam, iniuriam eam tolerantes. ſed de his etiam in libro de Vtilitate pulſuum amplius quæremus. Quod uero ex C
eis ad præſens utile exiſtit, cuiuſque gratia Carotidum arteriarum circa collum mentionem feci, idipſum rurſus dicetur, nempe quod Cerebrum ſpiritu a Corde allato non valde habet opus. *His tamen haudquaquã obſtantibus, determinata ſuperius amplexanda cenſemus pluribus nominibus, & primo quoniam tale genus experimenti a Galeno propoſiti eam toto cælo experientiam habet oppoſitam, quam ſæpe factam fuiſſe obſeruauimus in capra illa circulatoris, de qua ſuperius abun-*

A abunde. Deinde refragantem habet apertiſſime hoc in loco Galenus Ariſtotelem alicubi ſcribentem Quibus in collo venæ apprehenduntur, inſenſibiles fieri, non ſecus ac illi, qui in ſyncopem, aut in cuiuslibet alterius generis defectionem animi labuntur; venæ vocabulo interim arterias more veterum ſignificando. Præterea Galeni hoc experimentum manifeſto aduerſatur naturæ rei; quia certum eſt in ſyncope, atque alijs animi defectibus, animal ſine motu, ac ſenſu concidere non niſi de ſom. & vig. c. a.

B quia per arterias a Corde ad alias partes non influit calor, & ſpiritus vitalis, ſine quo nulla edi poteſt ab animali vitæ operatio; quare propter eandem cauſſam ſi arcte ligentur arteriæ iugulares, ita vt a Corde ad Cerebrum nihil omnino caloris, & ſpiritus vitalis tranſmittatur, neceſſario cerebrum ab omni ſuo munere vacabit; vnde animal ſenſu, motuque priuabitur, quoniam huiuſmodi functionum origo eſt a Cerebro in doctrina Galeni. Amplius & ipſe ſibi contrarius eſt ſuo

C in hoc experimento Galenus, qui alibi ſcribere non dubitauit oppoſitum, dicens, Semper mors ad immodicas ſequitur Cordis intemperantias; ſimul enim cum ipſo omnes vitiantur partes. Quum enim (vt oſtendimus) ipſæ peculiari Cordis temperie actiones ſuas perficiant, hac pereunte, actiones quoque ipſarum perire neceſſe eſt, ac proinde Cerebri quoque, & Iecoris. Quomodo ergo, ſi arcte ligentur arteriæ a Corde ad Cerebrum aſcendentes, quas appellamus ſoporarias, ita ut penitus impediatur quominus Cerebrum ſuſcipiat a Corde ſpi- 5. de loc aff. cap. 1.

ritum, caloremque vitalem; quomodo inquam poterit A
animal tota die moueri citra impedimentum, & nihil
pati, ego quidem in Galeni, & Medicorum ſchola non
aſſequor. Si prætcrea partes omnes in corpore animalis
actiones ſuas perficiunt, & præſertim Cerebrum pecu-
liari Cordis temperie; quomodo fieri poſſit vt Cerebrũ
ſpiritu a Corde allato non valde habeat opus, multo
minus video: Quare maxime incuſandus videretur eo
de morb. caul c. 3. *in loco Galenus, niſi alibi ſeipſum correxiſſet palinodiã*
concinens, vbi apertiſſime ſcribit, & ex Hippocratis au B
toritate, ſi prohibeatur transfluxus a Corde aut ad
vnam, aut ad alias omnes corporis particulas, interce-
pta quomodocunque vel vna, vel omnibus arterijs, re-
pente illam partem, vel totum animal ſenſu, motuque
priuari, ſimul & vita; vt cuique legenti eius verba li-
quido conſtare poteſt. Quocirca nõ immerito ſemper ſum
ſuſpicatus Galenum in eo animali, quod per totã diem
nihil paſſũ fuiſſe ſcribit a vinculis iniectis ad vaſa cir-
ca collum aſcendentia, vel non arterias, ſed venas per- C
ſtrinxiſſe, quæ arterijs proximæ, adnexæque ſunt; vel ſi
arterias, non omnes deligaſſe; vel ſi omnes, non arcte ſa-
tis, ac bene, ſed imperfecte ita vt aliquantiſper hiarẽt,
& iccirco per eas pateret aditus calori, & ſpiritui a Cor
de influentibus ad Cerebrũ: Niſi etiam dicere velimus
potuiſſe in eo animali præter Naturæ conſuetudinẽ no-
ua reperiri arteria, quam non ligauerit Galenus; cuius
arteriæ beneficio, ceteris obſtrictis, tale animal incolumẽ
tota die vitã agere potuerit; contingunt enim plerunque
in

A *in animalium corporibus multa citra Naturæ ordinẽ;
quod paſſim obſeruant Anatomici: Quid ſi locus ille non
ſit Galeni proprius, ſed adulterinus, vt multi leguntur
apud Hippocratem? An impoſſibile eſt Galeni operibus
intruſum ab aliquo fuiſſe nouũ caput, ſpuriãue capitis
partẽ, cui paßim videmus falſo adſcriptos fuiſſe libros?
Ratum itaq; hoc eſto, Quibus in collo arteriæ obſtrictæ
fuerint, animalia cuncta ſtatim ſenſu, motuq; priuari.*

B Vtrum accidentia poni valeant in definitione ſubſtantiæ. Cap. IV.

NON *minus à veritate alienum illud eſſe
videtur, quod expendẽtes opinionẽ Ale-
xandri aſſeruimus dicentes vitam non
eſſe accidens eo quia ſumatur in defini-
tione animæ, quæ ſubſtantia eſt: quaſi
accidentia locum non habeant in definitione ſubſtantiæ;
quum tamen Ariſtoteles definiat Naturam, quæ ſub-* 2.phy. t.3.
C *ſtantia eſt, per motum, & quietem: quæ ſunt accidẽtia:
Immo quum ipſe idem Ariſtoteles ſibi proponat inueſti-
gandã eſſentiã animæ ex illius operationibus, & ipſam* 2.de an t.33.
*vere definiat per operationes tum quãdo ſcribit animã
eſſe principium, quo primo viuimus, & ſentimus, & lo* 2.de an t.24.
*co mouemur, & intelligimus; tum etiam dum ait ani-
mã eſſe actũ primum corporis phyſici potentia vitã ha-* 2 de an t.6.
*bentis, per vitam intelligens nutritionẽ, & augumen-
tum, quemadmodũ ipſe prius admonet; quæ tamen ope-
rationes omnes accidentia ſunt. Sed re intimius perſpe-* 2.de an.t.3.

ſta, longe aliter ſentiendũ videbitur; nã ſubſtantiæ quũ ſui eſſentiam priorẽ habeant quocunq; accidente, atq; ab accidentibus independentẽ, haud ſane poſſunt ſimpliciter definiri per accidentia; quia definitionis munus eſt explicare, ac diſtinguere definiti eſſentiam à quocunque alio; ſubſtantia vero quælibet ab alijs omnibus differt eſſentialiter in illa etiã prioritate, qua præcedit cunctis accidentibus: Bene verũ eſt multas ſubſtantias, quamuis in ſe naturã habeãt abſolutã, referri tamẽ, & habere habitudinẽ ad accidentia quædam, tãquam cauſſas ad ſuos effectus; & quia commune eſt omni relatiuo definiri poſſe per id, ad quod relationem habere dicitur; propterea factum eſt vt ſubſtantiæ, quæ ſecundum ſe non admittunt in proprijs definitionibus accidens vllum, ſi ſecundum aliquam habitudinem, quam ſortiantur ad accidens aliquod, ſint definiendæ, tunc in ſui definitione aſſumunt illud accidens, ad quod referuntur. Ex his quia Natura eſt cauſſa, & principium motus, & quietis; Anima vero ſimiliter eſt cauſſa, & principium operationum uitæ; quum cauſſa & cauſſatũ, principium & principiatum relationem habeant adinuicẽ; iure optimo potuit Ariſtoteles aliquando definire Naturã, & Animã per operationes earum, dum vtranq; conſiderat ſub ratione principij, & cauſſæ ſuarum functionum: At ſi eas conſiderauerit abſolute, ac ſecundum ſe, profecto illas abſque vllo accidente definire cogetur; ita nanque Materiam eſſe primum ſubiectum, ex quo fiat aliquid, quum inſit, non ſecundum accidens, & ſi corrum-

Margin notes: A; B; C; 2.phy.t.2.; 2.phy.t.3. 2.de an.t.24.; 1.phy.t.82.

A corrumpitur aliquid, in hoc abibit vltimum; ſeu Materiam eſſe id, ex quo fit aliquid, quum inſit; & Formam eſſe rationem eius, quod quid erat eſſe definiens, Naturam ſpeciatim definiuit ſine accidentium interuentu; Sic Animam definiens vt quid abſolutum prius omni ſua operatione eſſe actum primum corporis naturalis inſtrumentalis, nullo vſus eſt accidente: Quin etiam definiens Animam eſſe actum primum corporis phyſici potentia vitam habentis, animam non B definit per accidentia, ſi ſumpſerit vitæ vocabulum in ſua propria ſignificatione; vita enim proprie ſubſtantiale quiddam ſignificat, & improprie ſatis in vſum venit quandoque Ariſtoteli ad ſignificandas operationes vegetales, vti demonſtratum fuit abunde ſuperius. Addo ſi percurramus ſpeciales cuiuſque animæ definitiones allatas ab Ariſtotele, dum contemplatur abſolutam eſſentiam animæ, in eis non habere locũ accidentia plane comperturos; definit enim Animam in- C tellectiuã eſſe genus animæ, quod poteſt ab alijs ſeparari, tanquam perpetuum a corruptibili: ſenſitiuam autem eſſe principium, quo primo ſunt, & viuunt animalia bruta; & demum vegetalem eſſe principium, quo primo ſunt, & viuunt vegetabilia, quæ nomine generis viuentia nuncupantur; ſiue principium conſeruatiuũ indiuidui alimento; ſiue potius principium generatiuum alterius indiuidui in eadem ſpecie. Ita ergo ſatis apparet in definitione ſubſtantiæ abſolute conſideratæ, ac ſecundum ſe, aſſumenda non eſſe accidentia; & proinde

2. phy.t.28. 2.de an.t 7 2.de.an.4.&6. 2.de an.t.3 24 2.de an.t.21. 2.de an.t.18. 2.de an.t.88. 2.de an.t.49.

non

non ab re dixiſſe nos vitam non eſſe accidens eo quia ſu- A
matur in definitione animæ, quæ ſubſtantia eſt; in ea in-
2.de an.t.4.6. *quam definitione, qua definitur anima, prout eſt natu-*
ra quædam abſoluta, & ſecũdum ſe; non vt eſt cauſſa,
& principium ſuarũ operationum; hoc enim ſibi propo-
2.de an.t.33. *nit Ariſtoteles inferius poſt allatam definitionem, qua*
de loquimur.

Somno haud ligari ſenſus exteriores, ſed internum ſolum impediri, quem communem ſenſum appellamus. Cap. V. B

SED *bene illud uel ſenſui aperte refragari videtur, quod apud Turiſanum ſcribere non dubitauimus ſomno haud ligari ſenſus exteriores; nam dormientes non audire, aut olfacere, aut videre, aut guſtare, aut ſenſu tactus ſenſibile aliquod percipere, cuique certo experimento conſtare poſſe videtur: Alio-* C
quin quo differre vigilia dicenda eſſet a ſomno, ſi in utroque ſtatu ſenſus fungi ſuo munere poſſunt? At uero nonne in libris De ortu Animæ Humanæ *confeſſi ſumus*
Lib.3.cap.5. *in ſomno ligari ſenſus exteriores? Ceterũ ſi res intime conſideretur, dum ſupra conſtitutum eſt ſomno haud ligari ſenſus Externos, non contradicimus alias dictis, quod ultimo loco obijcitur; nanque in libris allegatis nõ abſolute ponimus ſenſus extimos ligari, ſed ligari ſolum ita ut non poſſint perturbare operationes Intellectus, ſi con-*

A *contingat Mentem in ſomno ſuo munere fungi; & omnino ligari habita relatione ad phantaſiam, cuius operationes in ſomnijs & frequentiores ſunt functionibus ſenſuum externorum, & Mentis actiones interpellare queunt; quod efficere non poſſunt operationes ſenſuum exteriorum. Deinde uero allatum dogma ſuperius, dum aſſerebamus in ſomno haud ligari ſenſus externos, Ariſtoteli maxime conſentaneum eſt, rationi, & experimento; Ariſtoteli quidem tum primo aſſerenti Moue-* De ſomn. & vig. c.3.
B *ri quoſdam dum dormiunt,, & facere multa, quæ uigilantium ſunt; id quod alibi explicat inquiens Animalibus dormientibus accidere ſenſum, non modo quæ* 5. de gen. an. cap. 1. *ſomnia vocantur, ſed etiam præter ſomnia, vt ijs, qui dormientes reſurgunt, & quidem pleraque agunt ſine ſomnio ſunt enim qui dormiētes reſurgant, & ambulent videntes eo modo, quo qui uigilant; ijs enim ſenſus accidentium contingit, quanquam non uigilantibus, tamē non vt ſomnium: tum deinde ſcribenti ſomnum eſſe ociū* 1. æthic. c. vlt.
C *eius animæ tantum, quæ uel bona, uel mala dicitur; hæc autem non eſt anima, quoad ſui facultates pure cognoſcentes; at potius quoad uoluntatem & appetitum, circa quæ bonum, ac malum conſiſtit: Immo neque iſtas animæ facultates in ſomno penitus ociari adnotat ibi Ariſtoteles obſeruans in ſomnis proborum hominum uiſa eſſe meliora.. Rationi uero, quoniam quum duo inſint in animalibus ſenſuū genera, ut fuſè docuit Ariſtoteles,* 2 de an. t. 135. & ſequentib. *nempe ſenſus particulares, & ſenſus communis appellatus particulares ſunt exteriores quinque ſē-*

ſus

Digitized by Google

ſus nuncupati, & phantaſia: quorum ſane ſingulorum A
officium eſt cognitio rei ſenſibilis: At ſenſus communis
& ille eſt, qui ponit diſcrimen inter vnum, & alterum
genus ſenſibilium; & ille etiam, quo animaduertimus
nos ſentire, vbi reliqui ſenſus proprio munere fungãtur;
Et quia ſomnus eſt paſſio illius ſenſus, quo animal ſentit
de ſomn. & vig. cap. 2. ſe ſentire, qui eſt ſenſus communis, ut ait Ariſtoteles,
nõ autem paßio alicuius e ſenſibus particularibus: propterea in ſomno vbi ſenſibilia præſentia moueant aliquẽ
ſenſum particularem, neceſſe eſt illa ab eo ſentiri: ſed sõ- B
no ligante ſenſum communem non ſentit animal ſe ſentire: Atque hoc intereſt inter ſomnum, & vigiliam
(quod quærebatur) quia in vigilia ſentiens animal ſentit, & animaduertit ſe ſentire; in ſomno autem ad præſentiam obiecti ſenſibilis, & ſenſorio bene apparato,
ſenſuque particulari ſecundum naturam ſe habente,
neceſſarium profecto eſt animal ſentire; ſed impedito
ſenſu cõmuni, nõ animaduertit animal ſe ſentire, quãobrẽ neceſſario aſſerendũ eſt in ſomno vigere poße operationes ſenſuum particularium, & ſpeciatim exteriorũ. C

Experimento autem idipſum confirmari poteſt in
vnoquoque ſenſu particulari ſeorſum; nam ſenſum
particularem internum, quem Phantaſiã appellamus,
in ſomno manifeſte operari, notum cuique ſatis eſſe reor
ex inſomnijs, in quibus aperte viget actio Phantaſiæ
circa phantaſmata: ſed viſum quoque in ſomno propriam actionem obire, iam ſupra obſeruauimus adnotaſſe
5. de gen an. c. 1. Ariſtotelem in Noctambulis, qui non vigilantes, neque

ſom.

A ſomniantes, ſed pure dormientes reſurgunt, & ambulãt, videntes eo modo, quo qui vigilant, & non ut ſomniũ, ſed propria facultate viſoria vere cernentes, nõ per opus phantaſiæ ſomniantes ſe videre; licet non animaduertant, aut ſentiant ſe videre; qua in re diſsident a vigilantibus: Neque obijcias iſtos non vigilantes, neq; ſomniantes eſſe ſemiuigiles, non pure dormientes, & qua ratione vigiles, ea quoquopacto videre; tum quoniam Ariſtoteles ait eos perfecte videre, ſicuti vigiles, non dimi-
B nute, ut ſemiuigiles; tum præcipue quia inter vigiles, & dormiẽtes, ſunt quidem ſemiuigiles, ac ſemiſomnes; ſed inter nonuigilantes, & nonſomniantes, ſunt pure dormientes, quibus vinctus eſt ſenſus communis, phantaſia non operante, ut in ſomno, & alijs ſenſibus non ociantibus, vt in vigilia plerunque contingere conſueuit; idẽ vero quum nequeat eſſe medium inter duas diſparitates, oppoſitioneſue; clarum eſt Ariſtotelem ponentem Noctambulos inter nonuigiles, & non ſomniantes, illos
C arbitrari eſſe pure dormientes, quibus ligatur ſenſus cõmunis, ociante phantaſia, & operantibus externis ſenſibus, non autem cenſere illos eſſe ſemiuigiles, ſeu ſemiſomnes: ſed redeamus ad penſum: Auditum vero, & Olfactum, & Guſtum, Tactumque ſeorſum in ſomno propria ſenſibilia ſentire, illud manifeſto demonſtrat, quia ex præſentia ſui obiecti organum vniuſcuiuſque ſenſus afficitur; & ſæpenumero eouſque afficitur, vt affectio iſta communicetur ſenſui communi, quanquam ſopito, ita vt ipſe a ſomno excitetur; dulceſcit enim lin-

gua immiſſo melle in os dormientis; & igne, caloreq; alio A
quouis admoto calent membra dormientis adeo, vt præ nimio æſtu expergiſcatur; Cerebrum; ac nares in ſomno repleri poſſunt, inter ſpirandum, odoribus, qui ſi vehementiores fuerint, dormientia expergefaciunt animalia: fumo enim ſomnum abigi norunt etiam vetulæ; Nõ minus a magno ſono excitari animal dormiens quotidie videmus; quorum profecto nullum fieri poſſet, niſi a ſenſu exteriori ſonus, fumus, & alia vehementiora ſenſibilia tranſmitterentur interius ad ſenſum communem, B
& facta grandi mutatione in eius organo, illum a ſomno excitarent; At uero non poteſt ullum ſenſibile ab extra intus ferri ad ſenſum communem, quod prius non tranſeat per organa externa proprij ſenſus; immo quod prius a proprio, ſeu particulari, & externo ſenſu nõ percipiatur; ſiquidem Naturæ ordine prius vbique ſentimus, deinde nos ſentire animaduertimus: Quum itaq; in ſomno externa ſenſibilia poſſint afficere ſenſus particulares, quinetiam eo magis quam in uigilia, quo noctu C
aer abſq; turbatione exiſtens ſenſibilium ſpecies etiam tenues illibatas ad ſenſus deferre ſolet, ex mente Ariſtotelis; quumque ſentire ſit quoddã pati, ſiue ſenſum affici ab obiecto, ac fieri quale ipſum eſt, Ariſtotelis teſtimonio: Quũ itẽ externa ſenſibilia quæq; vehementiora ſenſum communẽ a ſomno excitare valeant, ſi hoc non fit niſi præceſſa ſenſuũ particulariũ cognitione; nã tunc expergiſcitur animal ſenſu cõmuni moleſtato a vehemẽti paſſione facta & in organo proprio, & prius in externorum

de Diu. per ſom c 2.

2. de an. t. 51. & ſequentib.

rum

A rum ſenſuũ inſtrumentis ab excedenti, & moleſto ſenſibili exteriori; liquido ſatis cõſtare poteſt in ſomno haudquaquã ligari ſenſus exteriores, ſed poſſe ad præſentiam proprij obiecti ſuo munere fungi, ac ſentire; quod ſane haud animaduertit animal, quia talis animaduerſio ſpectat ad ſenſum cõmunem, qui reuera in ſomno eſt ligatus. Quin & Ariſtoteli nihil prohibet motũ aliquẽ, et ſenſum pertingere ad animas ſomniantes, quas a ſenſibilibus externis, uel etiam leuioribus quam vigilantes, De Diu. per ſom c.2.

B & interdiu affici certum eſt; quippe tenues rerum ſpecies noctu nõ diſſoluuntur; quare paruos motus ſentiunt dormientes magis quã vigilantes, ob id etiam quia non eſt alibi anima occupata, quamuis dormientes non animaduertant ſe ſentire. Quod autem diximus in ſomno ligari ſenſum communem, caute intelligendum eſt, ne quis putet eũ penitus ligari, vt nullo modo valeat operari; non enim expergiſieret animal a vehementi ſenſibili, quia tunc ſenſus communis ſopitus excitatur non-

C niſi ſentiens magnum tumultum in ſenſibus externis; & notitia huius tumultus, ſi non tempore, ſaltem natura præcedit ipſi vigiliæ; nam eſt cauſſa efficiens proxime vigiliam: Addit Ariſtoteles animalia moueri non niſi facto aliquo ſenſu proprio, uel alieno in primo ſenſorio, cuius affectio ſomnus eſt; inſuper & moueri quoſdam dum dormiunt, & multa facere, quæ vigilantium ſunt; non tamen abſque aliquo ſenſu; quare non penitus ligatur in ſomno ſenſus communis; ligatur tamen, ac ſopitur potius ita ut nequeat animaduertere le- De ſomn. & vig. c.3.

ues, ac modicas mutationes factas in organis externo- A
rum ſenſuum a ſenſibili mediocri. Non ergo abſolute ligantur ſenſus, potiſſimum exteriores, in ſomno.

Vtrum Materia poſſit eſſe cauſſa diſtinctionis. Cap. VI.

PRÆTEREA & *in eo a ſchola Peripatetica multum diſceſſiſſe videmur, quod ſcribere non dubitauimus apud Achilli-* B
num rerum differentias quandoque ſumi poſſe a materia, quã ideo ſtatuimus eſſe cauſſam diſtinctionis; nanque apertiſſime in hoc reclamantem habemus Ariſtotelem, tum vbi ſcribit
5.meta.t.17. *In fundamento Naturæ nihil eſſe diſtinctum, loquens de materia; tum vbi ait Actum eſſe id, quod ſeparat,*
7 meta.t.49. *& diſtinguit; quod materiæ conuenire non poteſt, quæ*
10.meta.t.15. *potentia eſt; tum denique vbi perſpicuis verbis dicit materiam non facere differentiam. Verum neque his* C
difficile erit reſponſum dare; quod enim proxime afferebatur, leue eſt; nam patet intuenti verba contextus Ariſtotelem non tollere a materia omnem rationẽ differentiæ, vt obijcitur; ſed ſolum aſſerere a materia non prouenire differentiam ſpecificã; etſi vero quæ ſola materia differunt, vt maſculus, & femina in animalibus, ſecundum ſpeciem non differant, differunt tamẽ reipſa, & magis quam numero; ita ergo ſat eſt a materia differentiam aliquam prouenire. Quod autem ſecundo lo-

co

A *co adductum eſt, eadem fortaſſe ratione tolli poteſt, dicendo actum eſſe, qui ſeparat, & diſtinguit, nimirum diſtinctione ſpeciei, non quacunque: ſed melius dici debet Ariſtotelem adſcribentem actui facultatem ſeparandi, ac diſtinguendi; non propterea illam ademiſſe materiei, ac potentiæ; actus quidem ſeparat: ſeparat nihilominus item materia, & potentia: ſed reuera hic eſt ſenſus verborum Ariſtotelis, qui agens de eo, quod eſt ex multis fieri vnum, ait ex duobus actu non poſſe*
B *vnquam vnum effici, vt ex duobus in potentia, vel ſaltem ex altero in potentia, & altero actu; ex duobus quidem actu vere vnum fieri proinde non poteſt; quoniã actus ſeparat, & prohibet vnionem; ceterum qui dicit actum ſeparare, ſiue prohibere vnionem multorum, is non adſcribit ſoli actui facultatem efficiendi uarietatẽ, ac differentiam in rebus, eam penitus adimendo a materia; quemadmodum falſò arbitrantur Aduerſarij in obiectione. Quod autem primo loco dicitur ex Ariſto-*
C *tele ſcribente In fundamento Naturæ nihil eſſe diſtinctum, facile ſoluitur, niſi dicamus haberi talem propoſitionem in Arabica translatione, quæ ſæpenumero mẽdoſa eſt; quum reuera verba contextus aliter vertenda ſint, vti faciunt omnes Interpretes alij, loco eius, quod eſt In fundamento Naturæ nihil eſſe diſtinctum, uertẽtes, Quando enim nihil erat ſeparatum; quibus innuit Ariſtoteles Anaxagoræ opinionem aſſerentis ante Mũdi originem omnia confuſa, & commiſta in vnum præextitiſſe; hoc autem non eſt a materia tollere vim diſtinguendi:* 1. meta. t. 17.

guendi: Quin & Arabicam traductionem accipiendo A
id ipſum dicendum eſt, per fundamentum Naturæ intelligendo congeriem rerum omnium in vnum confuſe commiſtarum, ſiue etiam materiam, in qua ſane dum dicitur nihil eſſe diſtinctum, ſignificatur eam nihil eſſe actu eorum, quæ fieri, ac eſſe poſſunt, ſed omnia potẽtia, vt notat Alexander, & Auerroes: ſiue demum dicamus Primum Naturæ fundamentum ideo nihil habere diſtinctum, quia ita eſt cum negatione formarum omniũ, vt ſit etiam cum negatione propria dictum genus reſpi- B
1. tex phy. exã Ariſt. part. 3 *ciente; quod ſcite notat D. Pendaſius; ſed hoc non eſt a materia tollere vim diſtinguendi, vt obijcitur; licet enim ipſa in ſe nihil habeat diſtinctum ipſa tamen diſtinguit ea, quibus ineſt, a materia carentibus, immo ſeparat inuicem ea, quibus ineſt varie.*

Metalla, foſſilia, & lapides non eſſe corpora viuentia, & animata. Cap. VII.

C

PRÆTEREA *Cardanum, virum ſane Clariſſimum, reclamantem habemus in eo, quod conſtituimus lapides, metalla, & foſſilia cetera de genere corporum anima, vtaque carentium: quia tamen ea ipſa viuere, atque animata eſſe vir ille con-*
de ſubti. lib 5. *tendat octo potiſſimum argumentis, quæ ita ſe habent, Quorum eſt maturitas, & acerbitas, & ſenium, eorũ etiam eſt vita; ſed lapides quidam immaturi, & colore*

A *lore diluto, & ſubſtantia haud concocta inueniuntur;* Lib. 1.
pars quoque velut in eiuſdem arboris fructibus purior, alia impurior cernitur; lapides ergo viuunt; idem ſentias de metallis, foſſilibuſq; alijs. Deinde lapidibus, metalicïſque adſunt radices, trūcus, rami, folia, fructus; inſuper uenæ, ac inſtrumenta nutritionis, et meatus, nō laxiores, ſed molliores, vt in lapidibus cernere licet, quibus facile poſſumus perſuaderi non aliter quam plantas & oſſa in animalibus nutriri, nam ſi per acceſſum, &
B *additionem augerentur, his haudquaquam indigerent.*

Tertio in lapidibus, & metallis reperitur mors; nam lapis Herculeus frequenter paucis annis extinguitur; quum enim traheret ferrum alacriter, poſtmodum temporis ſucceſſu trahere deſijt; quid enim aliud eſt Vita, quam operatio animæ? ſed et plumbum, quum in ceruſſam vertitur, ac vritur, tertiadecima parte ſui ponderis augetur; hoc fit, quia calor ille cæleſtis euaneſcit, nam certum eſt adijci nihil, & tamen creſcit: Quum igitur
C *par ratio etiam in animalibus videatur, quæ grauiora morte fiūt, quoniam exhalante anima, ſecum calor etiā ac quicquid ab illo eſt elaboratum, euaneſcit: At uero mortem obijre nequit niſi viuens: manifeſtum eſt itaque corpora metallica, & lapides vitam habere.*

Quarto Elementa, quum ad proprias regiones ſponte ferantur, uiuunt proculdubio; ergo viuent etiam miſta omnia longe meliori vita; nam miſta ſunt elementis perfectiora; quoniam ex elementis fiunt; Natura uero ſemper melius aliquid intendit, quam id, ex quo conſtituit.

ſtituit. Quinto viuẽtibus ſolis inſunt vires actu; lapi- A
des autẽ actu vires habent; lapides ergo viuũt. Sexto
lapides generãtur, & creſcunt; ergo viuunt; nã genera-
ri, augeri ex Galeno actiones ſunt facultatis vegetatri-
cis, atque ideo functiones vitæ. Septimo Natura tran-
ſit ſenſim ab extremo ad extremum, connectitque longe
diſſita medijs quibuſdam; quare inter id, quod non nu-
tritur, nec viuit; quodque viuit, & nutritur, medium
conſtitui poterat quod viueret, & nõ nutriretur; quod-
que nutriretur, & non viueret: At non viuere, & nutri- B
ri quidquam non poterat; quum facultas eſſet abſque
ſubiecto, ac ſine principio; Oportebat igitur medium po-
tius eſſe quod non nutriretur, & viueret, nam princi-
pium eſſe abſque facultate in his, quæ natura læſa ſunt,
contingit; tales igitur lapides erunt vt viuant, ſed non
Lib. 7. *alantur.* Poſtremo *niſi lapidibus Vita ineſſet, nihil*
prohiberet puluere e multis ſmaragdis ſepulto ſub terra,
additoque humore pellucido, magnam gemmam pro-
creari. Hæc ex Cardano. Ceterum iſta nobis haud C
poſſunt nouam hac in re ſententiam perſuadere, noſ-
4. meteo. ſum. *que ab Ariſtotelis mente auocare, qui paſſim conſtituit*
4. cap. 1. *lapides, & metallica eſſe inanimata, & abſque Vita;*
ſunt enim (ait ipſe) corpora ſimilaria; quum viuentia
omnia debeant eſſe diſſimilaria, quippe anima eſt actus
corporis phyſici organici; ne repetamus argumenta in ſu-
perioribus allata ad hoc demonſtrandum: ſed age dilu-
amus Cardani rationes: Quod itaque primo aſſerit,
Quorum eſt maturitas, acerbitas, morbus, & ſenectus,

eorum

Digitized by Google

A *eorum eſt vita; lapidibus vero ineſſe illa omnia; quare & vitam facile tollitur; quia vita eorum eſt proprie, quorum item proprie maturitas, acerbitas, morbus, & ſenium eſſe dicitur; huiuſmodi vero ſunt plantæ, atque animalia; lapidibus autem proprie non ineſt maturitas, acerbitas, morbus, aut ſenectus; ſed ſolum æquiuoce, ac metaphorice, ſeu per quandam analogiam; nam ſicut in plantis maturitas eſt ipſarum perfectio, acerbitas vero iter, ac diſpoſitio ad talem perfectionem, ceu ru*
B *dimentum illius; ita quum lapides non momento, ac repente ab agente phyſico generentur perfecti, ſed paullatim magis perficiantur, elaborata ipſorum materia; vbi perfecti ſint, deſumpta metaphora e plantis, maturi dici poſſunt; vbi vero adhuc perfici valent, acerbi; licet improprie, & æquiuoce: ſic velut in animalibus morbus, & ſenium ſunt vitia impedientia operationes vitæ, ac viæ ducentes animal ad mortem; pari ratione in lapidibus vitia contingunt, quibus eorum forma, quæ*
C *inanimis eſt, impeditur quominus queat rite ſuas functiones obire, quibuſue ipſemet lapis diſponitur ad ſui diſſolutionem, quæ proprie non eſt mors, ſed corruptio, ac reſolutio miſti in elementa; quæ quidem vitia quia æmulantur aliqua ratione morbi, & ſenij naturam in animalibus, propterea ſi vocare quis velit nomine morbi, ac ſenij, non curamus; illud nobis ſufficit, hæc ita vocari metaphorice, & æquiuoce, non proprie; at vero quæ viuunt, & animata ſunt in ſublunaribus, proprie acerbitate, maturitateque non carent, vel morbos, ac ſeniū*

reuera patiuntur, non metaphorice. Quod autem ſecundo affert metallicis, ac lapidibus ineſſe radices, truncum, ramos, folia, fructus; inſuper venas, & inſtrumenta nutritionis, & exiles meatus; quibus non indigerent, ſi per additionem, ac iuxta poſitionem augerentur; facile eſt ſolutu; nam quod pertinet ad meatus, quos obſeruare licet in metallis, alijſque foſſilibus, dicimus eos oriri ex eo, quod partes materiæ, vnde iſta gignuntur, aliquando paullulum diſſident, nec ſemper contingit materiam eſſe perfectiſſime coactam, Secus enim quum in toto terræ globo multæ ſint foueæ, multique ductus, ijque ſæpenumero aliquo humore pleni, affluenteſque, non omnino vacui; vt obſeruare eſt aliquādo in foſſilibus; ſane multo potiori argumento dicendum eſſet elementum terræ animatum eſſe, ac nutriri, quam lapides, metalla, & foſſilia cetera. Addo lapidum prætioſiores, quos deceret magis eſſe animatos, non habere vlla foramina, ſed cōpactam omnino, & ſpiſſam penitus nactos eſſe materiā; argumentum certiſſimum poros in foſsibilibus non eſſe indicia vitæ. Atque eo magis, quo hi meatus ad vitam neceſſarij non ſunt, niſi tanquam ductus alimenti; ceterum ſemper vacui ſunt; deberent autem iugiter eſſe pleni alimento, vti ſunt venæ in animalibus, quæ ſanguine turgent; & meatus in ſtirpibus, qui lacteo, & ſui generis humore, alias viſcoſiori, alias tenuiori affluunt: Quinimmo fortaſſe oporteret in lapidibus, ac metallis meatus laxiores eſſe, non molliores; quippe ſi aluntur, alimento ualde craſſo, terreſtrique, ac omnino ſuæ ſub-

ſtantiæ

A *ſtantiæ conſimili nutriri neceſſe eſt. non poteſt autem alimentum craſſius exiles, atque inſenſiles meatus pertranſire: Si qui ergo reperiuntur in metallicis porri, ea ijs non indigent ad alendum, neque iſti ad hunc uſum a Natura facti ſunt; ſed caſu contigere ob materiæ diſpoſitionem. Quod vero pertinet ad ramos, truncum, radices, flores, & huiuſmodi, quæ in metallicis comminiſcitur Cardanus, illud primum noto de mente Ariſtotelis, uitam, & animam in rebus non ex inſtrumen-* 2. de an. t. 13. & 33.
B *tis uenandam eſſe; at ſolum ex operationibus, & operationum obiectis inquirendam: Alioquin arbos picta, uel ex ære, auroue ab artifice fabricata quum item apparentes habeat radices, truncum, ramos, frondes, flores, & fructus, animata pariter, & uiuens eſſet conſtituenda; ita etiam in homine, uel equo picto, aut ex metallo fuſo, uel ex marmore ſculpto, uel denique mortuo apparentes uenæ, manus, oculi, & aliæ partes euidentiores, quam in lapidibus, metallis, ac foſsibilibus*
C *abſque artis miniſterio; immo & in nubibus uaria membrorum, & ex his conformatorum animalium genera, ne repetam etiam in cadaueribus, nullo artis opere apparentia, manifeſtiſsime poſſent argumentari nubibus, cadaueribus, picturis, ac ſtatuis animam, & uitam ineſſe. Nec refugiat Aduerſarius ad id, ut aſſerat in cadauere meatus, & figuras inſtrumentorum non eſſe amplius eaſdem cum illis, quæ in uiuente aderant; nam præterea quod ſufficit adeſſe ſimpliciter meatus, & figuras, quoniam Cardanus arguit*

Digitized by Google

ex meatibus, & figuris abſolute animam, & uitam; A
hoc aſilum funditus euertit Ariſtoteles, dum incre-
1.de par.c.1. *pans Democritum exiſtimantem formam, qua homo eſt homo, eſſe figuram corporis exteriorem, ait, quum hac figura eadem permaneat in homine mortuo; ſi ab hac homo in eſſe conſtituitur, neceſſario futurum ut homo mortuus homo eſſet: quod ſane argumentum liceat mihi ad propoſitum afferre: ſi enim meatus venarum in metallis, & formæ illæ radicum, & ramorum exteriores uitam, & animam ex neceſſitate arguunt; quum* B
in homine mortuo conſpicue cernantur iidem penitus venarum meatus, & omnium membrorum figuræ, ac delineationes eædem, quæ prius erant in homine viuo; plane oporteret hominem mortuum viuum eſſe, atque animatum. Obiter animaduerto ex loco allato Ariſtotelis manifeſte colligi aliqua eſſe poſſe accidentia eadem numero communia genito, & corrupto; ſecus enim nihil prorſum valeret Ariſtotelis demonſtratio contra Democritum. ſed redeamus ad penſum. C
Præterea quæ inſtrumenta lapidibus, metallis, ac foſſibilibus ineſſe ſcribit Aduerſarius, iis reuera vbique non inſunt; nam lapides prætioſi quamplurimi nullam habent a natura vel imaginem radicum, ramorum, & ſimilium; idem paſſim videre licet in metallorum fodinis; vbi vero in iis forte fortuna reperta ſit aliqua magna metalli cuiuſpiam congeries, ſic & in lapidũ cauis aliqua lapidea maſſa, quæ videatur habere prædicta inſtrumenta vitæ; talia certe ab anima fa-

bricata

A *bricata non ſunt ad vitæ operationes obeundas, ſed a natura, quæ inanimis eſt in eorum agente proximo uel ad figuram loci, in quo erat materia generandi metalli, ac lapidis, caſu id, quod oritur, contrahere ſolet ſimilitudines venarum, foliorum, radicum, & ſimilium; quemadmodum etiam in arte fuſoria fuſum argentũ, ſiue aurum induit formam hominis, aut plantæ, a figura ſculpta in cauitate, ſeu loco, in quem recipitur, & cogitur; vel quoque ad variam materiæ conſtitutionem,*
B *& conglobationem penes raritatem, ac denſitatem obſcuritatem, ac luciditatem; & omnino penes quamuis aliam colorum diuerſitatem; perinde ac in nubibus, ob materiæ vaporoſæ a centro ſurſum ſublatæ diuerſam habitudinẽ, nũc apparent arbores, nunc autem Leones, Equi, Equitumque phalanges, & aliæ figuræ animatorum; vel denique ob vtranque cauſſam ſimul coeuntẽ.*

Ceterum ſi qui ſunt lapides, qui perpetuo in determinata ſpecie aliquã ab origine obtineãt imaginem uel
C *arboris, vel ſtellarum, vel huiuſmodi aliarum rerum; nanq apud Plinium Borſycitis dicitur in nigro ramoſa* Lib. 37. c. 12. *candidis, aut ſanguineis frondibus; & in genere Achatis ſpecies quædam eſt, cui perſpicuæ ſunt plantarum imagines, quam aliqui Dendritim vocant, nos uero cũ* 6. de na. foſſil. *Agricola Dendrachatem appellabimus; cuius lapidis fruſtum grande primum habui pulcherrimis plantarum iconibus refertum ab eximio viro Io. Ricardo Languſco Stroppianæ Comite, auita nobilitate pariter, & propria virtute, ac doctrina illuſtri; deinde uero duo*

alia

alia fruſta paullo minora a Doctiſſimo Ferdinando A
Angelio Medico non minus Eruditione inſigni, quam morum ſuauitate amabili: a quo certior fio defodi nunc uberrime hoc lapidum genus in Etruria, prope Bargam oppidum nobile pulchrorũ lapidum, ac gemmarum fodinis, at multo magis Angeliorum gente uirorum in omni genere ſcientiæ clariſſimorum feraciſſima: In his profecto lapidibus perpetuas iſtas imagines nõ dixerim caſu, ac temere oriri; ſed ab agente proximo determinati generis; non tamen animato, aut cum cognitione operãte, B ſed penitus inanimato, et ſolo Naturæ inſtinctu opera illa efficiente; quodnam uero ſit hoc agens proximum inanimatum, a quo ſemper in determinato genere lapidis fiunt certæ figuræ arborum, ſtellarum, & huiuſmodi, ſiue quo nomine uocetur, quamue naturam obtineat, & quomodo illas imagines adamuſſim ſemper effingat, ille ſolus ſcire poteſt, qui nouit

Quibus in terris inſcripti nomina Regum
Naſcantur flores; C

nobis illud ſat eſt, huiuſmodi agens non eſſe animam, nec aliquid in ſe animam habens: Neque enim ob id, tum quia lapides iſti uocentur Dendrachates, quaſi arboreſcentes; tum quia plantarum imagines connatas habeãt, iccirco eos plãtali anima, uegetalique uita potiri eſt arbitrandum; quoniam arboreſcentes denominantur a pura ſimilitudine ſtirpium, quas referunt, non ab anima, uitaque plantali, qua potiantur; ita enim apud
loc. cit. Plinium gemmæ quamplurimæ a membris hominum,

&

A & ab animalibus brutis cognominantur, ut Hepatites, Triophtalmos, Scorpites, Leontios, Pardalios, & huiuſmodi, non quia uitam, & animam congeneam cum iis habeant, a quibus denominantur; ſed tantum quia eorum aliquam habent ſimilitudinem: Deinde uero ſi figuræ illæ, quæ uiſuntur in hoc genere lapidis, & in quouis alio, argumemto ſunt lapides eſſe animatos, & anima illa, uitaque perfrui, quibus deſeruiunt organa repræſentata per tales imagines; certe B non ſolum uitam, & animam uegetalem, ſed etiam (quod omnem rationem fugit) obtinebunt lapides uitã, & animam brutalem, adde quoque humanam, immo etiam Diuinam, ſiue cæleſtem; quoniam fere innumeri ſunt lapides piſcium, auium, ſerpentum, & aliorum animalium figuram referentes; nec ſolum apud Agricolam legimus Achatem modo palumbum, modo uolucrẽ modo iumentum, modo catulos, modo ſerpentes, modo piſcem, lucium ſcilicet, percam, paſſerem marinum: ſic C lapidem Eislebanum modo gallum, modo Salamandrã repræſentare; uerum etiam ſcripſit uel ipſe Cardanus Achatem lucos, prata, animalia, flores, arboreſque, Natura ludente referre: Præter eos autem, qui brutorum imagines referunt, quamplurimi ſunt lapides, qui hominis totius, aut partis humanæ habeant effigiem ſic ex Agricola, & Cardano ipſo habemus Achatẽ hominum figuras repræſentare, ut de Achate Pyrrhi Epirotarum Regis fama eſt, quæ nulla arte, ſed ſola Naturæ opera, maculis ita diſcurrentibus, nouem Muſas cum Apol-

6 de nat foſſil.
1 de nat foſſil.
10. de nat. foſſ.
7. de ſubtil. lib.
Plin. l. 37. c. 1.

Apolline citharam manu tenente referebat, vt Muſis quoque ſingulis ſua redderentur inſignia: Scimus quoque glebam Parij marmoris cuneis diuidentium ſolutam imaginem Sileni intus habuiſſe; Deinde Conſtantinopoli in Sapientiæ templo duas candidi marmoris diſſecti cruſtas totam Diui Io: Baptiſtæ veſtiti tergore cameli repræſentare imaginem, præter alterum pedem; Deinceps Rauennæ in templo Diui Vitalis lapidem cinereo colore a natura referre ſtatum, & habitũ Cænobitæ Franciſcani: Vlterius ad Herciniũ nemus lapidem inuentum Pontificis Romani barbati, triplicemque coronam in capite habentis effigiem retuliſſe: Poſtea quoque alium mulieris puerum vlnis geſtantis iconem habuiſſe: Amplius Sneibergi ex metallo Georgij nuncupato effoſſam fuiſſe paruam viri ſtatuam, quæ humeris infantem ſuſtinebat, a Natura fictam, non ab arte fabricatam: ſed & nos Piſis in ædibus Diui Ioannis lapidem varium vidimus, in quo Naturæ opera maculæ diſcurrentes imaginem referunt cucullati Eremitæ velut in loco ſylueſtri prope decurrentem aquam ſedentis, cum paruo deſuper tintinnabulo, quo vti poſſe videatur: Sunt præterea lapides hominum membra referentes; ſic Leucophtalmos humanos oculos, Idæi Dactili Cretenſes humanum pollicem, Encardia Cordis figuram, Enorchis teſtium imaginem, lapis Diphyis genitale vtriuſque ſexus, gloſſopetra effigiem humanæ linguæ, lapis apud Treuerenſes effoſſus effigiem pudendi muliebris, Coloniæ Agrippinæ lapis, qui dicitur Onyx, A B C

de ſubtil. 7.

duorum

A duorum iuuenum capita candida, & tertium æthiopis; Achates Cardani faciem humanam; & in Chiorum lapidicinis ſaxum diffiſum caput Paniſci adamuſſim referre ſcribitur: Hæc dum meditaremur, in Iacobum Mancinum Politianum incidi, egregium humaniorum litterarum profeſſorem, atque in eis olim apud Clauarenſes mihi puero præceptorem, qui mihi teſtatus eſt in agro Politiano paſſim reperiri lapillos capitis humani formam affabre delineatam referentis: conſimile huic

B lapidũ genus in Veronenſi agro inueniri Cardanus ait, in quo regij capitis figura cũ diademate ſpectetur: Neque deſunt poſtremo loco lapides cæleſtia repræſentantes; ſic lapis Lazuli, quem ſe habuiſſe ſcribit Falloppius, ſeptem ſtellas obtinuit eo diſpoſitas ordine, quo ſunt in cælo illæ ſeptem, quæ Vrſam conſtituunt; quum vulgo ſpecies iſta lapidis ſtellis decoretur, vt Aſtroites, Saphirus, Corallachates, Acopis, & Syrites apud Agricolam; Aſtrios, ac Zenotemis Ceſalpini; ſic in Hilde-

7. de ſubtil.

De metal.

1 & 6. de nat. foſ.

2. de metal. cap. 21.

C ſheimio lapis inuenitur nouæ Lunæ ſpecie habens curuatæ in cornua colore aureo, vt refert Agricola; ſic vel ipſe Cardanus Achatem ſe habere fatetur, in quo Natura pinxit cæli Hemiſphærium, diſtinctis orbibus, & in medio terra rotunda, quaſi mari ſupereminens. Satis ergo cuique patere arbitror lapidũ imagines non arguere illis ineſſe animam congeneam ei, quam obtinent res repræſentatæ; quippe nemo dixerit lapidibus ſtellatis cæleſtem animam ineſſe, nec leucophtalmo, aut gloſſopetræ, Encardiæue humanam. Quod vero deinde obijcit Car-

5. de nat. foſ.

7. de ſubtil.

DDDD danus

Digitized by Google

danus metallis mortem ineſſe, falſum eſt penitus; dum A enim Magnes temporum ſucceſſu vim trahendi amittit, hoc non ideo patitur, quia vere moriatur, ſed ſolum quia corruptibilem, vt cetera miſta, naturam habet; atque ideo quo magis exolutioni proximus fit, in dies deperdit vires, quibus ad propria munera obeunda vti conſueuit: ſic fere pharmacopolarum vnguenta, & medicamina vetuſtate nimia exoluuntur adeo vt nec amplius humores attrahere, nec ſolita officia præſtare valeant; quum tamen artificioſis iccirco vitam conceſſurum Cardanum haud arbitrer. Quod autem dicitur B vitam nihil eſſe aliud, quam animæ operationem, fuſe profciſſum eſt in primo libro: Sed Herculeum lapidem animatum eſſe, quia ferrum trahat, vetus eſt argumentum Thaletis, cuius opinionem hac in re non approbat

1. de an. t. 32. Ariſtoteles; non moritur ergo Magnes, dum ferrum trahere deſinit ob vetuſtatem, ſed ſolum amittit illam temperiem, eaſque uires, quarum ope id antea præſtabat, quando non ita proximus erat corruptioni; corruptioni dico, quæ propria eſt miſti inanimati, non quæ C uiuentibus accidit, quam proprie mortem appellamus. Nihilo magis officit experimentum de plumbo vſto, tũ quia nititur calore illo cælesti, quem figmentum purum eſſe oſtendimus in opere DE ORTV ANIMAE HVMANAE: tum quia plumbum licet inanimatum ſit, præditum tamen eſt multa humiditate viſcida, & lenta; quo fit vt actione ignis diſſoluto eius calore temperamenti, aereaque parte in vapores elata, humoreque

tenaci

A *tenaci exſiccato, ac in terream naturã magna ex parte
conuerſo, reſolutis partibus eius tenuioribus, auctum
ſit in ceruſſa plumbi pondus: Norunt enim Medici ſæ-
penumero in corporibus humanis defluxæ pituitæ viſci-
dæ in membrum aliquod calidioribus præſidijs partes
magis tenues reſolui, craſſiores vero in ſchyrrum, ac to-
phum, immo etiam quandoque in lapidem indurari, cui
longe maior ſit grauitas, quam toti maſſæ humoris, ex
quo concreuit: Ratio namque dictat ſi quis à misto ſe-*
B *greget elementa leuia, & graue ſimpliciter augeatur cõ-
uerſione minus grauis in ſui naturam, quod remanet
neceſſario ponderis augumentum adeptum iri; & hoc
abſque vllo uitæ, aut mortis interuentu; quamuis in
animatis idipſum contingat alia ratione, nempe ſolo ca-
loris euolatu, qui ſine obitu non ſit: ſed quod in anima-
tis efficit mors, in miſtis anima carentibus corruptio præ-
ſtat, quæ dicitur elementorum diſſolutio ſignum autem
huius rei eſt, quia cadauera non ſuperant pari pondere*
C *animal, quo ceruſſa plumbũ ſuperare dicitur; hoc enim
iccirco fit; quia per mortem ab animali ſolus calor, &
ſpiritus natiuus à corpore ſegregatur, ſuperſtite in ca-
dauere igne, multa portione aeris, & aqueo elemento in
temperatura miſti, at in uſtione plumbi a ceruſſa digre-
ditur totus ignis, totuſque aer, & aquæ portio maxima
humiditate priuatur, adiunctaque ſiccitate naturali
frigiditati terream naturam induit, ex quo multũ pon-
deris adiungitur ceruſſæ: quod ſane miſtis alijs, & præ-
ſertim animalibus non accidit, ut deuſta cineres ſeipſis*

 relin-

Digitized by Google

relinquant ponderoſiores; tum quia humiditatem non habent ita viſcidam, quæ actione caloris in terram cõuertatur; tum quia obtinent elementum terræ alijs optime commiſtum, cuius portiones multæ tenuiores in ignẽ conuertuntur. Quod autem quarto loco argumentatur miſta omnia, vt quæ perfectiora elementis exiſtunt, nobiliorem quoque vitam ſortita eſſe; quippe vitam elementis ineſſe vel inde conſtat, quod ſponte ferantur ad proprias regiones; tenui fundamẽto innititur; In primis enim falſo aſſumitur elemẽta ſponte, ſiue a ſeipſis ad proprias ferri regiones; quum ex Ariſtotele moueantur ſemper ab extrinſeco, dum fiunt quidem, a generante, vbi vero facta ſunt, a remouente impedimentũ: Sed conceſſo etiam ſponte moueri elementa, non tamen ideo viuere concedendum; ſic enim ſponte ad centrum mouetur Enſis, ac lectulus, vt terra; quibus tamen vitam haud cõcedet Aduerſarius: Addo rationem hanc ſupponere vitã nihil aliud eſſe, quã operationem; quod funditus euerſum eſt in primo libro: Quid? ſi elementa viuant, nonne corpora naturalia cuncta vitã habere oportebit? nihil ergo inanime: Immo etiã cadauera viuẽt, quæ miſta ſunt ex elementis; ſed parum hac in re ſibi conſtat Cardanus inquiens omnia miſta viuere; quum paullo poſtea neget os milui piſcis vitã habere. Quinta ratio, qua dicebatur vires in actu non ineſſe niſi viuentibus, lapides uero actu vires habere, ac proinde viuere; facile tolli poteſt, negata maiore; inſunt enim vires actu etiam inanimis; quia inanima proprias actiones quũ obeant, vires

rcs

A *res in actu habere opus eſt; ſiquidem nihil agit, niſi quatenus eſt actu, quod monet Ariſtoteles: ſic pondera horologij, quamuis facta ſint ex congerie oſſium milui piſcis, rotas attamen actu voluunt, ad id præſtandum vires actu, nempe grauitatem habentia; ſic acetum vires obtinet actu terrã fermentandi; ventus arbores, ac terrã concutiendi, & naues impellendi; quum tamen horum nullum proprie viuat; ſed artificioſa multa, quibus nec ipſe Cardanus vitam adſcribet, vires actu obtinẽt* 3. phy. t. 17.

B *varia efficiendi opera; & ne plurima recenſeam medicamenta pharmacopolarum, breuitati conſulens hoc vno contentus ero, quod ipſiuſmet Cardani teſtimonio apertiſſime confirmetur, quin etiam tuo (Clariſſime* CAMILLE) *quoniam dum talia ſcriberem, admirabilem illã aquam nobili artificio confectam mihi oſtẽdiſti, quæ breui temporis interſtitio duriſſimum quemque frangit veſicæ lapidem: Quæ igitur aqua artificio fabricata vires actu obtinet frangendi lapides, quum* Lib. 2. de ſub.

C *animata, & viuens nõ ſit, eadem plane arguit non omne, quod obtinet vires actu, animatum eſſe, ac viuere; quemadmodum inquit Cardanus. Sexta oppoſitio tenues & ipſa obtinet radices, quod enim pertinet ad ipſum generari, concedimus & nos, vtroque damus Aduerſario lapides generari; illi tamen negamus ipſum generari abſolute eſſe actionem facultatis vegetatricis; multo nanque diſtant interuallo generare, ac generari; hoc enim eſt paſſio conueniens etiam inanimatis; quia generantur elementa, nix, pruina, ros, fulgura, nubes,*

aliaque

relinquant ponderoſiores, tum quia humiditatem non A
habent ita viſcidam, quæ actione caloris in terram cõ-
uertatur, tum quia obtinent elementum terræ alijs opti-
me commiſtum, cuius portiones multæ tenuiores in ignẽ
conuertuntur. Quod autem quarto loco argumenta-
tur miſta omnia, vt quæ perfectiora elementis exiſtunt,
nobiliorem quoque vitam ſortita eſſe; quippe vitam ele-
mentis ineſſe vel inde conſtat, quod ſponte ferantur ad
proprias regiones; tenui fundamẽto innititur. In primis
enim falſo aſſumitur elemẽta ſponte, ſiue a ſeipſis ad pro B
prias ferri regiones; quum ex Ariſtotele moueantur ſem
per ab extrinſeco, dum fiunt quidem, a generante, vbi
vero facta ſunt, a remouente impedimẽtũ: Sed conceſ-
ſo etiam ſponte moueri elementa, non tamen ideo viuere
concedendum; ſic enim ſponte ad centrum mouetur En-
ſis, ac lectulus, vt terra; quibus tamen vitam haud cõ-
cedet Aduerſarius: Addo rationem hanc ſupponere vi-
tã nihil aliud eſſe, quã operationem; quod funditus euer-
ſum eſt in primo libro: Quid? ſi elementa viuant, non C
ne corpora naturalia cuncta vitã habere oportebit? ni-
hil ergo inanime: Immo etiã cadauera viuẽt, quæ miſta
ſunt ex elementis; ſed parum hac in re ſibi conſtat Car-
danus inquiens omnia miſta viuere; quum paullo po-
ſtea neget os milui piſcis vitã habere. Quinta ratio, quæ
dicebatur vires in actu non ineſſe niſi viuentibus, lapi-
des uero actu vires habere, ac proinde viuere; facile tolli
poteſt, negata maiore; inſunt enim vires actu etiam ina-
nimis; quia inanima proprias actiones quũ obeant, vi-

res

A *res in actu habere opus eſt; ſiquidem nihil agit, niſi quatenus eſt actu, quod monet Ariſtoteles: ſic pondera horologij, quamuis facta ſint ex congerie oſſium milui piſcis, rotas attamen actu voluunt, ad id præſtandum vires actu, nempe grauitatem habentia; ſic acetum vires obtinet actu terrã fermentandi; ventus arbores, ac terrã conuellendi, & naues impellendi; quum tamen horum nullum proprie viuat; ſed artificioſa multa, quibus nec ipſe Cardanus vitam adſcribet, vires actu obtinẽt* 3.phy.t.17.

B *varia efficiendi opera; & ne plurima recenſeam medicamenta pharmacopolarum, breuitati conſulens hoc vno contentus ero, quod ipſiuſmet Cardani teſtimonio apertiſſime confirmetur, quin etiam tuo (Clariſſime* CAMILLE) *quoniam dum talia ſcriberem, admirabilem illã aquam nobili artificio confectam mihi oſtẽdiſti, quæ breui temporis interſtitio duriſſimum quemque frangit veſicæ lapidem: Quæ igitur aqua artificio fabricata vires actu obtinet frangendi lapides, quum* Lib.2. de ſub.

C *animata, & viuens nõ ſit, eadem plane arguit non omne, quod obtinet vires actu, animatum eſſe, ac viuere; quemadmodum inquit Cardanus. Sexta oppoſitio tenues & ipſa obtinet radices, quod enim pertinet ad ipſum generari, concedimus & nos, vtroque damus Aduerſario lapides generari; illi tamen negamus ipſum generari abſolute eſſe actionem facultatis vegetatricis; multo nanque diſtant interuallo generare, ac generari; hoc enim eſt paſſio conueniens etiam inanimatis; quia generantur elementa, nix, pruina, ros, fulgura, nubes, aliaque*

aliaque huiuſmodi, quorum nullum vita, neque anima A
fruitur; illud uero, nempe generare, actio eſt animatorũ
naturaliſſima, vt nedum Galenus, ſed obſeruauit pri-
2. de an. t. 34. us Ariſtoteles; ceterum lapides non generant, ac proinde
viuentes dici nequeunt; non enim ex eo, quod quidpiam
generatur, idipſum viuere ſequitur; ſed ſolum ex eo,
quod quidpiam generat; nanque naturaliſſimum opus
viuentium perfectorũ dicitur eſſe facere aliud quale ip-
ſum eſt; id autem non eſt generari, ſed generare aliud ſibi
ſimilein ſpecie: quæ actio non conuenit vllo modo lapidi- B
bus: Ad Galeni autoritatẽ dicimus Cardanum habuiſſe
codicem mendoſum; alioquin uere ſcribens aliquo in
loco Galenus Generari eſſe actionem facultatis vegeta-
tricis, atque omnino functionem vitæ, idipſum probare
tenetur; Niſi etiam dicamus Generari quidpiam poſſe
bifariã, nempe uel interuentu ſeminis, vel ſine ſemine; il-
lud eſt viuentium, & animatorum proprium; hoc ue-
ro conuenit etiam inanimatis; plantæ ſiquidem, & ani-
malia vbi ab agente vniuoco generantur, quod agat in C
virtute facultatis vegetatricis, atque animæ, ſemper
ſeminis interuentu generantur: Quare ſi quopiam in lo-
co aſſerat Galenus generari eſſe functionem facultatis
vegetatricis, id plane intelligendum eſt de eo generari,
quod fit mediante ſemine, nam facultas vegeta nil gene-
rat, niſi ſemine: ceterum negamus lapides hoc modo gene-
rari, nimirum interuentu ſeminis; nam generantur ab
agente æquiuoco, ac ſine ſemine, puta a lumine, calo-
reque Solis, vel eo agente proximo, quod nobis eſt peni-

tus

A *tus ignotum; ex eo itaque, quod lapides generantur, licet Galenus aſſeueret, Generari eſſe facultatis vegetantis operationem, non tamen ſequitur lapides animatos eſſe, ac viuentes; quoniam alio generationis genere lapides generantur ab eo, cuius meminit loco allegato Galenus.*

Quod autem pertinet ad ipſum augeri, ſimiliter dicimus duo eſſe augumenti genera; vnum quidem augumenti genus eſt, quod fit per nutritionem, ſiue per cõuerſionem alimenti in ſubſtantiam eius, quod augetur; cu-
B *ius augumenti ea natura eſt, vt fiat ſecundum omnem dimenſionẽ, adeo quod nulla pars reperiatur in eo, quod augetur, quæ non creſcat; quod nos docuit Ariſtoteles; & hoc ſane augumẽtũ illud eſt, quo de agit Galenus; quodque proprium eſt viuentium, & animatorum, tanquã functio facultatis, & animæ vegetatricis; vt adnotat Ariſtoteles: Alterum uero augumenti genus eſt, quod fit abſque nutritione per conuerſionem materiæ propinquæ in naturam ſimilem ei, quod creſcere dicitur, ac il-*
C *lius ipſimet appoſitionem, agglutinationemue; quæ ſane materia, quia non applicatur æque omnibus particulis eius, quod augetur, ideo ipſum non creſcit penes omnẽ dimenſionem, & iuxta omnes particulas; hoc augumentũ ab anima non fit, ſed ab agente inanimato, tum interno, vt in igne, qui uicino ſibi combuſtibili dicitur augeri, hoc ſibi ex vna parte adiungendo, ipſumque in ſui naturam conuertendo; tum etiam externo, vt in metallicis; hæc enim exiſtentia in terræ viſceribus, ab eodem agente, quo ipſa prius genita fuere, poſtea e conſimili materia ſimilis*

1. de gen. t. 33. 2. de an. t. 14.

2. de an t. 37. 38. & ſequen.

Digitized by Google

ſimilis naturæ metallo generato, quod præexiſtenti ex A
vna parte adiunctum extrinſecus, & agglutinatum ſit, adaugeri dicuntur; aucta equidem præexiſtentia metalla fuere non per nutritionem, virtute animæ uegetantis, ſed per meram iuxtapoſitionem (quod aiunt) nouæ materiæ ad præexiſtentem ab agente aut exteriori, aut ſi interno, inanimato: Quare ad argumentum, Augeri eſt actio facultatis vegetatricis, & functio animæ, verum eſt de augumento, quod fit per nutritionem, ac ſecundum omnem partem, ſiue in- B
trinſecus; non de alio auctionis genere: lapides creſcunt; vere quidem per iuxtapoſitionem, ſiue ſecundum vnã tantummodo partem, ac non intrinſecus; ex quo ſane colligere nequit aduerſarius lapides viuentes eſſe, atque animatos; at nos illos inde anima, vitaque carere colligimus ex neceſſitate: Septima ratio facile à nobis dilui poteſt concedendo Cardano Naturam ab extremo ad extremũ sẽſim trãſire, lõgeque diſſita medijs quibuſdã inuicem connectere; negando autem inter id, quod uiuit, C
& nutritur; uti eſt planta; & id, quod nonuiuit, neque nutritur; vt eſt elementum; medium eſſe quod uiuit, ſed non nutritur; atque hoc eſſe lapidum genus; nam in primis nonuiuere, ac uiuere, nutriri, & nonnutriri, opponuntur adinuicem, non vt contraria, ſed vt contradicto-
1. Poſter. t 5. & 4. met. t. 27. *ria; ceterum ex Ariſtotele contradictio eſt oppoſitio, cuius non eſt medium ſecundum ſeipſam. Deinde dato ea eſſe contraria, dicimus ipſa eſſe comtraria immediata, ut par, & impar; quare ſicut in numeris Na-*

tura

A *tura tranſit a binario, qui eſt par, ad ternarium, qui eſt impar; eoſque iungit in quinario nullius medij interuentu; ita nil prohibet in naturalibus ſubſtantijs, quæ Ariſtoteli ſunt ſicut numeri, Naturam tranſire a nonuiuente, ac non nutritiuo, ad viuens, ac nutritiuum ſine medio, & eo magis, quo hæc non ſunt quoad rem valde diuerſa; conueniunt enim quod omnia ſunt miſta, elementaria, & materialia; ſed extrema, quæ ſine medio non iunguntur, ſunt diuerſi generis, ut anima rationalis*
B *immortalis cum corpore mortali; anima ſentiens cum corpore non cognoſcente; anima uegeta cum corpore nonviuente; forma pulchra cum turpi materia non iungitur ſine medijs diſpoſitionibus ſubiecti ad formã. Præterea quid ſi reperiatur aliquod viuens, quod non nutritur, præter lapides? Ecce viuentia cæleſtia, & Mundum. Amplius in eo, quod fatetur lapides viuere quidem, ſed non nutriri, ſibi apertiſſime aduerſatur Cardanus in ſuperioribus rationibus aſſerenti lapides cre-* 1. phy t. 81.
C *ſcere per nutritionẽ, & habere meatus humiles, quibus alimentum trahant. Ad vltimam rationem dicimus Smaragdi formam, etſi non ſit anima, gigni tamen a certo agente; quod ſi præſto ſit pulueri Smaragdino ſepulto, cur magnam gemmam efficere non poterit? hoc enim fere Ars ipſa efficit: ſed oblitus eſſe videtur hoc in loco Cardanus modi eius, quo ipſe genitam cenſet Achatem Pyrrhi Regis admirabilem, ex artificioſo nempe lapillo affabre depicto, & in terram defoſſo, cui circum vndique concreuerit humor aliquis pellucidus: ſed &*

Viri noſtra ætate florent, qui gemmas omnes eo artificio A
pingunt, vt ſubſtantia lapilli colores intrinſecus admittens imagines depictas gerat indelebiles per totam altitudinem, ne dum per extimam corporis ſuperficiem: cur ergo non dicamus a perito artifice olim factum fuiſſe in Achate Pyrrhi Regis, quod nunc in quauis gemma efficere promittit nobis Gualterottus in ſuo tractatu De nouo ſidere?

Non ergo viuunt lapides, metalla, vel foſſilia, vt cenſuit Cardanus. B

Vtrum in ſubſtantia poſſit eſſe aliqua oppoſitio, nec ne. Cap. VIII.

VLTERIVS *& a ratione longe abeſſe videtur, quod ſæpe inculcauimus, vitam ſcilicet eſſe ſubſtantiam, non accidens vllo modo; multa enim oppoſitum ſuadent; & in primis notum cuique eſt* C
ex Ariſtotele paſſim ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium; quum ergo vitæ toto cælo mors opponatur, neceſſario colligendum videtur vitam reuera non eſſe ſubſtantiam, ſed quid in genere accidentis: verum neque hoc illud eſt argumentum, quod nos a profeſſa in ſuperioribus opinione dimoueat; falſo nanque aſſumitur apud Ariſtotelem in genere ſubſtantiæ nullam penitus reperiri poſſe contrarietatem;
1 phy. t. 50. *quandoquidem ipſemet Ariſtoteles apertiſſime alicubi demonſtrat in ſubſtantia eſſe contrarie-*

tatem

A *tatem inquiens, In vnoquoque genere vno, id eſt, vere vno, atque vniuoce dicto; æquiuoca enim non habent vnam naturam communem; analoga vero non uere, ac ſimpliciter unam; In unoquoque (inquit) genere uno eſſe unam primam contrarietatem; ſubſtantia ergo quum ſit tale genus unum, neceſſario etiam habere debet in ſe contrarietatem; ſubſtantiam intellige materialem, compoſitam, ortui, & interitui obnoxiam; quemadmodum ſapienter obſeruat Diuinus* PENDASIVS. Tex phy part. 32 nod. 17.

B *Deinde uero falſo dicitur uitam, & mortem eſſe adinuicem contraria; ſunt enim oppoſita uelut habitus, & priuatio, non ueluti contraria; eſt nanque apud Ariſtotelem contrarietas oppoſitionis quædam ſpecies maxime diuerſa ab oppoſitione illa, quæ uerſatur inter habitum, & priuationem; & potiſſimum diuerſa quantum ad hoc, quod uera contrarietas non ſolet reperiri inter ſubſtantias; nec aliud quid proprie, ac per ſe contrarium eſſe poteſt ipſi ſubſtantiæ; cui tamen quid oppoſi-* Prædic. de oppos.

C *tum eſſe poteſt ut priuatio; ſic formæ ubique opponitur priuatio in ſublunaribus, & uitæ mors, tanquam priuatio quædam; quod ſane genus oppoſitionis eſt illa vna prima contrarietas, quam ineſſe docuit Ariſtoteles in ſubſtantia, & in alio quouis genere uno. Ex eo itaque, quod mors aliqua ratione uitæ oppoſita eſſe dicitur, non eſt colligendum uitam non eſſe ſubſtantiam omnino, ſed e genere accidentis.* 1. phy t. 50.

Digitized by Google

 A

Habitus, & Priuatio ad quod Prædicamentum pertineant. Cap. IX.

ALTERVM *vero argumentum, quo de-*
monſtrari poſſe videtur vitam eſſe acci-
dens, ac nullo modo ſubſtantiam, illud
eſt, quia vita eſt habitus; ipſi enim oppo-
ſita eſt mors, tãquam habitui priuatio;
at vero habitus apud Ariſtotelem eſt de prima ſpecie B
in Coordinatione Qualitatis, non in cathegoria ſubſtan-
tiæ: ſed etiam hoc ſolui poteſt: falſo nanque aſſumitur
habitum ſimpliciter eſſe ſpeciem Qualitatis; quoniam
habituum duo ſunt ſumma genera; vnum quidem,
quod ex frequentatis actibus, & a diſpoſitione inuete-
rata originẽ trahit; & hoc recte collocatum eſt ab Ari-
ſtotele inter ſpecies qualitatis in coordinationibus acci-
dentium: Aliud eſt viciſſim genus habituum, a quo
actus, ſiue actiones prodeunt; & huiuſmodi habitus re- C
periri poteſt in genere ſubſtantiæ; compertiſſimum enim
cuique arbitror formam ſubſtantialem quamlibet, &
eſſentiam cuiuſque ſubſtantiæ, eſſe habitum quendam,
non certe ex frequentatis actibus ortum, vel ab inuete-
rata diſpoſitione aliqua, neque in cathegoria Qualita-
tis conſtitutum; ſed potius vnde operationes ipſæ pro-
ficiſcuntur, & in coordinatione ſubſtantiæ: Quo nomi-
5.meta.t.17. *ne Ariſtoteles aliquando notat priuationem eſſe huiuſ-*
modi habitum, quatenus videlicet ipſa eſt quodammo-

do

A *do forma, ſiue quatenus in priuatione ſubiecta quæ-* 2.phy.t.15.
dam ſit natura, de qua dicitur priuatio, quod perinde 4.meta.t.4.
eſſe videtur. Quare habitus abſolute eſt, quoddam ge-
nus analogum, ſeu mauis æquiuocum; cuius unum ge-
nus eſt id, quod ab Ariſtotele ponitur in prima ſpecie
Qualitatis; aliud autem genus eſt habitus, quod perti-
nere poteſt ad ſubſtantiam, & ſignificat proprie tum
formam ſubſtantialem compoſiti naturalis; tum etiam
eſſentiam cuiuſque ſubſtantiæ, atque omnino id, a quo 5 meta.t.17.
B *emanare poſſunt operationes, cum Ariſtotele: Quum*
itaque Vita ſit eſſentia uiuentium, ſiue animatorum, a 2.de an.t.37.
qua prodeunt operationes eorum; ſane dum Vita dicitur
eſſe habitus, intelligendum eſt eam eſſe non de illo habi-
tuum genere, qui oriuntur ex diſpoſitione uetuſta, &
frequentatis actibus: quiue ſunt in coordinatione Qua-
litatis; uerum de illo genere habituum, qui ſunt in Præ-
dicamento ſubſtantiæ, atque ipſas operationes efficere
ſoliti ſunt. Ex eo igitur, quod Vita eſt habitus, col-
C *ligi non debet Vitam eſſe accidens, & nullo modo ſub-*
ſtantiam.

Coexiſtentiam animæ, & corporis eſſe quid ſubſtantiale. Cap. X.

POSTREMO *illud etiam ſuadere uidetur male a nobis conſtitutum fuiſſe Vitam eſſe de genere ſubſtantiæ, non de genere accidentis, quod Vitam definientes dixerimus eam eſſe Coexiſten-*

tiam

tiã naturalem animæ, & corporis; quippe notum ſatis A *eſſe videtur coexiſtentiam, conſortium, ſiue commercium, unionem, permanſionem, moram, & alia id generis omnia pertinere ad coordinationes accidentium, non autem ad cathegoriam ſubſtantiæ; ſunt enim relationes quædam. Quæ ſane oppoſitio tolli poteſt conſimiliter eo quia falſo, & gratis accipit coexiſtentiam, ſiue conſortium naturale formæ ſubſtantialis cum ſubiecto proprio, & omnino permanſionem phyſicam animæ cum corpore ſuo eſſe de Prædicamento Ad aliquid, &* B *omnino accidens, non enim uere ſunt relatiua corpus, & anima; neque ſubiectum, & forma ſubſtantialis ſunt de Prædicamento Ad aliquid, ſed ſolum (ut aiunt) ſecundum dici, & multum improprie; at reuera, & proprie ſunt ſpecies de Coordinatione ſubſtantiæ; quocirca & habitudo eſſentialis inter hæc, quam uocare libuit Coexiſtentiam, ſiue conſortium naturale, relatio eſſe non debet de prædicamento Ad aliquid: ſed quiddam pertinens ad coordinationem ſubſtantiæ. Amplius coe-* C *xiſtentia, conſortium, unio, permanſio, habitudo, & alia id generis omnia tranſcendentia ſunt abſolute, ſiue etiam æquiuoca ad multa prædicamenta, non ſub uno tantummodo genere comprehenſa, uti eſt Ad aliquid; reducuntur nihilominus ſigillatim ad illud Prædicamentum, in quo continentur ea, quæ coexiſtunt, uniuntur, ſimul permanent, habentque inter ſe habitudinem eſſentialem; ſic enim unio, & coexiſtentia, ſiue permanſio formæ motus cum ſubiecto mobili reducitur*

A *citur ad illud generaliſſimum, in quo eſt huiuſmodi for-
ma ; denominationem ſiquidẽ, ac determinationem cu-
iuſque rei fieri par eſt a forma; ſic etiam unio, & coexi-
ſtentia elementorum , quam vocamus Miſtionem, eſt
nexus ſubſtantialis, vnde miſtum pullulat, quod eſt de
genere ſubſtantiæ; ſic unio , & copulatio formæ ſub-
ſtantialis cum materia in uniuerſum , dum primum
fit, generatio nũcupatur, quæ reducitur ad coordinatio-* de reſp.c.7.
nem ſubſtantiæ. Sic preſſius Ariſtoteles generationem,
B *& ortum animatorum (qui ad genus ſubſtantiæ reduci
debet non minus quam generatio ſimplex in communi)
definit eſſe primam participationem animæ uegetatricis
cum calore; Cur ergo unio, & multo magis coexiſtentia,
cuius eſſe non eſt in fieri, ut unionis , ſed permanens ; cur
inquã coexiſtentia, ſiue conſortiũ, uel etiã permãſio ani-
mæ cum corpore non debeat eſſe ſubſtantiale quiddam,
& ſubſtantiæ productiuum ; cur item Vita, quæ ex
iſta vnione pullulat; quæue talis coexiſtentia, ſiue per-*
C *manſio, aut conſortium animæ cum corpore dicitur eſſe,
ſubſtantia non ſit, ſed quoddam accidens, nulla ratio
eſt, quæ doceat ſatis.*

Recte definitam fuiſſe Vitã generatim. Cap. XI.

SEd & obſtant non parum Logici aſſerentes perperam definitam fuiſſe ſuperius Vitam generatim, dum diximus eam nihil aliud eſſe niſi Naturalem, & adæquatam animæ participa-

tionem,

tionem, ſiue phyſicam permanſionem animæ cum corpore ſecundum ſe ad eam propenſo; ſeu etiam naturalem coexiſtentiam, vel commercium, aut conſortium naturale animæ, & corporis ex ſe ad talem animam propenſionem habentis; hanc autem definiendi rationem multis nominibus improbant; & primo quia in definitionibus vti non liceat particula coniunctiua, &; neque diſiunctiua, ſiue, aut, vel, & ſimilibus: deinde quia in definitionibus ſuperfluum ſit ponere multas voces idem ſignificantes, vt coexiſtentia, conſortium, commercium, & id generis; nam hoc vel Ariſtoteli eſt fruſtra repetere: Tertio quia vnius rei vna ſemper, eadémque, & ſub iiſdem verbis omnino afferri debeat definitio, non varijs modis, vti nos feciſſe videmur definientes Vitam generatim eſſe naturalem, & adæquatam animæ participationem mox uero naturalem coexiſtentiam, uel commercium animæ cum corpore: Quarto, & poſtremo quoniam Ariſtoteles damnat hoc genus definitionis apertiſſime reprehendens antiquiores, quibus definire placuit Vitam eſſe copulam animæ, & corporis; vel compoſitionem, aut coniunctionem animæ cum corpore. Ceterum hæc non ſatis firma ſunt argumenta, quæ nos a propoſita in ſuperioribus opinione dimoueant; quod enim primum affertur in definitionibus non habere locum particulam coniunctiuam, &; neque diſiunctiuam, aut, vel, ſiue, ac id generis, tenue ſatis eſt; nanque in definitionibus, in quibus differentiæ aſſumptæ ſubordinantur adinuicem, tanquam communiores,

Margin notes: A (beside line 1); B (beside "ces idem ſignificantes"); 7.meta. t.43. (beside "mercium"); 8.meta.t.16. (beside "poſtremo"); C (beside "tionis apertiſſime")

et

A & minus communes, id quidem verum exiſtit; at vbi differentiæ ſint diſparatæ, nulloque modo inuicem ſubordinatæ, tunc hæ recte poſſunt aut copulari per notam coniunctiuam, aut ſeiungi per diſiunctiuas; ita enim vel Ariſtoteles definit tum Naturam eſſe principium aliquod, & cauſſam mouendi, & quieſcendi in eo, in quo eſt primum, per ſe, & non ſecundum accidens: Animam vero eſſe principium, quo viuimus, & ſentimus, & mouemur loco, & intelligimus primo: tum B cauſſam effectricem eſſe id, vnde primum principium mutationis, aut quietis: ſic Propoſitionem eſſe orationem affirmatiuam, vel negatiuam alicuius de aliquo: item Appetibile eſſe bonum, aut apparens bonum: pariter Vtile eſſe præſentium bonorum cõſeruationem, aut abſentium comparationem, aut malorum ſtantium propulſationem, aut futurorum incommodorum inhibitionem; ne alias plurimas huiuſmodi definitiones ex Ariſtotele adducam, quas in eius operibus quilibet ex C ſe videre poteſt quamfacillime. Quod autem ſecundo loco afferebatur, ſuperfluum eſſe in definitionibus rerum ponere multas voces idem ſignificantes, falſum eſt abſolute; nanque definitionis perfectio in eo cõſtituta quum ſit, vt notificet occultam definiti naturam, ſane quanto clarior extiterit, tanto perfectior eſt iudicanda, ut alibi nos docuit Ariſtoteles, verum quoniam ſæpe contingit, ob egeſtatem linguæ, in definitionibus vtendum eſſe vocibus non adeo perſpicuis, & vſitatis, tunc ad maiorem claritatem ſynonimis, & repetitionibus parcere non debemus,

2.phy.t.3.
2.de an.t.19.
2.phy.t.29.
1.Priorum.
3.de an.t.51.
1.rhet.ad Ale. cap.1.
1.Poſter.t.22.

FFFF

bemus, vel *Ariſtotele magiſtro*, qui vtroque iſto defi- **A**
2.phy t.3. niendi genere vſus eſt, primo quidem definiens Naturã
eſſe principium, & cauſſam motus, & reliqua; deinde
1.Poſter.t.5. vero definiens Demonſtrationem inquiens, Demonſtrationem vero dico ſyllogiſmum ſcientialem, ſcientialem autem dico, ſecundum quem, eo quod habemus ipſum, ſcimus: ſecus ſi voces proprias habuerimus, non licet vti
7.meta.t 43. repetitionibus, vt ait Ariſtoteles. Quod tertio loco affertur, eandem naturam ſemper definiendam eſſe iiſdem vocibus, leue eſt quoque; variare nanque poſſumus ad **B**
libitum verba in eadem re definienda, dummodo per ea
2.de an.t.4. ſemper eandem eſſentiam ſignificemus; ita enim Ariſtoteles animam definit primum eſſe ſubſtantiam, ſiue formam corporis naturalis potentia vitam habentis; dein-
2.de an.t.6. de vero eſſe actum primum corporis naturalis potentia
2.de an.t.7. vitam habentis; tertio eſſe actum primum corporis naturalis inſtrumentalis; nec errauit, quoniam eodem au-
2.de an.t.6. tore corpus inſtrumentale idem eſt omnino, ac corpus po-
2.de an.t.24. tentia vitam habens; & actus primus idem eſt ac ſub- **C**
2.5. ſtantia ſicuti forma. Quod poſtremo dicitur Ariſtotelem damnaſſe hoc genus definitionis, nobis quidquam non officit; nam reprehendens Ariſtoteles Antiquos definientes vitam eſſe copulam animæ, & corporis; ſiue compoſitionem, aut coniunctionem animæ cum corpore; iure ipſorum placita damnat, qui vitæ naturam conſtitutã eſſe arbitrarentur in prima illa vnione animæ cum cor-
de reſpir.c.7. pore, quam recte alibi dixit Ariſtoteles eſſe ortum, & generationem animatorum, non illorum vitam: Nos

autem

Digitized by Google

A *autem ſupra hoc etiam vitio vertimus Scaligero exiſti-*
mantes vitam non eſſe primam vnionem, coniunctio-
nemue animæ cum corpore; ſed poſt hanc aſſociationem
id, quod permanentiam, ſocietatem, & coexiſtentiam
vocamus animæ, & corporis vna copulatorum: Niſi
etiam dicamus (quod textui magis congruum eſt) Ari- 8.meta.t.16.
ſtotelem Antiquos reprehendere, nõ quia ſimpliciter de-
finiuerint vitam eſſe copulationem, aut coniunctionem,
compoſitionemue animæ cum corpore; ſed quia exiſti-
B *mauerint cauſſam, ob quam ex anima, & corpore fiat*
vnum per ſe, eſſe ipſam participationem, ſiue meram
coniunctionem vtriuſque naturæ adinuicem; nam ſic
omnia coniuncta eſſent vnum per ſe; quod eſt falſum;
ſed ratio, propter quam ex anima, & corpore fiat unum
per ſe, non eſt alia, niſi quoniam alterum ex his eſt ut
materia, & omnino in potentia; alterum uero ut forma,
& actus; quod etiam alibi obſeruauerat idem Ariſto- 2.de an.t.7.
teles. Vacat ergo reprehenſione definitio uitæ generatim
C *ſuperiori libro promulgata.*

Vitam iure definiri coexiſtentiam animæ, & corporis. Cap. XII.

VERVM & *Philoſophi acrius eandem petunt definitionem dicẽtes male definiri uitam generatim eſſe coexiſtentiam animæ, & corporis; quoniam exiſtentia diuerſum quiddam eſt ab eſſentia; uita uero ex Ariſtotele eſſentia eſt: Quæ tamen* 2.de an.t.37.

obiectio etiam tolli poteſt eo quia ſi conferatur exiſtentia cum eſſentia eiuſdem rei, tunc ſane cōtingit eas re ab inuicem differre; nihil tamen prohibet exiſtentiā vnius rei complere eſſentiā alterius; ita exiſtentia animæ, & corporis differt ab eſſentia vtriuſq; ſeorſum conſideratis; at coexiſtentia utriuſque ſimul conſtituit eſſentiam uiuentis, quod eſt tertium quiddā, ſaltē ratione diuerſum ab illis etiam iunctim conſideratis. Præterea longe aliud eſt exiſtentia ſimplex unius rei a coexiſtentia multarū; quoniam ſimplex exiſtentia eſt illud eſſe cōmune indifferenter conueniens vnicuiq; Enti, coexiſtentia vero eſt peculiare eſse illud, quod appellatur eſsentia, ſpecies quædam conſtituta ex habitudine eſsentiali diuerſarū rerū, ex quarum coniunctione tertium reſultat: ſic vita dū definitur eſse coexiſtentia animæ, & corporis, nihil aliud eſse dicitur, quā intrinſeca, & eſsentialis habitudo, quæ intercedit inter animam, & corpus; hæc autem habitudo non eſt exiſtentia animæ, aut corporis; ſed eſſentia viuentis ex anima, & corpore conſtituti.

A B C

Vitæ ſublunaris definitionem bene colligi ex definitione mortis. Cap. XIII.

2. Poſter. 6.

AMPLIVS *in eo etiam non parum defeciſſe, & ab Ariſtotelis præceptis diſceſſiſſe videmur, qui aperte admonet nullam definitionem demonſtrari poſſe de ſuo definito per definitionem contrarij, tanquam per medium; propterea quod in huiuſmodi*

A di ſyllogiſmo ex neceſſitate contingat principium petere; dum ex eo quod mors definiatur eſſe priuatio conſortij naturalis animæ materialis, & corporis elementaris, ob defectum caloris innati; definiendam eſſe iudicauimus Vitam ſublunarē illi oppoſitā eſſe naturalem coexiſtentiam, ſeu naturale conſortium animæ materialis in corpore elementari, mediante calore natiuo: At uero iſta dubitatio eius non eſt vigoris, quæ a nobis dilui nequeat; loco etenim citato Ariſt. celebrem ſuo tempore Quæ-

B ſtionem, vtrū definitio de definito demonſtrari valeat aliqua ratione, probabilibus tractat argumentis; quorum pleraque ſunt, quæ neceſſario nō concludunt, & ab Ariſtotele diſputādi gratia ſolummodo in medium afferuntur: inter quæ illud eſt ſane, quod nobis in præſentia obijcitur; quæ omnia ſatis apparent ex ipſomet Ariſtotele tum paullo infra, poſteaquam probabiliter oſtēderat definitionem de definito nulla ratione demonſtrari poſſe, aſſerente iterum conſiderandum eſſe quid in ſupe- 2.Poſt t.8.

C rioribus dictū ſit bene, & quid nō bene; tum quoque alibi proponente argumentorum loca, dum ait, ſi ſit contrarij definitio manifeſta, & quæ propoſiti definitio manifeſta erit. Qui quidem locus veritatem habet non ſolum in proprie contrarijs, verum etiam in priuatiue oppoſitis, vti ſe ſe habent ad inuicem Vita, & mors; & hoc ipſum ex eiuſdem Ariſtotelis teſtimonio. 7.top.loc.24.

Recte igitur ex eo, quod manifeſtum eſt mortem eſſe priuationem naturalis conſortij animæ materialis cum corpore elementari, ob defectum caloris innati, colligebamus

mus

mus in ſuperioribus Vitam ſublunarem definiendam eſſe naturale conſortium, ſiue coexiſtentiam phyſicam animæ materialis, & corporis elementaris, mediante calore natiuo. A

Vitam ſublunarem non eſſe de neceſſitate ſemper in negotio, ſed aliquãdo feriaria quacũque operatione. Cap. XIV.

PRÆTEREA *& in eo ab Ariſtotele nõ parum diſſentire videmur, quod agentes de proprietatibus Vitæ ſublunaris, conſtituere nõn dubitauimus eam non ſemper eſſe in actu ſecundo, ſed ob commercium materiei, neceſſario laborioſam habere diuturnam quamlibet operationem, & iccirco indigere aliqua requie; atque etiam ab opere ſæpe auocari ad ocium: nanque in oppoſitum Ariſtoteles alicubi ſcribere videtur* B

2. de an. t. 47. *alimentum conſeruare ſubſtantiam cuiuſque viuentis ſublunaris; quorum vnumquodque propterea eouſque eſt, quouſque alitur: Idipſum aſſerendum eſt quoque de augumentatione toto eo temporis tractu, quo viuentia* C

2. de an. t. 41. *noſtratia creſcunt: nã tunc in eis ex Ariſtotele augumẽtatio, & nutritio, non re, ſed ratione differunt: Adde*

3. de an. t. 20. *quoque apud eundem autorem legi mentem humanam, ſiue intellectũ poſſibilem nuncupatum ſemper eſſe in negotio; nam Intellectus iſte, vt ait Ariſtoteles, non aliquando quidem intelligit, aliquando autem non intelligit*

A telligit; ergo ſemper intelligit; quocirca Vita ſublunaris nunquam non eſt in actu ſecundo: Ceterum intimius rem perpendẽti lõge aliter de Ariſtotelis mente in propoſito ſentiendum videbitur; nam in vniuerſum vitam ſublunarem poſſe, ac debere ſemper eſſe in actu ſecundo bifariam intelligi poteſt, vel quod operetur in omni differentia temporis cathegorematice, ita ut omni tempore aliquid agat, aut agere valeat, ſumendo tempus coniunctim; vel quod operetur in omni differentia tem-
B poris ſyncathegorematice, vt aiunt, nempe quod non detur vlla temporis differentia, in qua talis Vita quidpiam non moliatur; primus quidem ſenſus verus eſt; nã nulla eſt differentia temporis, in qua Vita ſublunaris nõ poſſit ſuas operationes ebire, ſi non impediatur; & ita in omni tempore operari dicitur; & in hoc ſenſu intelligendæ ſunt allatæ autoritates ex Ariſtotele: At uero ſẽcũdus ſenſus falſus eſt ob rationes adductas in ſuperioribus; quibus non leuiter fauet idem Ariſtoteles inquiẽs 3. de an t. 16. &
C tum Intellectum hominis in hac vita non ſemper intel- 2. meta. t. 51.
ligere, ob materiæ commercium; tum vegetabilia viue- 2. de an. t. 14.
re ſemper quouſque habeant potentiam ſeſe alendi, & creſcendi, non quouſque actu aluntur, & creſcunt; tum demum ſemina plantarum, & animalium, atque oua 2. de gen. an.
fecunda, & infecunda viuere; quæ tamen ex ſe non cap 3. 4.
ali, neque augeri, neque aliam vitæ operationem edere certum eſt. Vlterius quod primo loco affertur de nutritione, & augumento apud Ariſtotelem, ab eo rudiori 2. de an. t. 51.
formula, & non exacta Minerua pronunciatum fuiſ-

ſe,

ſe, idem mox admonet apertiſſime; quamquam de hac A
re fuſius a nobis pertractandũ ſit in Opere De Iis, qui diu ſine alimẽto viuunt. *Non ab re igitur inter cõditiones Vitæ ſublunaris eam poſuimus dicentes Vitam huiuſmodi haud ſemper eſſe in actu ſecundo, ſed a diuturna quauis operatione defatigatam quietis neceſſario indigere.*

Vtrum generare ſibi ſimile ſecundum ſpeciem ſit operatio propria Vitæ vegetalis. Cap. XV. B

SED *& in eo non parum deliquiſſe alicui fortaſſe videri poterimus, dum in antehabitis conſtituimus ipſum, quod eſt Generare ſibi ſimile, eſſe operationem propriam Vitæ vegetalis, quum illud ex Ariſtotele ſit apertiſſimum, immo & certo experimento quotidie comprobatum, ignem ex ligno, & quouis alio combuſtibili ignem gignere; ac ſigillatim vnum-* C
quodque agens naturale vbique ſui ſimilis generationẽ admoliri; ſic aqua vapores, & aerem in aquam uertit; & viciſſim aer aquam, & ignem in aerem vertit, vbi aer aquam, & ignem uirtute ſuperauerit. Dubitatio ſane non parui ponderis; quam tamen etiam diſſoluet qui exactius rei naturam contemplatus fuerit; nam dum ignis lignum comburit, uel quoduis aliud corpus, profecto in tali actione ignis non producit nouum ignem in eadem ſpecie numero diuerſum a ſeipſo; ſed conuertit mate-

A *materiam combuſtibilem in ſui ipſius naturã propriam eo fere modo, quo animalia, viuentiaque ſublunaria per nutritionem conuertere dicuntur alimentum in ſui ſubſtantiam; & iccirco ignis proportione quadam metaphorica vulgo, & Ariſtoteli quandoque dici conſueuit nutriri rebus combuſtibilibus; quemadmodum reuera noſtratia viuentia nutriuntur alimento, illud conuertendo in ſui ſubſtantiam: Immo etiam ſicuti viuentia ex conuerſione alimentorum in ſui naturam hoc ſortiuntur,* 3. ſec. probl. 5. 25. de long & breu. vit. c. 5.

B *tur, vt alantur, & ſæpenumero augeantur; ita plane ignis vertens combuſtibilia in ſui ſubſtantiam dicitur idem numero præexiſtens ignis adaugeri, non autem nouum ignem procreare diuerſum numero ab agente; quocirca non ab re animaduertit alicubi Ariſtoteles ignem creſcere quouſque fuerit combuſtibile; non autem in combuſtibili, aut ex eo nouum indiuiduum ignis diuerſum à ſeipſo in numero ſolum generare: quamobrẽ vel apud Ariſtotelem actio iſta ignis ſimilis eſt potius nutri-* 2. de an. t. 41. 1. de gen. t. 29.

C *tioni, & augumentationi viuentium, quam propagationi ſobolis; quamuis neque vera nutritio ſit, neque vera augumentatio: tum quia non fit per contraria loca, ſiue ſecundum omnes dimenſiones, ſeu quoque in ſingulis particulis etiam minimis eius, quod alitur, & augetur quod proprium eſſe veræ nutritionis, verique augumenti non ſemel docuit Ariſtoteles; tum etiam quia finis, quo ignis tranſmutat combuſtibile in ſui naturam, non eſt vt diutius conſeruetur, qui eſt finis veræ nutritionis; neque vt acquirat iuſtam quantitatem ad hoc* 2. de an t. 40. 41. & 1. mag mor. c. 5. 2. de an. t. 14. 1 de gen t 35. & ſequent. 2. de an t. 47.

Digitized by Google

vt propria munia obire valeat, qui eſt finis veri augumenti; ſed ſolum vt corrumpat, deſtruatque rem illam, a qua impediri conſueuit ne ſurſum euolaret ad ſuum locum naturalem ſub concauo Lunæ immediate; qua de re fuſius ſupra, & alibi: tum demum quia ignis non permanet idem vllo tempore, ſed continue fit nouus ex combuſtibili; quum oporteat quod alitur, & augetur, idem permanere toto tẽpore, quo alitur, & augetur quæ omnia ſatis conſtant ex Ariſtotele. Quod autem allatũ eſt de igne, idẽ prorſus intelligendum eſſe arbitramur de cæteris inanimatis: ſic etenim aqua vbi fuerit potentior, aerem in ſui naturam conuertere poteſt, & eo adaugeri; nouam autem aquam a ſeipſa numero diuerſam in eadem ſpecie producere non poteſt: ſic aer potentior ex aduerſo aquam, vel ignem in ſui naturam tranſmutare valet, & vtroque illo ſuo modo augumentari; nouum tamen aerem a ſeipſo numero diſcretum generare non valet: ſic in ſumma cuncta naturalia efficientia, quæ anima, vitaque priuantur, actione ſua poſſunt quidem materias, in quas agunt, conuertere in ſuam cuiuſque naturam; ſed nouum indiuiduum in eadem ſpecie ab efficiente numero diſcretum procreare non poſſunt, atque in hoc differunt ab agentibus vegetali anima, vitaque pollentibus, huius enim animæ beneficio viuentia ſubcæleſtia poſſunt non ſolum materiam, in quam agunt, in ſui ipſorum naturam vndequaque conuertere; & ideo nutriri, & creſcere; atque hoc longe meliori modo, ac fine, quam faciant inanimata, hoc eſt, intrinſecus, & ſecundum

2. meteor c. 2. 1. de gen. t. 35.

A B C

A *cundum omnem dimenſionem, ſeu penes vnamquamque ipſorum particulam, & vt diutius conſeruentur in eſſe, & vt acquirant debitam magnitudinem pro actionibus rite obeundis; quum uitam non habentia nutriantur, & creſcant extrinſecus tantummodo per iuxtapoſitionem nouæ materiæ ad præexiſtentem, ſeu pure metaphorice, ad hoc vt deſtruant id, quod ſibi aduerſatur aliqua ratione: ſed ad nonuiuentium differentiam poſſunt vlterius animata ſublunaria in virtute animæ*
B *vegetalis generare nouum indiuiduum in eadem ſpecie ſolo numero diuerſum a ſeipſis. Ceterum obijciet quis ex Ariſtotele ignem non ſolum ex combuſtibili adaugeri, ſed etiam in eo nouum ignem generare, nanque ait* 1. de gen. t. 39. *Ariſtoteles ſi ad ignem præexiſtentem adiungantur ligna, tunc quidem ignem ea conuertendo in ſui naturam, ſuo modo augumentari, ac nutriri; at ſi viciſſim ligna igne appoſito accendantur, iiſque accenſis ignis ab eis ſubtrahatur, tūc nouum ignem generari, vt dum*
C *accenſa candela nouam, & quouis alio modo extinctam accendit: Atuero neque inſolubilis eſt hæc difficultas, licet ingenioſa; nam generationis quum ſint multa genera, vt alias abunde oſtendimus; eſt nanque* de ort. an hu. *generatio, qua ab agente fit nouum indiuiduum efficienti ſimile ſecundum ſpeciem; & hæc eſt propria viuentium, vt ait Ariſtoteles; eſt autem, præter hanc, ge-* 2 de an. t. 34. *neratio abſolute rei nouæ ab agente alterius generis, quæ conuenit etiam efficientibus inanimatis, tunc vbi ligna non ad præexiſtentem ignem adiungantur, ſed ipſa præ-*

Digitized by Google

exiſtentia quopiam ſibi appoſito extrinſecus accendantur, fit quidem non augumentum veteris, ſed noui ignis generatio; nam ſi accendantur ab agente, quod non ſit ignis, nempe a velociori motu, qui apud Ariſtotelem atterendo aerem aptus eſt ignire lapides, & ligna; quare ſæpe contigit ſagittas ab arcu emiſſas propter velocitatem motus ita igniri, vt mucrones plumbei liqueſcant; tunc fit quidē exortus noui ignis, ſed hoc non eſt generare ſibi ſimile in ſpecie, quo de agimus; differunt enim genere abinuicem motus generans, & ignis a motu genitus: At vero ſi candelæ extinctæ, aut lignis, aut cuiuis alteri combuſtibili ſupponatur candela accenſa, cuius flamma lignorum ſtruem accendat, & alia combuſtibilia, iiſque accenſis candela ſtatim extrahatur, videbitur quidem ab igne candelæ nouus ignis in ligno, & alio combuſtibili generari, ſed res aliter ſe habet; nam flamma candelæ conuertens ligna ſibi propinqua in ſui naturam fit grandior, & augetur; licet poſtea maior flamma in candela, & lignis ſimul ardens, detracta candela partiatur in duas ad ſubiectæ materiæ diſiunctionem; qui eſt alter modus generationis nouæ rei; quo ſane modo multiplicari contingit etiam omnia inanimata, per accidens nimirum, ad partitionem ſubiecti: Ariſtoteles ergo allegato loco nobis non aduerſatur inquiens vbi ligna accenduntur generari nouum ignem; quoniam reuera loquitur de accenſione ab agente æquiuoco; vel ſi ab vniuoco, igne ſcilicet appoſito, ſatis conſtat in tali accenſione ignem præ-

A [margin: 2 cæl t 42 & 4 meteo. c 4] B C

exiſtentem

A existentem augeri, conuertendo ligna in ſui naturam, non nouũ generare, licet poſtea ille auctus ignis ad partitionem ſubiectæ materiæ multiplicatus hoc habeat, ut generationem ſubeat ſecundum partem; quæ generatio non eſt animatorum propria, qua de agimus, ſed cõmunis quoque rebus inanimatis; nam lapis vnus, ſi ſecetur medius, fiet geminus, ac duplex lapis: Igno & ita multiplicari ad ſubiecti partitionẽ proprie generare non eſt, ſed potius generari: quoniam quæ hoc modo mul-
B tiplicantur, non agunt uere, ſed patiuntur; diuiditur enim vnum in multa: ſed animata generant reuera ſibi ſimile indiuiduum in ſpecie, & illud generando agunt. Actio igitur generandi nouum indiuiduum efficienti ſimile ſecundũ ſpeciem propria eſt animatorum ſublunarium; nullo modo communis agentibus inanimatis.

Sed augetur difficultas ob ea, quæ alibi conſtituimus, nimirum animata ſublunaria, & potiſſimum de ort. an. hu. plantas, & animalia bruta, adde quoque hominem
C quoad partes animæ ratione caretes, generare nouũ indiuiduũ ſibi ſimile in ſpecie, dum emittitur ſemen prolificũ, anima generãtis, ſeu maſculi diuiſa per accidẽs, & multiplicata ad partitionem ſubiecti: quippe maſculi officium eſt generare, ac mediante ſemine: ſi ergo talis generandi modus communis eſt etiam inanimatis, vt nuper vidimus, clarum ſatis eſt operationem generãdi nouum indiuiduum in eadem ſpecie non conuenire ſolis viuentibus, ſed etiam inanimatis: atque ideo non eſſe propriam functionem Vitæ vegetalis: Ardua quidẽ

oppo-

oppoſitio, quam tamen ita diluas; nanque verum eſt in viuentibus ſublunaribus generationem noui indiuidui in eadem ſpecie fieri per ſegregationem ſeminis prolifici, anima parentis multiplicata ad partitionem ſubiecti corporis: at uero actio generandi proprie competit non ei, quod partitur; nam hoc patitur ea ratione, qua partitur: ſed actio generandi uere conuenit ei, quod ſegregat, & ſemen emittit, ipſumque a corpore ſeiungit; nam hoc eſt agere; quum itaque agens illud, quod ſemen emittit, ipſumque a reliquo corpore ſegregat, ſit viuens, quod ſuo motu, ſuaque vi a ſe proprium ſemẽ excutit; iccirco viuens illud eſt, quod interuentu ſeminis generat ſibi ſimile indiuiduum in eadem ſpecie: Quod ſi alio modo contingat ab externo agente, atque alienæ naturæ uiuentis corpus diuidi, & ad eius partitionem ipſius anima multiplicata fieri nouum indiuiduum, vt in partitione lumbrici, cuius vtraque pars ſeorſum ſanetur, & in duplex inſectum viuat; ſicut etiam in diuiſione rami a trunco arboris; tunc certe generans non erit arbos, aut lumbricus, ſed id, quod vtriuſque corpus diuiſit: quod ſane id efficiendo non dicitur genuiſſe quid ſibi ſimile in ſpecie; nam gladius, uel homo, uel quoduis aliud ſeparans ramum a trunco, aut lumbricum in duas partes, non eſt eiuſdem ſpeciei cum lumbrico, & arbore nuper in eſſe conſtitutis: At uero in iſta productione idem euenire dicendum, quod euenit in generationibus ſpontiuis, in quibus fit aliquid ex putri materia; quod etenim ſic oritur fit ab æquiuoco agẽte, ac diſſimilis naturæ, quodcunque

A B C

A cunque ſit illud, quod primum mouit: Et ſane in animã non habẽtibus id cõtingit, vt noua indiuidua ſemper efficiantur ab æquiuoco agente, diuidente vnum in plura; nunquam ab uniuoco; quum inanima non habeant uim ſeparandi, aut mouendi ſe ſe, niſi paſſiuam; & propterea inanimata non generant quid ſibi ſimile in ſpecie a ſeipſis numero diuerſum; ignis enim poteſt quidem proximum combuſtibile in ſui naturam conuertere, atque illius acceſſu adaugeri; ſed auctus ignis a ſeipſo in B multos ignes numero diuerſos diuidi non poteſt; bene ab extrinſeco, et æquiuoco agẽte ſcinditur in plures partes, vnaque flãma fit multiplex ad ſubiecti fomitis partitionem; in quo caſu nouum ignem generat (ſi hæc veteris partitio noui ignis generatio dicenda eſt) non uetus ignis, qui partitur, ac ideo patitur, ſed agens externum, & æquiuocum; quod materiam ignitam diuidit: Quare generat ſemper nouum indiuiduum id, quod mouet, ac diuidit; quod quidem in uiuentibus & vniuocum eſſe C poteſt, vt dum ipſa a ſeipſis prolificum ſemen excutiunt, in quo actu generant nouum indiuiduum eiuſdem ſpeciei, ut alibi fuſius demonſtrauimus; & æquiuocum, de ort. an. hu. vt dum plantæ, uel inſecta ab externo, ac diſſimili agẽte ſecantur in partes, quarum vnaquæque ſeorſum poſtea viuit; in qua diuiſione generatur quidem nouum indiuiduum, ſed ab agente alterius ſpeciei; non enim proprie generant plantæ, & animalia, niſi dum ſemen prolificum emittunt; alias nõ generant, quia ſolummodo patiuntur; generare autem eſt agere; agit autem, &

gene-

generat id, quod mouet; ac ſeparat: quod in anima carentibus eſt ſemper æquiuocum, & externum agens: Quocirca inanimata non generant quid ſibi ſimile: ſed vbi quidquam a ſeipſis diuerſum generant, ſemper diuerſæ ſpeciei indiuiduum generant, nunquam ſolo numero diſſitum procreant; aut enim ſeipſa more ſuo augēt, conuertendo patiens in ſui ſubſtantiam; aut generant indiuiduum in alia ſpecie, diuidendo patiens alienæ naturæ in plures partes; ipſa uero ſeipſa nullo modo in partes diuidere poſſunt. Ita ergo ſatis conſtare puto actionem generandi nouum indiuiduum ſimile ſecundum ſpeciem efficienti, ſiue ab eo ſolo numero diuerſum, eſſe propriam Vitæ vegetalis, non item communem inanimatis.

A B

Generationem, quæ eſt productio ſubſtantiæ, ſecundum ſe tempore admetiri, nec momento abſolui poſſe. Cap. XVI.

C

INSVPER *autem in eo Clariſſimos viros aduerſantes habemus, quod ſuprà conſtituimus Generationem ſubſtātiæ, ſecluſa præuia ſubiecti diſpoſitione ad formam, non abſolui momento, ſed eſſe motum in tempore, atque continuum, ſiue ſucceſſiuum; urgēt autē primo quia Generatio eſt motus a non eſſe ad eſſe, ac omnino inter contradictoria, vt docet nos Ariſt.* [5.phy.t.7.] *ceterum, eodem autore, inter ea, quæ contradictorie opponuntur*

A *ponuntur, nihil eſt medium; quare inter generationis terminos non poterit eſſe tēpus intermedium; atque ideo generatio debet eſſe momentanea, non temporaria. Addunt etiam, ſi generatio fieret in tempore, ac eſſet motus ſucceßiuus, plane in generatione ſemper illud eueniret, vt ſubiectum quoad aliquam ſui partem primo, deinde quoad alias ſucceſſione quadam nouam formam induceret: ſiue ſequeretur vnam formæ partem primo in certa ſubiecti parte, deinde alias in alijs itidem ſubiecti* 1 Poſt. t. 5. & 4. meta. t. 17.
B *partibus procreari; quorum primum repugnat Ariſtoteli ſcribenti eſſe inconueniens exiſtimare in re ſubiecta transmutationi accipi poſſe principium rei, ſiue magnitudinis, hoc eſt, vnā partē, quæ prima omnium transmutetur; tanquam mutatio nequeat eſſe momentanea: ſecundum uero aperte refragatur rationi, ac naturæ rei, qua certum eſt generationem nil eſſe aliud, quam nouæ formæ productionem; quum autem forma ſubſtantialis ſit quidpiam indiuiſibile, ſane partes non habet; quum* 1. phy. t. 23.
C *itaque ſit expers, haud poteſt niſi tota ſimul procreari; & iccirco generatio non tempore, ſed momento abſoluetur. Subdunt quoque, ſi vlla mutatio eſt, quæ momentanea ſit, ac tempore non metiatur, ea proculdubio erit generatio; ceterum vel ex Ariſtotele, ſciſſio lapidis ab enaſcente caprifico, & excauatio lapidis ab vltima gutta, fit tota ſimul; nec dici poteſt dimidium guttæ in dimidio tempore dimidiam foueā in lapide feciſſe: Quin & aquæ partes omnes vna congelantur, non alia poſt aliam; & lumen ſubito cūctas diaphani partes æquè* 8 phy. t. 23.

HHHH illu-

illuſtrat in inſtanti, non vnam poſt aliam in tempore; A *quare multo magis de forma ſubſtantiali hoc eſt aſſerendum, quod omnes eius partes vna gignantur in momento, non ſucceſſiue vna poſt aliam in tempore; atque ita generationem tempore non admetiri, ſed abſolui totam in momento.*

5 phy. t. 9. *Addunt Ariſtotelem negare generationem eſſe motum, ac proinde illam tempore non admetiri; quum tempus ſit menſura motus proprie dicti. Hæc potiſſima ſunt hac in re illuſtrium Doctorum fundamenta, quibus tamen non obſtãtibus ab oppoſita opi-* B *nione diſcedendum non arbitror: Quod enim primum obijcitur, trifariam tolli poteſt; vno quidem modo conſiderando qua ratione dicat Ariſtoteles generationẽ fieri inter contradictoria; nam generatio accipi poteſt tum abſolute, ſiue in genere; atque ita eam eſſe mutationem inter contradictoria monet Ariſtoteles: tum quoque in particulari, ſiue in ſpecie, vel etiam quatenus reducitur ad actum in hac, aut illa materia; & ita non eſt mutatio inter contradictoria, ſed inter contraria, ſiue* C *inter priuationem, & formam; quod cumulatiſſime de-*

1. phy p. ſſim. *monſtrat quandoque Ariſtoteles; quum ergo inter huiuſmodi contraria tranſitus fiat in tempore medio, non autem in momẽto; propterea fit vt generatio ſpeciatim, quæ nihil aliud eſt, quam tranſitus a priuatione ad formam, ſit mutatio temporaria, non autem momẽtanea: Hunc ſolutionis modum aperte nos edocet Ariſtoteles,*

Cap. de Qualit. *dum in Prædicamentis ait Diſciplinam, ſiue ſcientiam generatim acceptam eſſe de Coordinatione Ad aliquid,*

at

A at ſingulam diſciplinæ, ſcientiæque ſpeciem eſſe de Cathegoria Qualitatis; Recte igitur dicere potuimus generationem in vniuerſum eſſe motum inter contradictoria, ſingulam vero ſpeciem generationis eſſe motum inter contraria, vt pote inter formam menſtrui, & animam. Alia vero ratione tollitur hic nodus, concedendo generationem eſſe abſolute motum inter contradictoria, ſed animaduertendo Ariſtotelem contradictorijs non omnino medium negare; negat nanque ipſis illud B medium ſolummodo, quod concedit contrarijs mediatis; hoc autem eſt medium eiuſdem generis cum extremis, vt in genere tangibilium inter calidum, & frigidum mediam ponimus tepiditatem; & in genere coloris inter album, & nigrum ceteros colores: hoc tamen non tollit quominus inter contradictoria poſſit eſſe quid medium, quod pertineat ad aliud Prædicamentum ab eo, ad quod reducuntur extrema: Secus enim & qui generationem arbitrantur eſſe momentaneam, niſi velint contradictoria eodem momento ſimul iuncta in eodem ſubiecto reperiri, confiteri coguntur in generatione terminos eſſe quidem contradictorios, inter quos tamen momentum mediat, quo materia tranſit de priuatione ad formam, ſiue quo ſubiectum tranſit de non eſſe hoc ad eſſe hoc: ſi ergo inter contradictoria in genere ſubſtantiæ mediare poteſt quidquam alterius cathegoriæ, vti momentum, quod reducitur ad Quantitatis Coordinationem, veluti terminus temporis; cur inter generationis terminos haud poterit mediare tempus?

Præd. c. de op. 11. meta. t. vlt.

illuſtrat in inſtanti, non vnam poſt aliam in tempore; quare multo magis de forma ſubſtantiali hoc eſt aſſerendum, quod omnes eius partes vna gignantur in momento, non ſucceſſiue vna poſt aliam in tempore; atque ita generationem tempore non admetiri, ſed abſolui totam in momento. Addunt Ariſtotelem negare generationem eſſe motum, ac proinde illam tempore non admetiri; quum tempus ſit menſura motus proprie dicti. Hæc potiſſima ſunt hac in re illuſtrium Doctorum fundamenta, quibus tamen non obſtātibus ab oppoſita opinione diſcedendum non arbitror: Quod enim primum obycitur, trifariam tolli poteſt; vno quidem modo conſiderando qua ratione dicat Ariſtoteles generationē fieri inter contradictoria; nam generatio accipi poteſt tum abſolute, ſiue in genere; atque ita eam eſſe mutationem inter contradictoria monet Ariſtoteles: tum quoque in particulari, ſiue in ſpecie, vel etiam quatenus reducitur ad actum in hac, aut illa materia; & ita non eſt mutatio inter contradictoria, ſed inter contraria, ſiue inter priuationem, & formam; quod cumulatiſſime demonſtrat quandoque Ariſtoteles; quum ergo inter huiuſmodi contraria tranſitus fiat in tempore medio, non autem in momēto; propterea fit vt generatio ſpeciatim, quæ nihil aliud eſt, quam tranſitus a priuatione ad formam, ſit mutatio temporaria, non autem momētanea: Hunc ſolutionis modum aperte nos edocet Ariſtoteles, dum in Prædicamentis ait Diſciplinam, ſiue ſcientiam generatim acceptam eſſe de Coordinatione Ad aliquid, A B C

5 phy. t. 9. — 1. phy. p. ſſim. — Cap. de Qualit.

at

A *at ſingulam diſciplinæ, ſcientiæque ſpeciem eſſe de Cathegoria Qualitatis; Recte igitur dicere potuimus generationem in vniuerſum eſſe motum inter contradictoria, ſingulam vero ſpeciem generationis eſſe motum inter contraria, vt pote inter formam menſtrui, & animam. Alia vero ratione tollitur hic nodus, concedendo generationem eſſe abſolute motum inter contradictoria, ſed animaduertendo Ariſtotelem contradictorijs non omnino medium negare; negat nanque ipſis illud*
B *medium ſolummodo, quod concedit contrarijs mediatis; hoc autem eſt medium eiuſdem generis cum extremis, vt in genere tangibilium inter calidum, & frigidum mediam ponimus tepiditatem; & in genere coloris inter album, & nigrum ceteros colores: hoc tamen non tollit quominus inter contradictoria poſſit eſſe quid medium, quod pertineat ad aliud Prædicamentum ab eo, ad quod reducuntur extrema: Secus enim & qui generationem arbitrantur eſſe momentaneam, niſi ve-* Præd c de op. 11. meta.t. vlt.
C *lint contradictoria eodem momento ſimul iuncta in eodem ſubiecto reperiri, confiteri coguntur in generatione terminos eſſe quidem contradictorios, inter quos tamen momentum mediat, quo materia tranſit de priuatione ad formam, ſiue quo ſubiectum tranſit de non eſſe hoc ad eſſe hoc: ſi ergo inter contradictoria in genere ſubſtantiæ mediare poteſt quidquam alterius cathegoriæ, vti momentum, quod reducitur ad Quantitatis Coordinationem, veluti terminus temporis; cur inter generationis terminos haud poterit mediare tempus?*

eſt enim tempus in ſerie Quanti, & generationis termini ad ſubſtantiæ Prædicamentum pertinent: Sed addo vlterius inter cõtradictoria mediare poſſe quidpiam eiuſdem Prædicamenti, ac ſufficere ne medium contineatur ſub genere proximo extremorũ; Quis etenim ambigat ſubiectum, ac terminos generationis, immo & ipſammet generationẽ pertinere ad cathegoriam ſubſtantiæ? certum eſt aũt inter generationis terminos mediare non ſolum ſubiectum, quod tranſit de vno in alterum extremorum; ſed ipſammet quoque generationem, quæ mutatio eſt, ſiue progreſſus ſubiecti ab vno ad alterum extremũ; nam & Ariſtoteles alicubi fatetur apertiſſime generationẽ eſſe quid medium inter eſſe, & non eſſe; & quod fit, inter exiſtens, & non exiſtens; Ita ergo contradictorie oppoſitis ſufficit non habere mediũ eiuſdem generis proximi, ſeu eiuſdem naturæ, atque congeneum; quod aperte ſatis nobis innuit Ariſtoteles alicubi definiens contradictionem eſſe oppoſitionem, cuius non eſt medium ſecundũ ſeipſam, hoc eſt, congeneum, & eiuſdẽ naturæ; quale iampridem, & alibi conceſſerat contrarijs quibuſdam; non cuius non eſt medium abſolute, vt male ſumitur in argumento: ex eo itaque, quod generatio ſit motus inter contradictoria, colligi non poteſt eam non in tempore fieri; quum tempus diuerſam admodum naturam obtineat a terminis generationis.

2. meta. t. 7. 1. Poſter. t. 5. Poſtpræd. c de oppoſ. 11. meta. c. vlt.

Tertio dicimus generationis terminos, quomodocũq; appelletur, ſiue priuatio & forma, ſiue nõ eſſe & eſſe, cõſiderari poſſe bifariam, nẽpe aut ſecũdum totũ, aut ſecundũ

ſui

A *ſui partes: forma enim (hoc ipſum puta de priuatione; priuatio ſiquidem reuera eſt forma, vt paſſim docet Ariſtoteles, prout ſcilicet forma prior eſt priuatio poſterioris) licet in abſtracto, ſiue ſolitarie ſumpta, & ſecundum ſe non habeat partes quantitatiuas, ſitque indiuiſibilis; ſi tamen conſideretur prout eſt in materia, quod aiunt in concreto, quia materiæ quantitatem habenti coextēſa eſt, hac ratione per accidēs, ſiue ad ſubiecti partitionem partes habere, ac diuiſibilis eſſe dicitur: Addo etiā* 2 phy. t. 15. 4 meta. t. 4. 5 meta. t. 17.

B *formas elementorum, miſtorumque anima carentium, præter allatas, obtinere quoque ſecundum ſe, ac propria ratione partes formales, hoc eſt, diuerſos gradus eſſentiæ ſecūdū magis, & minus, ac penes multiplicē proportionē in miſtione; qui ſane gradus partium vicem gerunt; forma nanque miſti anima carentis temperamentum eſt, vt docet Ariſtoteles alicubi adnotans Empedoclem ab-* 1. de par. c. 1. *ipſa veritate ductum confiteri ſubſtantiam, atque rerum naturā eſſe formam, vt quum definiens Os aſſerit*

C *non eſſe vnum elementum, non duo, non tria, non omnia, ſed miſtionis elementorum rationem; eſt autem ratio miſtionis elementorum proprie id, quod appellamus temperamentum; quum ex eodem Ariſtotele ſatis conſtet elementorum formas eſſe quatuor prima contraria ſenſibilia, tum paſſim alibi, tum præcipue vbi ſcribit primam qualitatem eſſe maxime propriam ſubſtantiæ differentiam; ſeu etiam differentiam, quæ ſecundum ſubſtantiam; eo modo, quo eſſe abſque angulis dicitur eſſe differentia circuli; eſt autem hæc circuli forma ſpecifica* 5 de an. t. 19. 11 meta. t. penult. 5 phy. t. 18.

cifica

cifica: Habent ergo termini generationis aliqua ratione partes, quo nomine conſiderari poſſunt quoad ſui totum, & quoad ſui partes; ſi accipiantur ſecũdum totum, cõtradictoriè inuicem opponũtur, uti dicitur in argumẽto; ſin autem conſiderẽtur habita ratione partium, non ſunt inuicem contradictorij; quippe nulla eſt ratio, quare primum eſſe priuationis opponatur potius primo non eſſe ipſius, aut ſecundo, quàm cæteris; nec ratio eſt cur primum non eſſe formæ contradictorium ſit huic eſſe formæ magis, quam alteri; licet totum eſſe, totumque non eſſe vtriuſque inuicẽ contradictoria ſint: Cæterum generatio Ariſtoteli dicitur motus inter contradictoria, reſpiciendo terminos eius quoad ſui totum, non habita ratione partium; at dum generatio ad actum reducitur, neceſſario reſpicit partes ſuorum terminorum; quare fit inter contradictoria, non prout contradictoria ſunt: Haud enim (ut aiunt) primum non eſſe priuationis contradictorium eſt primo eſſe formæ; nam ſimul ſunt: contradictoria uero nullo prorſum modo ſimul eſſe queunt: Addo ex Ariſtotele contradictionem eſſe oppoſitionem eiuſdẽ de eodem non æquiuoce; quum itaque priuatio, & forma idem penitus non ſint; ſane ipſum non eſſe priuationis haud opponetur contradictoriè ipſi eſſe formæ; ſed huic tantum ſic opponetur ipſum non eſſe formæ; at hoc eſt illud, quod uocatur eſſe priuationis: non ergo primũ non eſſe priuationis opponitur primo eſſe formæ; immo idem reipſa ſunt; quare nec opponetur ſecundo, aut alteri cuiuis eſſe formæ poſteriori; quoniam primum eſſe formæ

Margin: A (beside "cifica: Habent ergo…"); B (beside "magis, quam alteri…"); 5. phy. t. 7. (beside "Ariſtoteli dicitur motus…"); C (beside "ctoria uero nullo…"); 1. periher. c. 4. (beside "de eodem non æquiuoce…")

A *formæ congeneum eſt poſterioribus, non illis contradictorie oppoſitum; Id quod inde quoque conſtare poteſt, quia inter primum eſſe formæ, ſiue inter primum non eſſe priuationis, & ultimum eſſe formæ, media ſunt tū omnia non eſſe priuationis ſequentia primum, tum etiam omnia eſſe formæ antecedentia vltimū: ſed inter oppoſita contradictorie nihil mediat eiuſdem naturæ cum extremis: Ex eo itaque, quod primum non eſſe priuationis, & primum eſſe formæ inuicem contradictorie non oppo-*
B *nuntur, ſed ſunt vnum, & idem quantum ad rem, certo iam conſtat inter hæc non dari tranſitum, nec generationem contineri, quæ tranſitus eſt inter contradictoria: Erit ergo generatio progreſſus a primo non eſſe formæ ad vltimum eſſe ipſius, ſiue a primo eſſe priuationis ad vltimum non eſſe illius, per media intercedentia: quumque iſta media latitudinem habeant, & ordinem eſſentialem ad inuicem ſecundum prius & poſterius; propterea fit ut generatio momento fieri nequeat; ſed ſit motus*
C *in tempore, quo mobile in primis aſſequatur primum eſſe formæ, poſtea gradatim media omnia intercedentia vſque ad extremum ſimulque proportione quadam generatio dici poteſt quidam progreſſus a primo non eſſe formæ per media eiuſdem eſſe ad vltimum eſſe ipſius, ſiue a primo eſſe priuationis per media eiuſdem non eſſe ad vltimum non eſſe ipſius; idem enim reuera eſt eſſe formæ, & non eſſe priuationis: Quo fit ut a primo non eſſe priuationis ad primum eſſe formæ non detur vllo modo trāſitus; quare nec generatio, quæ trāſitus quidā eſt ſiquidem*

quidem tranſitus non eſt ab eodem in ſemetipſum, ſiue A *ab eodem in idem re, ſed ſemper tranſitus eſt inter diuerſas res: primum itaque non eſſe priuationis, ſiue primum eſſe formæ nil aliud eſſe poteſt, quam generationis initium: ſicuti vltimum eſſe formæ, quod ſimul eſt cum vltimo non eſſe priuationis, eſt finis generationis: quocirca eodem momento, quo incipit non eſſe priuatio, & eſſe forma, tunc incipit fieri generatio: at uero eodem momento, quo incipit generatio, non acquiruntur omnia non eſſe priuationis (ut ita dixerim) & omnia eſſe* B *formæ; ſed eorum alia prius, alia poſterius, penes ordinem, quo eſſentialiter a Natura inuicem diſponuntur; & proinde generatio vno momento temporis incœpta, ex neceſſitate alio terminatur, abſoluiturque: quum igitur inter quælibet duo momenta tempus aliquod intercedat, iccirco aſſerendum eſt generationem eſſe motum temporarium, non momentaneum: Ad obiectionem vero dicimus, Inter contradictoria, ſi ſumantur ſecundum totum, nihil eſſe intermedium, vt inter totum non* C *eſſe formæ, quod eſt totum eſſe priuationis, & totum eſſe formæ, quod eſt totum non eſſe priuationis: ſin autem contradictoria ſpectentur ſecundum partes, tunc amittunt quoquopacto rationem contradictorij, & admittunt aliqua ratione medium; Modo generatio eſt quidem tranſitus a toto non eſſe formæ ad totum eſſe ipſius; quo nomine recte dicit Ariſtoteles generationem eſſe* 5. phy. t. 7. *motum inter contradictoria; ceterum iſte tranſitus fieri debet per partes ipſius formæ, quæ quum obtineat ordinē*

eſſen-

A *eſſentialem ſecundum prius, & poſterius. ſimul omnes acquiri nequeunt, ſed gradatim; quare qua ratione inter primum eſſe formæ, & ultimũ eſſe ipſius, plura eiuſdem eſſe media ſunt: ita inter initium, & finem generationis, intermedium tempus reperitur: Si vero tranſitus fieret inter contradictoria penitus impartibilia, fortaſſe inter ipſa non mediaret ulla differentia temporis, & in eo caſu valeret argumentum. Quod autem ſecundo afferebatur, ſi generatio fieret in tempore, ac eſſet motus*

B *ſucceſſiuus, in generatione illud ſemper euenturum, ut ſubiectum quoad aliquam ſui partẽ primo, deinde quoad alias ſucceſſione quadam nouam formam indueret; ſiue ut una formæ pars primo, deinde aliæ producerentur; nobis non officit; nam quoad primum, Illud certo conſtat ex Peripato in generatione hominis, perfectiorumque animalium ante omnia in generante præcipuo, nempe in maſculo, ſeminis prolifici partes omnes haud uno momento gigni, ſed ex puriore ſanguine prius unam*

C *portiunculam, deinde aliam ſucceſſiue, prout una quã alia magis diſpoſita eſt ad formam ſeminis, aptaque in naturam ſpermatis conuerti, atque animari; hoc enim teſtium officium eſt, ſiue mauis vaſorum ſeminalium (quicquid ex Ariſtotele ſit aſſerendum) quorum utrunque agens corporeum eſt, ac temporis conditionibus obnoxium: Poſtea vero in vtero femellæ a ſemine certum eſt Ariſt. ex menſtruo ſanguine non totum animal ſimul quoad omnes ſui partes procreari, ſed in primis formari, & animari Cor, aiunt Medici potius Hepar, re-*

1. de gen. ani c 4 1 ... 2. de gen. an. c. 3. 3 de par. c 4. 2. de gen. an. c 4. 5. meta. t. 1.

liqua menſtrui materia inanimata exiſtente, ſenſim ve- ro animam induente, prout ſenſim ex ea nouæ partes, nouaque mēbra in animali efformantur; quæ haud vno instanti, ſed plurium dierum ſpacio effingi vulgatiſſimum eſt; vnde apparere poteſt generationem perfecti animalis non fieri momento, ſed notabili differentia temporis perdurare, nimirum a primæ partis procreatione vſque ad conſtitutionem vltimæ: Quod autem in hominis, perfectorumq; animalium generatione contingere viſum eſt, hoc ipſum in generatione cuiuſuis alterius B *animati euenire dicendum; tum quia ex Ariſtotele in plantis, & in animalibus imperfectis princeps, primaq; aliqua pars reperitur, quæ cordi, vel hepati proportione reſpondeat, a qua ceteræ partes omnes dependeant; tum etiam quia functio generationis in omnibus viuentibus eſt actio facultatis eiuſdem, nempe animæ vegetalis; quare licet, ob diuerſitatem materiæ, ac generandæ rei, generatio alias citius, alias tardius abſolui queat; non tamen vſque adeo diſſimilis eſſe poteſt, vt aliquando tē-* C *pore metiatur, aliquando ſine temporis interuentu, ſed momento abſoluatur. Immo ſi hominis generatio momentanea non eſt, ſed temporaria, & idipſum certo conſtat de generatione perfectorum animalium; non enim genito ſolo Corde, hominis, aut animalis generatio completa eſt; ſed neque damus Cor momento produci; habet nanque partes, quæ ſimul omnes eodem temporis ſigno non conſiſtunt; ſane multo potiori ratione dicendum eſt generationem imperfectorum animalium, plātarum, mi-*

ſtorum

A ſtorum anima carentium, & elemẽtorum tempore admetiri, non abſolui momento: Secus enim quum actio, quæ ſupra temporis cõditiones eſt, perfectione ſuperet illam, quæ tempori eſt obnoxia; ita nanque in cælo eiuſdem Intelligentiæ actio mouendi, quæ temporaria eſt quoquopacto, dignitate cedit actui contemplandi, qui tẽpore non indiget, vel hac etiam ratione; ac proinde quũ operatio, quæ momento abſoluitur, nobilior ſit ea, quam tempus admetitur; quippe tempus imperfectionem con-

B notat; eſt enim eſſentialiter menſura motus, qui ex Ariſtotele actus eſt imperfectus; proculdubio generatio elementorum, miſtorumque anima carentium, plantarũ, viliorumque animalium perfectior eſſet generatione hominis, quod eſt inconueniens; Ad inſtantiam vero allatam ex Ariſtotele non difficile eſt reſponſum dare; nanque inprimis notum eſt vnicuique Ariſtotelem ibi non acroamatice, ſeu ſcientifice nobis axiomata proponere, ſed exoterice, ſiue dialectice, ac probabiliter ad- 3 phy. t. 15. 1. phy. t. 13.

C uerſus Meliſſi poſitionem diſputare; quapropter maioris fieri debent rationes allatæ ſuperius, quam hæc autoritas; & eo magis, quo ipſi alteram opponere poſſumus eiuſdem Ariſtotelis, qui acroamatice docens, & ſcientifica dogmata promulgans generationem facit ſpeciem motus congeneam alterationi, lationi, augumento, & alijs; quem motum omnibus iſtis ſpeciebus communem tum antea dixerat eſſe continuum quid, atque omnino quantum, ac partibile; tum poſtea conſtituit fieri non poſſe momento, ſed intrinſecus tempore admetiri: Dein- 3 phy. t. 6. Præ 1 c de Quant. 3. phy t. 1. 4 phy t 99. & alibi.

Digitized by Google

de vero inquiens Ariſtoteles Inconueniens omnis eſſe A
principium rei, & non tẽporis, & generationis non ſim-
plicis, ſed & alterationis, tanquam non momentanea
facta mutatione. his verbis non dicit abſurdum eſſe pu-
tare in re ſubiecta generationi dari poſſe vnã partẽ ma-
gnitudinis, quæ prima omnium tranſmutetur, quaſi ge-
neratio poſſit eſſe momentanea, quemadmodum obiectio
ſupponit; ſed loco citato aperte fatetur Ariſtoteles ſe nõ
loqui de generatione ſimplici, de qua nos agimus; verum
de alteratione, quam ad generationis diſcrimen, in qua B
ſemper eſt ordo partium ſecundũ prius, & poſterius, ait
eſſe poſſe momentaneã; & hoc non quia momẽto fiat, ſed
quia eodem inſtanti ſimul incipiant omnes partes ſubie-
cti alterari, non vna poſt aliã, ut euenit in coagulatione
lactis, in quo nõ eſt aſſignare partem, quæ prima omniũ
cogatur, quũ omnes æque vno inſtanti alterari incipiãt,
& vno alio cunctæ ſimul alteratæ ſint; quippe lac ſimi-
lare corpus eſt, cuius partes ſingulæ ſunt eiuſdem ratio-
nis; quo fit vt æqualiter omnes aptæ ſint ad coagulatio- C
nem: ſic prorſum dicas de aquæ congelatione: non tamẽ
ideo ſequitur quin hæ mutationes tempore metiantur;
nanq; formæ illæ accidentales diuerſos gradus obtinent,
qui non cuncti ſimul, ſed alij prius, alij poſterius in ſin-
gulis partibus materiæ ſubiectæ producuntur: Quam-
obrem nihil nobis officit Ariſtoteles exiſtimantibus ge-
nerationem eſse motum in tempore factum, quando
Meliſſo aſſerenti, Quod genitum, & factum eſt, ha-
3 meta t. 1. *bere principium rei, atque vt ipſe alibi explicat, ma-*
gnitu-

A *gnitudinis, obijcit abſurdum eſſe putare in omni mutatione abſolute, nedum in generatione ſimpliciter, verum etiam in alteratione adeſſe principium, non ſolum temporis, ſed etiam rei, ſeu magnitudinis; quaſi nulla penitus mutatio ſit, in qua partes omnes rei ſubiectæ ſimul æqualiter transmutentur, non vna ante alias; quod falſum eſſe apparet in lactis coagulatione, & aquæ congelatione; in quibus partes ſingulæ ſubiecti eodem momento incipiunt, & alio ſimul omnes tranſmutari deſi-*
B *nunt: ſecus ac eueniat in generatione ſimplici, in qua neceſſario pars eſt, quæ primum fit ab alijs diſtincta, vt Cor, vel hepar in animalibus, & quod huic eſt proportionale in ceteris. Quod autem deinde afferebatur, generationem nil eſſe aliud, quam nouæ formæ productionem; formam uero eſſe quidpiam indiuiſibile, ac expers; atque quum forma partes non habeat, eam non poſſe niſi totam ſimul generari; vnde plane ſequitur generationem tempore non admetiri, ſed momento conti-*
C *neri; multis peccat nominibus; In primis enim falſo aſſumitur generationem haud eſſe aliud, quam formæ productionem: quoniam ex Ariſtotele non vno in loco, quod* 5 phy.t 3 &9
generatur ſimpliciter, forma non eſt, ſed cõpoſitum; quippe 7 meta t.17 8.meta.t.3 & 8
forma in alio fit, non fit ſimpliciter; quum autem com- 12.meta.t.12
poſitum, quod proprie, ac ſimpliciter generari dicitur, diuiſibile ſit, multaſque partes obtineat, quæ ſimul omnes fieri non poſſunt; proinde ſequitur vt generatio ſimpliciter ſit motus temporarius, ac ſucceſſiuus; At dato, non tamen conceſſo, generationem ſimpliciter eſſe productio-

nem

nem formæ, falſo itidem aſſumitur formas eſſe omnino indiuiſibiles, neque habere vlla ratione partes; quando & ipſeidem Ariſtoteles formæ cuique partes adſcribat A
7.meta.t.35. non ſecus atque ipſi toti, vt patet in Diuinis; & quidem elementorum formæ, nec non etiam miſtorum inanimatorum varios gradus obtinent, veluti ſui partes, vt ſupra uiſum eſt; ſed præterea quum ſint coextenſæ ſubiecto, ad illius partitionem (quod aiunt per accidens) & ipſæ partibiles exiſtunt; formæ uero animatorum etſi per ſe ſumptæ partes non habeant, eas tamen obtinent, ſi B ſumantur ut in materia, quippe illi coextenduntur; quũ autem formæ non generentur ſecundum ſe procul a materia, ſiue non habita ratione materiæ; ſed prout ſunt in materia; iccirco eas, quatenus partibiles eſſe dicuntur, generari oportet; igitur in tempore. Quod uero poſtremum obijcitur, nimirum ſi ulla mutatio eſt, quæ momentanea ſit, ac tempore non metiatur, ea proculdubio erit generatio; ceterum uel ex Ariſtotele ſciſſio lapidis
8.phy.t.23. ab enaſcente caprifico, & excauatio lapidis ab vltima C gutta, fit tota ſimul, nec dici poteſt dimidium guttæ in dimidio tempore dimidiam foueam in lapide feciſſe: Quin etiam lumen ſubito cunctas diaphani partes æque illuſtrat in momento, non ſucceſſione temporis vnam poſt aliam; ſic & aquæ partes vna omnes congelantur: quare multo magis de forma ſubſtantiali hoc eſt aſſerendum, quod omnes eius partes vna gignantur in inſtanti, non ſucceſſiue vna poſt aliam in tempore; atque ita generationem tempore non admetiri, ſed abſolui etiã,

conti-

A *contineriquo momento; non eſt penitus inſolubile; nam primo negari poſſet coniunctum; quum enim difficilius ſit ſubſtantiam producere, quam accidens; plane ſi vlla mutatio eſt momentanea, ea non generatio ſubſtantiæ, ſed potius alia quæuis, qua oritur accidens, dicenda eſſet: Deinde falſum eſt vllã mutationem phyſicam momento admetiri; nam quod primo loco de caprifico enaſcente obijcitur, tenue eſt; quia etſi aliquando fateatur Ariſtoteles dicendum non eſſe medietatem caprifici me-*

B *dietatem ſciſsionis in medio tempore feciſſe, verum totam ſciſſuram ſimul a toto caprifico factam fuiſſe; hoc non eſt confiteri ſciſſionem illam in inſtanti factam eſſe; nanque moueri nequit vllum corpus in inſtanti; mouentur ſiquidem labia lapidis in ſciſſura, dum ſeparantur: mouetur item (quod notat acutiſſimus Caſalpinus in* Quęſtionibus Peripateticis) *aer cauitatẽ repleturus, ne detur vacuum: ſed Ariſtotelis dictum eo tendit, vt quum ad quidquam efficiendum opus ſit agen-* lib. 4. quæ. 8.

C *te determinatæ virtutis; ideo medietas caprifici nõ ſcindit lapidis meditatem, quia potis non eſt hoc efficere; quum tamen totum enaſcens vim habeat totum lapidẽ ſcindendi; quare a toto caprifico ſcinditur totus lapis ſimul, non momento, ſed ſimul tempore: Idem penitus dicendum eſt de gutta lapidem excauante; dicitur enim vltima gutta tota totam foueam ſimul efficere, non quia eam in inſtanti fodiat; ſiquidem corpora momento non mouẽtur; gutta vero cadens corpus eſt, & motu locali lapidem excauat; lapidis item ea particula, quæ a loco*

foueæ

ſoueæ dimouetur, corpus eſt: Sed quia omne agens deter- A
minatum robur habere debet ad agendum; dimidia gutta eam vim non habet, qua quidquam in lapidis ſubſtantiam agere valeat: propterea tota gutta totam efficit foueam ſimul, hoc eſt eodem tempore, non momento; neque vna guttæ medietate prius mediam foueam, alia deinde aliam efficiente: Quæ duo exempla commode ab Ariſtotele declarantur exemplo tractionis nauium; dum enim decem homines nauiculam trahunt in littus, dici haud ſane poteſt vnum illorum nauiculam B
traxiſſe penes primam partem ſpacij, ſeu in prima parte temporis; alium uero penes aliam partem, ſiue in alia particula temporis; ſed ab omnibus illis hominibus ſimul iunctis tota nauis per totum ſpacium trahitur ſimul, puta non momento, ſed toto eodem tempore indiuiſo; quoniam vnus hominum vim non habet nauiculam mouendi; quam certum eſt ab omnibus decem vna iunctis, non momento, ſed tempore trahi; ſic ergo & gutta foueam, & enaſcens caprificus ſciſſuram in lapide mo- C
litur in tempore, non autem in inſtanti: Ex quo & ſolutio inſtantiæ illius elicitur, qua ſic autumant Aduerſarij probare generationem momento fieri, ſi generatio fieret in tempore, igitur forma nõ educeretur tota ſimul, ſed pars poſt partem; quare ſi pars illa formæ, quæ primo generari dicitur, tempore generetur, ergo non tota ſimul, ſed pars poſt partem; vnde vel ad infinitum procedendum erit, & ſic non poterit aſſignari prima pars tum formæ, tum temporis in generatione; vel dicen-

dum

A *dum erit primam partem momento produciſquũque eadem ſit ratio de ceteris, plane partes ſingulæ momento gignentur; ſi quidem eodem, ergo tota generatio momentanea erit; ſin autem diuerſis, ergo non vna mutatio; quoniam inter quælibet duo momenta tempus eſt; tollitur inquam iſte nodus, quia generatio eſt mutatio phyſica, & fit ſecundum partes formæ, ſubiecti, ac temporis itidem phyſicas; phyſice vero continuum diuidi nequit in infinitum, ſed datur ſtatus in partibus minimis; quare*

B *primum in generatione producitur pars minima formæ in parte minima ſubiecti; aptius vero dic produci partem minimam compoſiti; non quidem momento, ſed tempore minimo, ideſt phyſice indiuiſibili, quo non contingat in minori fieri mutationem, vt docet Ariſtoteles;* 2 cæl. t. 39. *ſiue in quo ipſi ſenſui aſsignare nõ ſit prius, & poſterius; ſiue in quo phyſicus, qui ſenſibus omnia metitur apud Ariſtotelem, non agnoſcat vnam partem ab alia di-* 8 phy. t. 22. *ſtinctam; quoniam ex eodem Ariſtotele forma, tem-* 6. phy. t. 39. & 49.

C *pus, & mobile mutua ſibi inuicem proportione reſpondent in hoc, quod eiſdem diuiſionibus diuiduntur, quãuis mobile, ac tẽpus per ſe, terminus vero ad quem per accidens, ad mobilis diuiſionem, ſiue ſit forma ſubſtantialis, ſiue accidẽtalis, vtraque enim coextenditur ſubiecto; quare vti eſt aſsignare Phyſiologo in mobili, & in forma primam partem, quæ mutata fuit; ſic etiam in tempore primam, in qua mutatio incœpit; nam hæc licet mathematice diuidi valeant in infinitum, phyſice tamen diuiſio peruenit vſque ad partes minimas, &*

Digitized by Google

inſectiles: Quare quemadmodum inter partes minimas A temporis momentum intercedens non prohibet quominus totum tempus ex illis partibus aggregatum vnum ſit; ita partes minimæ ſubiecti, formæ, ſeu potius compoſiti, quum momento non fiant, ſed tempore minimo, habent hoc vt inter eas nihil intercedat, quominus tota illarum productio vnica mutatio eſſe valeat; & quum partes illæ minimæ ſigillatim fiant tempore minimo, ideo totæ ſimul oriri dicuntur, non momento, nec ſecundum vnam partẽ prius, & ſecundum aliam poſterius; quippe minima pars in partes diuidi non poteſt; ac minimum B
2.cæl.t.39. tempus nihil habet in ſe prius, nihilque poſterius; ſed eſt totum ſimul, ſi phyſice conſideretur, non mathematice abſtrahendo a ſenſibilibus; abſtrahunt enim mathema-
7.meta.t.35. tici, vt monet Ariſtoteles; conſiderando ſenſibilia non prout ſenſibilia ſunt. ſed redeamus ad penſum. Quod autem mox de lumine afferebatur, ipſum ſcilicet illuſtrare momento cunctas diaphani partes conſimiliter; ne dicam parum habere roboris in propoſito, dum agi- C mus de generatione, ſiue mutatione phyſica, & materiali; quum illuminatio perſpicui mutatio ſit ſpiritualis; quippe fit a lumine, quod eſt immaterialis ſpecies viſibilis lucis, a qua proficiſcitur; illud tamen addam falſo aſſumi aeris illuminationem momento fieri; nam lumen (vt dicebamus) ſpecies viſibilis eſt, & imago lucis, a qua prodit, & per diaphanum tranſit velociſſime quidem, quia valde ſpiritalis eſt, non tamen momento, ſed tempore; quod ſatis indicant crepuſcula in ortu, &

occaſu

A *occaſu Solis; nam ſi oriente Sole aer minus illuminatur (dico cælo vndique ſereno, nulliſque vaporibus aerem obtenebrantibus) quam ad meridiem aſcendente; ſique cadente Sole non illico aer obtenebratur; manifeſtum cuique puto lumen non momento aeri toti aduenire, nec momento ab eo toto diſcedere, ſed tempore, licet puſillo admodum, ac breui: Addo etiam lumen non ſubito cunctas aeris partes æqualiter illuminare; nam ſenſu ipſo percipimus partes a luce remotiores (modo in ijs radij*
B *non reflectantur) remiſſum lumen habere, illas vero, quæ luminoſo corpori ſunt propinquiores, viuidiori lumine frui; quum ergo lumen ob diſtantiam ſpacij fatiſcat, & ſuſcipiat magis, & minus; neceſſarium eſt plane confiteri non poſſe a lucido corpore vno temporis momento vniuerſum aerem illuſtrari, ſed primum eius partes propinquiores, deinde vero gradatim etiam remotiores; immo & in ſingulis partibus lumen prius remiſſum, mox intenſius gigni; quoniam impoſſibile eſt for-*
C *mam, quæ intendi, ac remitti poteſt, ſecundum omnes ſui gradus vno, & eodem momento gigni; ſed opus eſt prorſum eam gradatim exoriri remiſſam primum, deinde intenſionem ſuſcipere; lumen ergo quum magis, & minus valeat ſuſcipere, momento produci nequit; quod olfecit Scaliger, ſed non determinauit. Quod autem obijcitur poſterius de lactis coagulatione, & aquæ congelatione, ſolutum eſt ſupra; vbi patuit coagulationem, & congelationem fieri gradatim per ſucceſſionem partium formalium, ſiue graduum formæ; ſi non per* exercit. de ſubtil. 198. art. 2.

Digitized by Google

ſucceſſionem partium ſubiecti; quoniam ſingulæ partes A
lactis, & aquæ incipiunt eodem momento ſimul coagulari, & congelari; at alio momento deſinunt eſſe ſimul omnes coagulatæ, & congelatæ; verum inter qualibet duo momenta neceſſario tempus aliquod eſt intermedium: Ita ergo nihil obſtat quin generatio tempore me-
5. phy. t. 9. *tiatur. Quod autem poſtremo loco afferebatur ex Ariſtotele, Generationem ſcilicet non eſſe reuera motum, ac proinde non admetiri tempore; quippe tempus definiatur eſſe menſura motus proprie dicti; quamuis prima* B
fronte ſatis appareat vrgere argumentum; ſoluitur nihilominus vt priora; nanque in primis illud eſt animaduertendum, tempus definiri menſuram motus generaliſſime ſumpti, ſiue pro eo, quod commune eſt omni mutationi; quamuis principaliter magis motum cæli reſpiciat, quam motus rerum ſubcæleſtium; quippe ille maxime regularis eſt, hi vero minime, vt docet
4. phy. t. 133. *Ariſtoteles: quum itaque generatio, etſi non ſit motus inter contraria, vel media, ſiue motus rei actu* C
ſubſiſtentis ex affirmato in affirmatum, ac omnino ex ſubiecto in ſubiectum; ſed potius mutatio inter contradictoria, & motus rei exiſtentis pure in potentia ex negato in affirmatum, ac omnino ex non ſubiecto in ſubiectum; quum inquam generatio ſit ſpecies motus generatim accepti, cuius Ariſtoteles affectionem communiſſimam prius dixerat eſſe tempus; plane fatendum eſt generationem tempore menſurari: Neque oppoſitum ex Ariſtotele recte colligant Ad-

A uerſarij; quum ipſe in quinto libro Phyſico diſtinguat generationem, & corruptionem, tanquam mutationes rei exiſtentis in pura potentia inter contradictoria, a ceteris motibus rei actu ſubſiſtentis inter contraria; qui tamẽ ante hãc motuũ diſcretionẽ in quarto libro paſſim affirmauerat omnẽ motũ, ſiue motum in genere tempore (tex. 95. 96. 97. 123. 129. & 132.) admetiri; quinimmo & ſpeciatim generationem corruptionemque in tempore fieri; ut cuilibet perlegẽti eius di- (tex. 132.) cta ſatis apertum eſſe poteſt. Deinde uero eſto (diſpu-
B tationis gratia) generationem non eſſe motum, haud tamen inde neceſſario colligunt Aduerſarij eam tempore (4. phy. t. 118. 119. & 120.) non admetiri; nanque Ariſtoteli tẽpus eſt numerus, atq; menſura, non ſolius motus, quod perperam ſupponit obiecto, ſed etiam quietis: cur non ergo et earum mutationum, quæ uocantur nomine generationis, & corruptionis? Recte igitur ſtatutum fuit generationem eſſe motum, qui tempore menſuratur, non momentaneum.

C Generationem eſſe functionem re diuerſam a formatione partium. Cap. XVII.

PRÆTEREA uero in eo a ueritate nõ minus, quam a communi Doctorum ſententia diſceſſiſſe uidemur, quod inter functiones vitæ uegetalis diſtinximus generationem a partium formatione; quum tamen rei natura dictet oppoſitum; ſi enim generatio non momentanea eſt, ſed tempore admetitur,

quia

quia quod generatur cōpoſitū eſt multas partes obtinens A *inter ſe ordinem eſſentialem habentes ſecundum prius, & poſterius; liquido conſtare poteſt generationem ſingularum partium compoſiti, quæ proprio nomine organizatio, partiumque formatio nuncupatur, non eſſe quid reuera diſtinctum a generatione: Verum enimuero ſi res acrius expendatur, ſecus ſentiendum eſſe videbitur; nanque actiones omnes fine diſtinguuntur; ita vt quæ ad formas diſtinctas aſſequendas ordinantur, ratione illarum inuicem diſtinguantur; ceterum vt duæ ſunt in* B *genito formæ, quæ in eius productione acquiruntur; exterior nempe, quæ qualitas eſt de quarta ſpecie, ac proprio nomine figura vocatur; & interior, quæ in genere ſubſtantiæ collocatur, vt anima, quæ forma eſt ſubſtantialis; ita duas operationes dari neceſſe eſt, quibus vtraque iſtæ formæ acquirantur; & ſane per generationem acquiritur forma ſubſtantialis, & interna; per organizationē uero accidētalis, & externa tū totius compoſiti, tū quoque ſingularum partiū; bene uerum eſt,* C *quod ſimul tēpore quū oriātur utræq; formæ, ideo vtræque functiones, quæ ad tales formas veluti ad ſuos fines tendunt, eodē tempore metiuntur, et coæuæ ſunt; quo nomine nuper ex eo, quod in generatione partes geniti non ſimul omnes efformantur, generationem momentaneam non eſſe colligebamus: reuera tamen quia generationis terminus forma eſt ſubſtantialis; organizationis autem forma accidentalis; quum motus, atque actiones omnes determinationem habeant a fine, ſiue a termino ad*

quem

A *quem, vt ex Ariſtotele colligimus; icciro recte genera-* 5 phy.t.4.
tionem a partium formatione diſtinximus, non minus
quam augumentum a nutritione; licet enim auctio, &
altio eiuſdem facultatis opera fiant, cōuerſione eiuſdem
ailmenti in eandem ſubſtantiam viuentis; diſtinguun-
tur tamen ratione finis; quia nutritionis finis eſt conſer-
uatio ſubſtantiæ, ſeu extenſio Vitæ; at augumenti finis
eſt extenſio magnitudinis; ſiquidem vt ait Ariſtoteles, 2. de an. t. 47.
diuerſa eſt alimenti ratio vt nutrit, & auget; nam vt
B *ipſum alimentum quantum eſt quoddam, auget; vt eſt*
hoc aliquid, & ſubſtantia, nutrit; conſeruat enim ſub-
ſtantiam, & reliqua. Qua ergo ratione nutritio ab
augumento, eadem ſane generatio diſtinguenda eſt ab
organizatione.

Decrementum proprie non eſſe operationem Vitæ ſublunaris. Cap. XVIII.

C DEINDE *uero & accuſamur quia de-*
crementum ablegauimus a Vitæ vege-
talis actionibus, inter quas tamen au-
gumentum numerare non dubitaui-
mus; nam oppoſitorū eādem eſſe ratio-
nem, atque ſcientiā, axioma eſt: Sed & Ariſtoteles 4. meta. t. 2. & 4.
vbicunque agit de vitæ functionibus, nunquam augu-
menti meminit, quin etiam decrementi mentionem fa-
ciat; ſic alicubi ſcribit vitam eſſe nutritionem augumē- 2. de an. t. 3.
tum ex ſe, & decrementum; et paullo infra notat ſi cui-
piam

2. de an. t. 13. *piam inſit Intellectus, aut ſenſus, aut motus, & ſtatus* A
ſecundum locum a ſeipſo; adhuc autem motus, ſecundum alimẽtum, & augumentũ, & decremẽtum id cui uel vnum ex dictis ineſt, reuera viuere, atque animatum eſſe: immo & inferius ſubdit ſimiliter & de augumento, & decremento ſe habere; nihil enim decremẽ-
2. de an. t. 37. *tum patitur, neque augumentatur naturaliter, niſi alatur; alitur autem nihil, quod non communicet Vita. Hæc ille: Quæ tamen adeo efficacia non ſunt, vt a propoſita in ſuperioribus ſententia nos dimouere poſſint:* B
Quinimmo ſi exactius expendantur, nobis haudquaquam officere videbuntur: Quod enim primo loco affertur, oppoſitorum eandem eſſe rationem, eandemque ſcientiam, atque ideo quum augumentum decretioni opponatur, neceſſario fieri vt augumento exiſtente inter functiones Vitæ, ab ijs decrementum ablegari non debeat; intentum non concludit; nanque falſum eſt abſolute oppoſitorum eandem eſſe rationem; id autem eatenus uerũ eſt, quatenus per ipſum ſignificatur oppoſita pertinere C
4. meta. t. 1 & 4 *ad eandem diſciplinam, vt ait Ariſtoteles; et ſi hoc poti-*
top. cap. 8. *us probabile ſit Ariſtoteli, quam uere neceſſarium: Alioquin falſum eſt oppoſita eſſe penitus eiuſdem generis, & præſertim eiuſdem generis phyſici: oppoſita enim ſunt generare ſobolem, & ſobolem interimere; ſiue generare ſibi ſimile, & corrumpere idipſum, ſi tamen generare ſibi ſimile, ac ſobolem propagare functio eſt Vitæ, non propterea Vitæ operatio eſt interimere ſobolem. Quin etiã ortui, ſiue generationi viuentium vere opponitur mors,*

quæ

A quæ ſecundum aliud genus oppoſitionis opponitur vitæ, vt fuſius diſputatum eſt in primo libro. at quũ generare ſibi ſimile ſit proprie functio vitæ vegetalis, nemo tamẽ dixerit mori, ſeu mortem eſſe vitæ operationem vllo modo. Quod aũt poſterius adducitur, Ariſtotelẽ, vbicunque agit de vitæ functionibus, nunquã de augumento meminiſſe, quin mentionẽ faciat decrementi, nobis non officit, propterea enim hoc non efficit Ariſt. quia exiſtimet decrementum eſſe actionem vitæ, ſicut augumentũ; ſed B quoniam auctio ſe habet ad imminutionem, veluti rectum ſe habere dicitur ad obliquum; quare quemadmodum obliquum per ſe cognoſci nequit, ſed noſcitur vbique per rectum, quod propterea bene dicitur eſſe index ſui, & obliqui: ſic decrementũ per ſe non dignoſcitur, quũ ſit priuatio quædã; ſed per augumẽtum, quod eſt index ſui, & decrementi; nanque Ariſtoteli neceſſe eſt aliquas ſcientias ſic eſſe contrariorum, vt vnũ conſiderent per ſe, ac primaria ratione, aliud vero (quod ſcilicet vicẽ gerit C priuationis) per accidens, ac ſecundaria ratione; iccirco ſane vbicunque agit Ariſtoteles de augumẽto, de eo præcipue, ac primario inſtituto, & diffuſe tractat, ſimul etiã nonnulla obſeruans de decremento ſecundaria quadam ratione, vt aperte conſtare poteſt ex primo de ortu, & interitu, vbi de augumento agitur a textu vigeſimo quinto vſque ad quadrageſimum primum incluſiue, & hoc ex profeſſo; de decremento vero ſecundarie quædam pauca notantur in textu vigeſimo quinto, ſexto, & quadrageſimo ſecundo. Specialim vero quod affer-

2. de an. t. 3. tur primo loco ex Ariſtotele alicubi ſcribente, vitam autem dicimus, quæ per ipſum fit, altionem, augmentationem, & diminutionem; nihil habet firmi; nam imprimis non dicit ibi Ariſtoteles decretionem eſſe functionem vitæ, de quo nobis mota eſt lis; at eſſe ipſammet

2. de an. t. 11. vitam: deinde paullo infra ſatis aperte admonet Ariſtoteles ab his non poſſe deſumi argumẽtum efficax; quum ea pronunciauerit rudi, ac pingui Minerua. Quod autem poſtea obijcitur, Ariſtotelem dicere cuique rerum

2. de an. t. 13. vitam ineſſe, innoteſcere ex earum operationibus, cuiuſmodi ſunt intellectus, ſenſus, motus, & ſtatus ſecundum locum a ſeipſo, adhuc autem motus ſecundum alimentum, augumentum, & decrementum; temere obijcitur; nam eo loci mens Ariſtotelis non eſt nobis proponere ſolum operationes vitæ; ſed ea omnia, quæ nobis indicare poſſunt vitæ præſentiam; ſiue ſint functiones animæ, aut facultates illius, vt intellectus, & ſenſus; ſiue operationes vitæ, vt motus a principio interno, ideſt, moueri a ſeipſo, nutritio, & augumentum: ſiue vitæ proprietates, vt quieſcere ad libitum in quouis loco; ſiue demum paſſio, eaquè corruptiua rei viuentis, vt decrementum, non omne, ſed citum, & euidens; hoc enim diſcriminis intereſt inter decrementum animatorum, & anima carentium, quod animata facilius, & magis diminuuntur, data proportione in externis, quam vitam non habentia; quippe animata inanimatis ſubſtantiam obtinent molliorem, caloremque inſitum in tẽperamento iugiter abſumentem humidum ſubſtantificum

A cum longe maiorem, vti notat etiam Ariſtoteles; Niſi etiam dicere velimus hic, vt alibi, de vita exacte Ariſtotelem non philoſophari quantum ad hoc, vt abunde monſtrauimus in primo libro, dum Ariſtoteleam opinionem examinaremus. Quod poſtremo proponitur ex eodem Ariſtotele aſſeuerante alibi, rem ſimiliter & de augumento, & decremento ſe habere, quia nihil decrementũ patiatur, neque augumentetur naturaliter, niſi alatur; alatur aũt nihil, quod non communicet vita: hoc itẽ B ſolui poteſt tum quia nonniſi rudiori formula etiam hic de vita loquitur Ariſtoteles; tum quia decrementũ notabile, ac velox, etiamſi eandem rationem ſubeat cum augumento quantum ad hoc, quod vtrunque eſt indicium vitæ; non tamen eandem rationem habet quantum ad id, quod vtrunque ſit functio animæ uegetalis, & operatio uitæ a tali anima prodeuntis; quod poſitum eſt in controuerſiam: id quod ſane perſpicuum eſt ex iјs, quæ doctiori ſtilo inferius edocet Ariſtoteles agens de C operationibus animæ, vitæque vegetalis, nempe in alimento, circa quod, tanquam circa ſubiectum, vigent operationes vitæ vegetalis, conſiderari poſſe tum ſubſtantiam, tum etiam quantitatem; alimẽtum quidem, vt ſubſtantia eſt, nutrire; vt quantum vero, eſſe augumentatiuum animati; nulla facta mentione decrementi; quod impune ab Ariſtotele præteriri non poterat, ſi conſimiliter & de augumento, & decremento ſe haberet res, vt vtrumque foret actio animæ, vitæque vegetalis verſantis circa alimentum; neque hoc ipſum

de iu. & ſen. c. 8.

2. de an. t. 37.

2. de an. t. 47.

1. de gen. c. 4. t. 2 de an. c. 47. *vno in loco, ſed pluribus repetere voluit Ariſtoteles, tanquam dogma verum, & ratum. Addo ex allata ſententia Philoſophi potius oppoſitum colligi, nempe augumentum eſſe actionem viuentis, decrementum vero eiuſdem paſſionem; iccirco in hoc a ſeinuicem differre; ait nanque loco citato Ariſtoteles hunc in modum penitus, Quia nihil decrementū patiatur, neque augumentetur naturaliter, niſi alatur; alitur autem nihil, quod non communicet vita: aperte innuens animatū in decremento pati, ac proinde imminutionē non eſſe actionem, ſed paſſionem viuentis; augumentum vero quum ſit actio vitæ propterea non conſimiliter dicere auſus eſt Ariſtoteles animata pati augumentum, ſed aliter dixit ipſa naturaliter a ſeipſis augeri; euidenter connotans augumentum non eſſe meram uiuentis paſſionem, ut decrementum, ſed ueram animati operationem. Decrementum itaque proprie non eſt actio uitæ uegetalis; immo neque actio uitæ ſimpliciter ſed potius paſſio, eaque corruptiua miſti, ſeu uiuentis, qua miſtum eſt; quemadmodum ſupra, & alibi fuſius oſtendimus.*

A B C

Vtrum definitio vitæ brutalis contineat vitā ouorum, & ſpermatis. Cap. XIX.

VLTERIVS *autem definientes vitam brutalem in communi eſſe naturalem inexiſtentiā animæ ſentientis, ſiue irrationalis in corpore bruti animalis, nimis arctam huius vitæ rationem attuliſſe*

A tuliſſe videmur, quæ non complectatur vitam ouorum, & ſpermatũ animalium; nam & oua, & ſemina brutorum animantium eodem genere Vitæ fruuntur, quo pollent animalia illa, quæ ex ipſis oriri conſueuerunt; ouorum tamen, & ſeminum Vita non eſt reuera inexiſtentia phyſica ſentientis animæ in corpore bruti animalis; quoniam ouum, & ſperma non eſt animal brutum, nec eius corpus bruti animalis corpus uere dici poteſt: ſed proprie animalia bruta ea ſunt, quæ ex ouis, &

B ſeminibus exoriuntur: Verum dic primum ſatisfeciſſe nos propoſito nobis inſtituto afferentes definitionem Vitæ brutorum animalium completorum; quoniam ad illam, veluti ad principale anologatum, & veluti ad ſui finẽ reducitur vita ouorũ, & ſpermatum; hæc enim eſt illius gratia, perinde ac oua, & ſemina ſunt in gratiã brutorum completorum, ad quæ reducuntur, tanquam ad ſuum finem, cuius gratia ſunt a Natura inſtituta, ſiue tãquam ad analogum principale; in analogis enim quã-

C doque ſufficit nouiſſe principale magis, vt notat Ariſtoteles nõ ſemel. Dic deinde corpus bruti animalis, et brutũ animal ſumi bifariã, nimirũ aut actu, aut poteſtate; oua & ſemina brutorũ ſunt proculdubio animalia bruta, et eorum corpora ſunt ſimiliter corpora brutorum animalium, ſi non actu, ſaltem poteſtate; oui enim, & ſeminis ſubſtantia eſt apta nata fieri brutum; in deſiniendo uero vita brutali generatim, quæ dicitur eſſe naturalis inexiſtentia ſentientis animæ in corpore bruti animalis, nomine bruti animalis intelige vniuerſaliter

7. æthi. Eud cap. 3.
4. meta. t. 2.

tam

tam id, quod actu eſt animal brutum, quam id, quod habet peculiarem aptitudinem ad hoc ut fiat animal brutũ; cuiuſmodi ſunt oua, & ſemina brutorũ animalium. Dic tertio animalia bruta non unius eſſe generis; nã aliqua ſunt perfecta, cetera uero imperfecta; rurſus imperfecta uel ſunt imperfecta ratione formæ ſolũ, ut quæ ſortita ſunt animam infimi gradus; in quo genere ſunt ſpõgiæ, Zoophita, et inſecta pleraque; uel ſunt imperfecta ratione materiæ ſolum; & hæc rurſum diuiduntur in ea, quæ poſſunt, ac ſolent denuo perfici; atque huiuſmodi ſunt oua, & ſemina perfectorum animalium, quæ perfectibilia ſunt per ſui organizationem; & in ea, quæ non ſunt ulterius perfectibilia, ſiue quæ non ſolent ulterius perfici, ut feminæ in genere animalium; femina enim uel Ariſtoteli eſt impotentia quædam, ſiue mas inſeminis, aut etiam mas imperfectus, uel quoque læſio, & detrimentum naturale; femina inquam eſt mas imperfectus, & ita imperfectus ut ſit imperfectibilis, quũ habeat organa diſtincta, quæ ulteriorem perfectionem non admittunt: Niſi forte aliquando contingat feminã in maſculum mutari, quod non ſemel eueniſſe teſtantur Grauiſſimi Scriptores; ſed hoc raro admodum contingit, & numerandum eſt potius inter monſtra, & portenta, ut ſcite adnotat Doctiſſimus Laurentius, quam inter effectus naturales, qui aut ſemper, aut eueniunt ut plurimum; ſemper enim, uel fere ſemper ſexus ijdem manent impermutabiles; ſin autem permutatio fit, ſemper feminæ in marem, ut pote in naturam perfectiorem, contin-

1. de gen. an. c. 20.
2. de gen. an. c. 3.
1. de gen. an. c. 6.

A contingit; vel tandem animalia ſunt imperfecta ratione vtriuſque naturæ, formæ ſcilicet, ac materiei, veluti ſunt oua, & ſemina brutorum infimæ ſortis: quare quũ abſolute oua, & ſemina ſint in animalium genere; ſunt enim animalia imperfecta; ideo ipſorum vita continetur ſub definitione Vitæ brutalis in vniuerſum, quæ definita eſt eſſe naturalis inexiſtentia ſentientis, ſiue irrationalis animæ in corpore bruti animalis abſolute. Dic poſtremo non oportuiſſe in aſſignanda de-B finitione Vitæ brutalis ſeorſum ab ea, qua pollent bruta completa, mentionem facere de vita ouorum, & ſeminũ; quia quum oua, & ſemina obtineant eandem numero animam cum ijs, quæ ex ipſis praditura ſunt; in eadem quoque vita cum ijs communicant, a quibus ſola materia organizatione differunt. Animaduertendum eſt inſuper quæ dicta ſunt de ſemine brutorum animalium in vita irrationali, eadem proportionabiliter dici debere tum de ſeminibus plantarum in vita vegetali;
C tum etiam de ſemine hominis in Vita humana; licet in ſemine humano non inſit Intellectus, ſed ſolum animæ humanæ pars rationis expers; quemadmodũ enim ſemẽ humanũ dici poteſt homo imperfectus, ob participationẽ animæ vegetalis, & ſentientis, quæ ſuapte natura ſubordinatæ ſunt ad rationalem; ita quodammodo ſemẽ humanum dici poteſt viuere Vitam humanam imperfectam, quaſi rudimentum, & inchoationem Vitæ humanæ, non Vitam vegetalem, aut brutalem ſolum: quæ omnia ſatis confirmari poſſunt, & eluceſcere ex ijs quæ

ai. bi

Digitized by Google

de ortan. hu. *alibi profeſſi ſumus de anima ſeminis humani.* A
In aſſignandis itaque definitionibus ſpecierũ Vitæ ſublunaris ſigillatim nihil omiſimus quin ipſæ adamuſſim æquales eſſent naturæ definitæ, ita ut definitio Vitæ vegetalis explicet eſſentiam Vitæ plantarum, & ſeminum earum; ratio Vitæ brutalis exponat naturam brutorum, & ouorum, & ſpermatum eorundem; quidditas demum Vitæ humanæ aptetur Vitæ hominis tum perfecti, & actu; tum imperfecti, & in potentia, vti eſt ſemen, & Embrio, ſed forte analogice. B

Reſpirationem eſſe opus animæ ſentientis, non vegetalis. Cap. XX.

SED *& in eo a Clariſſimis viris diſſentire videmur, quod ſupra ſtatuimus reſpirationem eſſe functionem animæ ſentientis; quum duo præcipue ſuadeant ipſam eſſe quid prodiens ab anima vegetali; primum eſt, quia tota reſpirationis natura in eo* C *cõſtituta eſt, ut intro aer trahatur ad nutriẽdos ſpiritus vitales nuncupatos, ac vt foras expellantur fuliginoſa excrementa; ceterum vbique attractio alimenti, & excrementorũ expulſio functio eſt facultatis vegetatricis, quam naturalem appellant, non animalis, quæ*
2. de an. t. 34. & 42. *ſentiens eſt; ſiquidem vel ex ipſomet Ariſtotele alimentum eſt obiectum, circa quod verſantur facultates animæ vegetatricis, non item ſenſitricis; Reſpiratio itaque actio eſt vitæ vegetalis, non ſentientis. Alterum*

vero

A Vero eſt, quia hoc potiſsimum diſcrimine Vegetalis animæ operationes in animalibus diſterminantur a functionibus animæ ſentientis, quod omnis actio uitæ ſentientis non niſi ad nutum aut Appetitus in brutis animalibus, aut Voluntatis in homine obiri conſueuit; quia appetitus, atque uoluntas ius non habeant in actiones naturales, quæ a uegetali facultate prodeunt: quippe aſſumptum alimētum neceſſario, uelit, nolitque animal, nutrit, & auget; attractumque ſemen prolificum, etiā

B inuita fœmina, prolem nouam procreat: modo quum reſpiratio talis exiſtat, ſupra quam neque uolūtas, neque appetitus ullum obtinet imperium; quoniam reſpiramus dormientes citra omnem cognitionem; quum nihil appetere, ac uelle poſsimus, quod non cognoſcamus: Quinimmo etiam uigilantes reſpirationi ad libitum imperare nequimus: ſed uelimus, nolimus, reſpirare cogimur. Ita ergo ſatis conſtare uidetur reſpirationem non eſſe functionem uitæ ſentientis, ſed uegetalis. Verum his, ac ſi-

C milibus non obſtantibus, ab ijs ne latum quidem unguē diſcedendum eſſe putamus, quæ in ſuperioribus profeſsi ſumus, dum reſpirationem inter operationes uitæ ſentientis collocauimus procul a functionibus uitæ uegetalis; par eſt enim, quin & penitus neceſſarium actionem illam, qua homines, brutaque perfectiora diſſident a plantis, & ab animalibus inferioris conditionis, in eam facultatem referre, qua homo, brutaque digniora diſcrepant ab ignobilibus, & a plantis, & nullo modo in eam, qua cum ijs conuenire dicuntur: Reſpiratio itaque ſolis

perfectis animantibus a Natura conceſſa functio non A poteſt eſſe vegetalis animæ,quæ ſublunaribus animalibus,& plantis vniuerſis connata eſt; ſed bene ſentientis, qua priuantur ſtirpes; immo neque ſentientis in genere; ita enim omnia bruta vim reſpirandi obtinerent: at eius animæ tantum,qua ſpeciatim viuunt homines, & bruta perfectiora, quæcunque reſpirant: Cui ſane dogmati parum obeſt quod primo afferebatur, nempe Attractionem alimenti, & expulſionem excrementi eſſe functiones animæ vegetantis, non ſentientis; ac proinde reſpirationem, quæ nihil eſt aliud,quam & attra- B ctio aeris ad alendos ſpiritus,& expulſio fuliginoſi excrementi, eſſe actionem vegetalem, non animalem: Siquidem inprimis attractio alimenti,& expulſio excrementi duplex eſt; vna eſt propria, & alia communis: attractio ſane alimentorum communis ea eſt, qua forinſecus attrahitur alimētum intra corpus; propria vero eſt, qua vnaquæque portio intrinſecus attrahit pro ſui nutritione partem alimenti digeſti ſibi familiarem; C ita expulſio communis eſt ea, qua excrementa penitus extra corpus propelluntur; expulſio vero propria eſt ea, qua pars quælibet in digeſtione ſui alimenti a ſe excutit excrementa per coctionem ab eo ſegregata: modo attractio alimenti propria, & expulſio excrementorum propria bene eſt facultatis vegetalis, non ſenſitricis; aliter tamen de communi ſentiendum eſt; nanque aſſumptio cibi, potuſque exterioris manu, vel ore, voluntaria eſt, & omnino functio appetitus in animalibus; excretio

item

Digitized by Google

A item communis recrementorum extra corpus voluntaria, & ſecundum nutum appetitus eſſe poteſt: quoniam per notabile ſpacium temporis ad libitum retinere, ac reddere valemus alui, & veſicæ recrementa: Quum itaque reſpiratio attractio ſit alimenti exterioris, quã communem uocamus, & expulſio excremẽtorum item communis; ſane hinc neceſſario non ſequitur ipſam pertinere potius ad uitam uegetalem, quam ad ſenſitricem.

Deinde vero ſpeciatim, quod pertinet ad attractionem B alimenti, falſo aſſumitur in reſpiratione attrahi alimentum ſpirituum; tum quia reſpiratione attrahitur non niſi aer, aer autem alimentum non eſt: quippe alimentum miſtum corpus eſſe debet ex elementis, non elementum ſimplex, ſiue purum, ſiue impurum; ut notat Ariſtoteles: tum quia ſpiritus vere non aluntur; aluntur autem ſolum partes ſolidæ, non humores: ſunt enim ſpiritus humorum, ſiue ſanguinis portio tenuior: tum demum quia ſi alerentur ſpiritus, aere non alerentur; non C enim potis eſt aer immediate, & extra iecur (in quo fiunt omnes humores) in ſanguinem conuerti; eſt enim altio alimenti conuerſio in ſubſtantiam nutriti; ſunt autem ſpiritus, vt monebamus, pars ſanguinis tenuior: hinc ergo colligi non poteſt reſpirationem eſſe opus facultatis vegetalis: Et ſi quis obſtet aere ſpiritus vitales refici, quæ refocillatio nutritio quædam ſit; dic talem refocillationem improprie nimis nutritionem appellari, ac non eſſe vllo pacto functionem vitæ vegetalis, ad quam pertinet ſolum nutritio proprie dicta. Quod au-

2. de gen. t. 10. de ſen. & ſen. c. 4.

Digitized by Google

tem attinet ad expulſionem excrementi; diſtinguẽdum eſt de natura excrementi; quamuis enim quodcunque in animali aptum non eſt verti in ſubſtantiam corporis, excrementum recte appelletur; atque ideo fuligines, quæ non ſunt alendo corpori, eodem excrementi nomine nuncupari valeant; duabus tamen ſubſtantijs excrementi nomen præcipue adaptatur; altera eſt illa, quæ in digeſtione alimenti ab vtili ſucco ſegregatur; quam nuncupare poſſumus excrementum alimẽti; altera vero eſt illa, quæ citra digeſtionem a calore in aliqua materia nutritionem non concernente creatur; quam appellabimus excrementum ſimpliciter; modo ad facultatem animæ vegetalis pertinet quidem forſitan expulſio excrementorum alimenti; non tamen eius intereſt neceſſario expellere excrementum ſimpliciter; quum ergo fuligo ſit non alimenti, ſed excrementum ſimpliciter; ex eo, quod per expirationẽ a corpore propellitur, ideo reſpiratio dicenda non eſt actio facultatis vegetalis: At vero quid concedo expulſionem excrementorum alimẽti vni animæ vegetali? nonne ſemen animalium excrementũ eſt alimenti, vt docet Ariſtoteles; certum eſt tamen ſemen eiaculari tum in ſomno a phantaſia, tum in vigilia motu facto ſimiliter a phantaſia, vel appetitu; atque omnino a facultate animæ ſenſitricis, non vegetalis: Etſi ergo demus reſpirationem excrementa expellere, haud tamen protinus euincitur eam eſſe functionem facultatis vegetalis, vt quid a ſenſitrice contradiſtinctum; quare nihil efficit quod primo loco obijciebatur,

1. de gen. an. c. 18
2. de gen. an. c. 3.
3. de an. t. 48 & ſequen. de an. mot. c. 4.

Quod

Digitized by Google

A *Quod autem deinde opponitur, functiones animæ vegetalis eo potiſſimum differre ab operationibus animæ ſentientis; quod illarum nulla ſubiacet imperio voluntatis, & appetitus animalis; quibus hæ cunctæ parent; ac proinde reſpirationem, quæ voluntati, & appetitui ſubiecta non eſt, reponendam eſſe inter operationes vegetales, remouendamque ab ijs, quæ ab anima ſenſitrice prodeunt; non vna ratione tolli poteſt; primum quidẽ illud concedimus omnẽ actionem Vitæ ſentientis ſubie-*
B *ctam eſſe imperio appetitus; verum id recte intelligendum eſt: ſufficit enim actioni ab anima ſentiẽte prodeunti aliqua ratione obedire voluntati, & appetitui: quia duo quum ſint in Vita irrationali ab anima ſenſitrice prodeuntia functionum genera, nam aliæ ſunt omnino ad animalis Vitam neceſſariæ; aliæ vero ſunt ad bene eſſe: ſuper actiones ad bene eſſe voluntas, & appetitus obtinent imperium abſolutum, quia itas pro arbitrio edunt, adimuntque; ſiquidem ad libitum videre*
C *poſſumus, & non uidere, clauſis, vel recluſis oculis; progredi, & ſtare: at vero ſuper actiones illas, quæ non ad bene eſſe, verum aliqua ratione ſunt neceſſariæ ad eſſe ſimpliciter ſiue ad vitã animalis, non habet voluntas, nec appetitus totale dominiũ: ſic enim ad nutum haud poteſt ſemper animal dormire, aut vigilare; ſed aliquando inuito cogitur dormire, & aliquando uiciſſim uigilare: quamuis ſomnus, & vigilia pertineant ad Vitam irrationalem, vti & reſpiratio; quod abunde colligitur ex Ariſtotele: Quum itaque reſpiratio non mi-* de ſom. & vig.

nus

nus, quam ſomnus, & vigilia, neceſſaria ſit adeſſe ſimpliciter animalium perfectiorum, licet ab anima ſenſitrice pendeat, non eſt tamen penitus voluntati, & appetitui ſubiecta, illi tamen paret aliquantiſper, nempe vt ſubditi Dominis non habentibus poteſtatem ſanguinis; hi nanque domini ſubditos ad hoc, vel illud præſtandum cogere poſſunt, eos tamen occidere nequeunt; ſic voluntas, & appetitus reſpirationem crebram, & raram; magnam, & paruam; celerem, ac tardã efficere poßunt; eam tamen penitus euertere, ac radicitus extirpare nequeunt; nam ſupra eam non habent merum imperium, ac totale dominium, vt ſupra viſionem, progreſſionem, & huiuſmodi; falſo itaque aſſumitur, voluntatem, & appetitum nullum ſupra reſpirationem imperium obtinere; obtinet enim illud idem imperium, quod habere dicitur ſupra ſomnũ, & vigiliam; immo maius, quod habere conſtat ſupra motum palpebrarum, & ſupra illam motionem, qua ſaltatriculas moueri admonet Ariſtoteles, dum conuerſis membrorum officijs, pedibus manuum, & manibus pedum vice vtuntur; quum etenim nemo ambigat functiones iſtas eſſe proprias animæ ſenſitricis, nec pertinere vllo modo ad vegetalem, & eſſe quoquopacto ſubiectas imperio voluntatis, & appetitus, ut ſatis conſtat ex Ariſtotele, quamuis perſæpe, uelimus, nolimus, palpebras mouere inuiti cogamur; & ſaltatriculæ diu nequeant manibus pedum uice uti: Ex eo igitur, quod nequeat animal diu a reſpiratione uacare, ſed, uelit nolit,

7 mor. Eud. cap. 16.

ubi

A ubi pauliſper eam intermiſerit, denuo cogatur ipſa uti, nō poteſt colligi reſpirationem eſſe opus animæ uegetalis, non ſentientis; quaſi ſupra ipſamius non habeat appetitus, neque uoluntas? Præterea cur non dicamus uoluntatem, & appetitum totale dominium habere ſupra reſpirationem? detentionem namque ſpiritus ſpeciem quandam exercitationis eſſe luculenter oſtendit MERCVRIALIS honor Mineruæ: Addo non paucos fuiſſe homines, qui per totam ſui uitam pertinaciter co- B hibuere ſpiritum, ut refert Galenus, Plutarchus, & Hiſtorici fere omnes noſtræ tempeſtatis: At obijcies iſtos, qui anhelitum penitus cohibuere, non multo poſt tempore fatum obijſſe: ceterum id non tollit quod reſpirationis interceptio fuerit actio uoluntaria: nonne actio uoluntaria eſt, qua Lucretia pugione mortem ſibi conſciuit? non ne item actio erit uoluntaria, qua quis omne alimentum obſtinate renuens fame, aut ſiti ſeipſum interimat? cur ergo non ſit conſimiliter actio uoluntaria C qua quis ſpiritum cohibens ſemetipſum ſuffocat? Quod enim probare conabantur Aduerſarij reſpirationem uoluntati, & appetitui ſubiectam non eſſe eo, quia dormientes reſpiremus; quum nihil appetere, ac uelle poſſimus, quod non cognoſcamus; in ſomno autem cognitrices facultates omnes ferientur, ac uinctæ ſint, facile ſolui poteſt; nanque aliud eſt animal dormiens cognoſcere, aliud eſt ipſum animaduere ſe cognoſcere; ac ſane in ſomno animal non poteſt animaduertere ſe cognoſcere, quoniam animaduerſio hæc eſt uigilia, ſiue opus ſenſus com-

in Gymnaſt.

Lib. 2. de mot. mus. cap. 1. 6.

communis, cuius paſſio, & uinculum ſomnus eſt; at A
uero nihil prohibet in ſomno uigere facultates cognitrices, phantaſiam nimirum, & intellectum, qua dixi ſupra; quum autem ad appetitus, & uoluntatis functiones ſufficiat cognitio phantaſiæ, ac Intellectus, liquet iā reſpirationem in ſomno poſſe fieri ad nutum appetitus, & uoluntatis: Quod inde quoque apertum eſt tum quia dormientes plerique ambulant, & loquuntur; ambulatio uero & loquutio non eſt actio uitæ uegetalis, ſed ſentientis, & humanæ; tum potiſſimum quia conſpici- B
mus dormientes æſtate in cubili crura, & brachia iactare ad refrigerium captandum, & ubique punctos, ac uellicatos quouis modo, calcitrare, aliaue ratione qualibet moleſtiam a ſe excutere tentantes abſque eo quod ſomnum abrumpant; quæ motiones nulla in re pendent a facultate uegeta: Sic dormientes ad æſtum cordis temperandum, & ad arcendam ſuffocationem, reſpiratione utuntur, intro trahentes aeris refrigerium, & foras expellentes moleſtam ſibi fuliginem: Ex eo C
itaque, quod reſpiramus dormientes, haud colligi poteſt reſpirationem eſſe functionem facultatis uegetantis, non autem ſentientis.

1. de gen. an. c. [illegible]
2. de gen. an. c. 3.

Recte igitur collocauimus reſpirationem inter operationes Vitæ irrationalis, ſiue ſentientis.

Memo-

A

Memoriam eſſe habitum phantaſiæ, non potentiam animæ rationalis. Cap. XXI.

ILLVD *autem deinceps longe a ratione abeſſe videtur, quod memoriã in vniuerſum pertinere diximus ad vitam brutalẽ, ita vt in vita rationali agentes de humanis operationibus decerne-*
B *re non dubitauerimus memoriam in homine ſpeciatim non eſſe facultatem animæ rationalis, genere diſtinctam a memoria brutorum; ſed in vtriſque animalium differentijs eſſe habitum phantaſiæ; nam in primis apud Ariſtotelem in homine non tota anima, ſed intellectiua* 3. de an. t. 6.
eſt locus ſpecierum; at quod in nobis, quaſi locus, conſeruat ſpecies rerum cognitarum, illud neceſſario eſt memoria; igitur memoria in homine pertinet ad animam intellectiuam, non ad ſenſitricem, cuius facultas eſt phan-
C *taſia. Addunt Doctiſſimi viri homines recordari notionum, & rerum vniuerſalium; recordari vero abſolute eſſe officium ſolius memoriæ; atque ideo in nobis memoriam pertinere ad animam intellectiuam, quæ ſola pertingere poteſt vniuerſalia; non autem ad ſenſitiuam; quæ tota neceſſario circa particularia verſatur. Tertio ſubdunt, ſi anima ſenſitiua ſuæ memoriæ miniſterio poteſt recordari phantaſmatum, & cognitorum particularium; ſane multo potiori ratione Intellectrix anima, quæ ſenſitrice longe perfectior eſt, propriam obti-*

nebit memoriam, qua recordetur ſpecierum vniuerſalium. Sed addere poterant Ariſtotelem aperte adſcribentem memoriam animæ rationali: locus euidens eſt in Moralibus. Poſtremo autem inquiunt, Anima poſt mortem a corpore ſeparata, & a facultatibus ſenſitiuis abſoluta, recordatur eorum, quæ prius operata eſt, atque cognouit in vita hominis, dum eſſet adiuncta corpori; quare in anima hominis memoria non eſt quid pertinens ad facultates animæ ſentientis, quæ omnes in obitu hominis intereunt; ſed quidpiam attinens ad animam Intellectiuam, quæ ſola vel Ariſtoteli poſt mortem hominis remanet incorrupta, & in hominis interitu ab alijs animæ partibus ſeparatur, tãquam perpetuum a corruptibili. At vero his non obſtantibus, quicunque rei naturam diligentius introſpexerit, & Ariſtotelem accuratius expendere voluerit, longe aliter in propoſito ſentiendum eſſe comperiet; nam quemadmodum certum eſt hominem cum vniuerſo brutorum animalium genere vnius animæ ſenſitricis beneficio cõuenire in hoc, vt ſenſibilia externo ſenſu percipiat; cum animalibus vero e brutorũ genere perfectioribus in hoc alio, vt poſt ſenſationem exteriorem intus recipiat, receptamque retineat in phantaſia cognitionẽ de ſenſatis indiuiduis ſub nomine phantaſmatis; ita notum eſt ſatis hominum naturam ab irrationalibus animantibus vniuerſis in eo differre, quod ſolus homo e notionibus indiuiduorum in phantaſia reſeruatis miniſterio agentis Intellectus elicit ſpeciem vniuerſalem, veluti notionem communem mul-

tis

Marginal notes: A (beside line 1); 1. mag. mor. c. 6. (beside "in Moralibus"); B (beside "obitu hominis"); 12. meta. t. 17. 2. de an. t. 21. (beside "mam Intellectiuam"); 3. ... (beside "a corruptibili"); C (beside "genere vnius animæ")

Digitized by Google

A tis phantaſmatis, quam locat poſtea, & conſeruat in In-
tellectu poſſibili nuncupato, ea tamen eius beneficio pri-
mo loco intellecta: Quare ſicuti cognitio vniuerſalium
in Intellectu reſeruata dici conſueuit habitus Mentis,
ita prorſum notitia phantaſmatum, ſeu particularium
notionum in phantaſia exiſtentium vocatur habitus
Phantaſiæ: Et veluti habitus Mentis, quia Intellectus
cognoſcere poteſt verum, & falſum, in tria prima gene-
ra diuiditur; quorum vnum eſt falſitatis ſolummodò
B compos, & dicitur Error, ſiue Ignorantia praua; alterũ
eſt veri, falſique capax, & vocatur Opinio, ac Suſpi- 1 Poſt t. 44.
cio; tertium vero ſolius veritatis particeps, & ab Ari- 6. æthic. c. 3.
ſtotele ſubdiuiditur in quinque ſpecies, quæ appellantur
ſigillatim nomine proprio Ars, Prudentia, Sapientia,
Scientia, & Intellectus; ita quoniam Phantaſia nõ co-
gnoſcit veritatem, nec falſitatem; nõ enim componit, aut
diuidit prædicationem cum complexione faciens; ſed
vbique circa incomplexa verſatur, quum ſit facultas
C animæ ſentientis; iccirco habitus phantaſiæ vnus eſt,
quem nomine proprio Memoriam vocamus: Ac tandẽ
veluti retinere in Mente habitum opinionis dicitur opi-
nari, retinere habitum ſcientiæ nuncupatur ſcire, retine-
re habitum ſapientiæ appellatur ſapere, & conſimiliter
de alijs ab vnoquoque habitu denominatione ſumpta
ſuæ permanſionis in propria facultate; pari ratione reti-
nere notitiam ſingularium in phantaſia nomine proprio
dici conſueuit recordari, & meminiſſe: Quæ omnia fu-
iſſe ſuperius. Quare bene Ariſtoteles alicubi omnia 2. Poſter. c. vlt.

Digitized by Google

iſta contemplatus pronunciauit Animalia ſubcæleſtia cuncta in eo conuenire, quod habent congenitam potentiam iudicatiuam, quam uocant Senſum; differre autẽ, quoniam in aliquibus non ſit permanſio ſenſati, vt in brutis imperfectioribus, quæ nullam habent aliam cognitionem, præter ipſum ſentire externum, cum pura eius animaduerſione; nam ſentiendo ſimul ſentiunt ſe ſentire; in aliquibus vero ſit intra animam permanſio ſenſati; & quum multa ſenſata in his coaceruentur in anima, in alijs quidem animalibus ex talibus ſenſatorum permanentium in anima notionibus non ſit vlla ratio, cuiuſmodi ſunt bruta, quæ ſunt penitus irrationalia; in alijs vero ex permanſione ſenſatorum in phantaſia fieri ratio conſueuit, vti ſunt homines, qui ſunt rationis compotes: Ex ſenſu quidem igitur exteriori ſit habitus ſenſati permanens in phantaſia, qui dicitur memoria; ex memoria vero, quæ plerunque eiuſdem ſit, hoc eſt, vt alibi ſcripſerat ipſe idem A B

2.Poſt.t.44. *Ariſtoteles, ex pluribus ſingularibus, aut ex vno ſingulari multoties cognito, ſeu conſiderato ſit vniuerſale, quod appellatur experientia; multæ nanque memoriæ numero experientia vna eſt; ſeu experientia vna, quæ eſt notio communis, & ratio vniuerſalis, continet in ſe notitiam multorum ſingularium, ſeu ex notione multorum ſingularium exoritur: ſed experientia iſta vel ex omni quieſcente vniuerſali in anima, vel vno præter multa, quod vtique in omnibus vnum ſit illis idem, eſt artis principium, & ſcientiæ; hoc eſt, quia vniuerſalis* C

lis

A *liſ naturâ poteſt conſiderari tum prout ope Mentis abſtracta eſt a notionibus ſingularium, & vocatur vniuerſale præter multa; quaſi abſtractum a multis: tum prout reipſa fundamentum habet in particularibus: ideo experientia, ſiue vniuerſalis notio aut accepta ex quocunque vniuerſali in anima quieſcente ab opere abſtractionis, hoc eſt, illud conſiderando prout habet fundamentum in ſingularibus, quod vniuerſale in multis appellatur; aut etiam accepta ex vniuerſali ope Men-*
B *tis abſtracto e multis ſingularibus, ſiue conſiderato præter cõtemplationem multorum ſingularium; quod vniuerſale idem vnum commune eſſe dicitur omnibus illis ſingularibus, e quibus abſtractum eſt; experientia inquam, quæ eſt notitia vniuerſalis aut in multis, aut præter multa, vt diximus, eſt principium artis, & ſcientiæ; artis quidem, ſi notitia illa vniuerſalis, quam uocamus experientiam, ſit de rebus quatenus reſpiciunt ipſum fieri, ſiue generationem alicuius operis;*
C *ars enim tendit ad conſtitutionem, ac generationem noui operis, quæ proprio uocabulo appellatur effectio; vnde Ars apud Ariſtotelé definitur eſſe habitus cum ratione recta effectiuus: eſt autem prædicta experientia principium ſcientiæ, ſi notitia eadem vniuerſalis experimenti nomine appellata, ſit de rebus, quatenus reſpiciunt ipſum eſſe; ſcientia enim terminatur ipſo eſſe, non fieri: Hæc omnia ex Ariſtotele habemus non vno in loco apertiſſima. Memoria igitur eſt habitus phantaſiæ, qui dicitur notitia phantaſmatum, ſiue notitia*

[margin: 6. æthic. cap. 4; 2. Poſt. t. 27.; 1. meta. t. 1.]

ſin-

ſingularium ſeruata in phantaſia; quod alibi etiam A
de mem. & rem. cap. 1. perſpicuis verbis docuit nos Ariſtoteles inquiẽs Memoriam eſſe neque ſenſum, neque exiſtimationem, ſed horum alicuius aut habitum, aut paſſionem, quum factum fuerit tempus; & paullo poſt admonens Memoriam eſſe habitũ phantaſmatis vt imaginis in eo ſenſu,
de mem. & rem. cap. 2. quo tempus ſentimus. Ex habitis ergo liquido iam conſtare poteſt quod Memoria eſt habitus phantaſiæ continens cognitionem ſingularium, perinde ac Opinio, ſuſpicio, ignorantia craſſa, ſcientia, ſapientia, Intellectus, & Ars habitus ſunt humanæ Mentis complectentes cognitionem vniuerſalium in Intellectu exiſtentium: & qua ratione phantaſia eſt locus phantaſmatum eadem prorſum Intellectus eſt locus ſpecierum vni- B
de ortan. hu. uerſalium; vt abunde alias oſtendimus: locus inquam
Plat in Timæ. Ariſt. 4 phy. t. 14. 15. metaphorice, eo ſore modo, quo ab Antiquis materia dicebatur locus formarum; dum enim retinet, ac ſeruat Mens notitiam ſpecierum vniuerſalium, & phantaſia notionem phantaſmatum, utraque uidetur æmulari C naturam loci cuius proprium eſt continere, & conſeruare in ſe locata: Et demum ueluti retinere notitiam ſpecierum uniuerſalium in Intellectu dici conſueuit Opinari, ſcire, ſapere, & huiuſmodi, ubique ſumpta denominatione ab eo habitu, cuius permanſio conſideratur, ſic retinere notitiam ſingularium in phantaſia uocatur proprie recordari, & meminiſſe; Vnde qui hominum plura ſingularia uel ſemel tantum ſenſu aliquo percepta, ſtatim, & poſt multum tempus etiam ada-

muſſim

A *muſſim referre poßunt, ij memoria inſignes habentur; qui uero multorum Vniuerſalium notitiam in mente gerunt, hi ſapientes, vel ſcientes, vel intelligentes, vel prudentes, uel periti artifices exiſtunt, prout vniuerſalis illa notitia reſpicit vario modo vel actiones hominũ, uel rerum nouarum effectiones, vel rerum eſſentiæ puram contemplationem; vt ſatis explicatum fuit ſuo loco in ſuperioribus; tantumque abſunt iſti Mentis habitus, ab habitu phantaſiæ, vt plerunque ſint immemores, ac*

B *valde imbecillis memoriæ qui multa vniuerſalia cognoſcentes ingenio pollent, docti, & ſapientes exiſtunt; in ijs enim accidit, quod alicubi obſeruat Ariſtoteles,* 1. Poſt. t. 30. *vt anima circa vniuerſalia occupata ſingularia neſciat, & hoc quia ea non animaduertat; licet Sapientes, & alij, qui pollent ingenio, longe valeãt facultate reminiſcendi, qua cito, velocique mentis diſcurſu facto etiã circa phantaſmata quædam adhuc in phantaſia reſeruata, cætera obliuione deperdita recuperant: quod adno-* de mem. & rem. cap. 1.

C *tat Ariſtoteles alicubi quum ex aduerſo qui multũ pollent memoria, frequenter hebetis, ac tardi ſint ingenij, & obſcuræ, ac exilis reminiſcentiæ; vti admonet ibidẽ Ariſtoteles. Sed iſta omnia late ſuperius explicauimus agentes de actionibus Vitæ brutalis. His ita nunc præmeditatis, difficile non erit obiecta diluere; quod etenim primo loco afferebatur, Id quod in nobis conſeruat ſpecies, quaſi locus eſt memoria; ſed anima Intellectiua, non ſentiens, in homine eſt locus ſpecierum; ergo in homine memoria pertinet ad animam rationalẽ,*

non

non ad ſentientem; argumentum hoc falſo aſſumit memoriam conſeruare ſpecies, quæ ſunt vniuerſales; memoria enim neceſſario reſpicit conditionem indiuidualem temporis, vt animaduertit Ariſtoteles; a qua tēporis conditione abſtrahunt vniuerſæ ſpecies vniuerſales, quæcunque in Intellectu reſident, velut in loco; Intellectus enim, qui ſpecies conſeruat quaſi locus, eſt poſſibilis; at in Intellectu poſſibili nihil eſſe poteſt, quod prius agētis Intellectus actionē expertū non fuerit; verū agentis Intellectus actio eſt depurare phantaſmata, hoc eſt denudare ſpecies indutas conditionibus materiæ, inter quas præcipua eſt conditio temporis; quæ conditiones materiales, & indiuiduantes appellatæ neceſſario ueſtiunt quamlibet ſpeciem ſingularem ſub nomine phātaſmatis in phantaſia conſeruatam. Præterea in allata obiectione falſo aſſumitur memoriam conſeruare ſpecies, more loci; nanque officium memoriæ non eſt conſeruare, ſed eius proprium eſt conſeruari, quaſi locatū; quum ſit habitus, & cognitio quædam, non autem facultas aliqua habitum in ſe habens, cuiuſmodi eſt phātaſia, cuius uere proprium eſt conſeruare phantaſmata, ſiue ſingularium notitiam ſemel acquiſitam. Quod autem ſecundo proponebatur, Homines beneficio memoriæ recordari vniuerſalium; quum vero facultates animæ ſenſitricis nō obtineāt ius in uniuerſalibus, quæ ſoli Menti ſubiacēt; propterea fieri vt memoria in homine nō pertineat ad ſenſū, ſed ad Intellectū ſoluitur itē eo quia falſo aſſumit homines beneficio memoriæ recor-

de men & rem. cap. 1. 2.

A B C

dari

A dari rerũ uniuerſaliũ; quoniã recordamur, & memoriã habere dicimur eorũ ſolummodo, quæ habent conditionẽ temporis adnexam; vti conſtat ex Ariſtotele definiente memoriam eſſe habitum, aut paßionem ſenſus, aut exiſtimationis, quæ alio nomine dicitur phantaſia, quũ factum fuerit tempus: vel etiam (quod idem eſt penitus) memoriam eſſe habitum phantaſmatis, vt imaginis in primo ſenſorio in nobis, quo tempus ſentimus; talia vero, quæ temporis conditionem obtinent, ſingularia B ſunt; quippe vniuerſalia cũcta Mentis ope abſtracta, & ſegregata ſunt a conditionibus temporis, & alijs, quas indiuiduantes appellant: ſed habitus notionum vniuerſalium, quos in Mente gerimus ſub ſpeciebus intelligibilibus nuncupatis, ſunt ſuſpicio, Ignorantia prauæ diſpoſitionis, opinio, & quinque illi vulgati apud Ariſtotelem Ars, Prudentia, Sapientia, Scientia, & Intellectus, non Memoria; meminimus etenim ſolummodo ſingularium; vniuerſalium autem non proprie re- C cordamur; ſed eorum habemus aut opinionẽ, aut ſcientiam, aut ſapientiam, aut alia huiuſmodi: Alioquin ſi memoria eſſet item vniuerſalium, quemadmodũ obijciunt Clarißimi viri, quum apertum ſit nos recordari ſingularium; duas proculdubio nobis ineſſe memorias fateri cogerentur; alteram ſenſitiuam, cuius intereſſet notitia phantaſmatum, ſiue recordatio ſingularium, alteram vero Intellectiuam, qua poſſemus meminiſſe vniuerſalium: Sed hoc non auſim ego decernere; quum videam uniuerſalium non eſſe memoriam, nec recordatio-

de mem. & rem. c. 1. & 6.

6 æthic. c. 3.

OOOO nem,

nem, at ſolum opinionem, aut artem, aut ſcientiam, aut huiuſmodi alia quæ dicuntur habitus Intellectus: Dicam potius in homine reperiri cunctas illas perfectiones genericas eiuſdem conditionis, quæcunque ſunt in brutis perfectioribus; genericas inquam non ſolum genere logico, ſed etiam genere phyſico; communicant etenim genere proximo, & vniuoco logico quidem homo, & brutum ſimpliciter; phyſico autem homo, & brutū perfectioris naturæ: Quocirca quemadmodū homo a brutis non differt viſu, auditu, olfactu, guſtu, tactu, ſenſu communi, phantaſia, & huiuſmodi alijs, quæ communia ſunt vtrique naturæ, propterea quod propria ſunt generis illius, quo vtraque ſpecies communicare dicitur; neque item homo a brutis perfectioribus differre debet in memoria; communia ſiquidem vniuoca ſimiliter participari debent cum ſuis paſſionibus, & attributis a ſingulis inferioribus; animalis autem ea differentia ſeu ſpecies, ac genus phyſicum, cuius attributum eſt memoria, vniuoce ineſt homini, & brutis perfectioribus eiuſdem rationis itaque memoria in nobis eſt, atque in brutis illis animalibus, quæ ipſam obtinuere. Quod autem deinceps obycitur, ſi anima ſenſitiua poteſt per ſuam memoriam recordari phantaſmatum; ergo anima Intellectiua, quæ longe perfectior eſt, propriam ſibi memoriam habebit, per quam ſpecierum, & vniuerſalium recordari valeat, non concludit, quoniam falſo itē accipit vniuerſalium eſſe recordationem, & memoriā; quum ex aduerſo hæc ſingularium ſolummodo eſſe valeat:

A leat: Quia vero rationalis anima longe præſtantiorem naturam adepta eſt, quam ſenſitiua propterea factum eſt, vt quod in anima ſenſitiua eſt habitus phantaſmatum, dicatur Memoria, & huius habitus permanſio in phantaſia, ſiue hunc habitum retinere, vocetur meminiſſe, ac recordatio: At quod in anima Intellectiua eſt habitus ſpecierum, & vniuerſalium, more uulgi vocari non debet ſimiliter memoria, ſed nomine proprio vel opinio, vel Ars, vel Prudentia, vel Sapientia, vel Sci-
B entia, vel huiuſmodi aliud; iſtorum autem habituum permanſio in Intellectu, ſiue hos habitus in Mente retinere nuncupatur, haud quidem (vt vulgus facit officij ſimilitudine deceptum rerum diuerſitatem non animaduertens) recordari, aut meminiſſe; at nomine proprio ab vnoquoque propoſitorum habituũ denominatione ſumpta, nuncupetur inquam vel ſuſpicari, vel ignorare, ſeu decipi, ac errare, vel opinari, vel ſapere, vel ſcire, vel intelligere, ſiue intelligentem eſſe, vel prudentem, vel ar-
C tificem, vt Medicum, Pictorem, & id generis: Qui ſane habitus Mentis, & eorum permanſiones, ſiue retentiones in animo, multo perfectiores exiſtunt habitu phantaſiæ, qui dicitur memoria, & permanſione, ſeu retentione ipſius, quæ meminiſſe, ac recordari appellatur; etſi quandam interſe habeant analogiam, & proportionem. Quod vero deinceps afferebatur ex Ariſtotele alicubi memoriam connumerante inter opera, quæ oriuntur ab anima rationis participe, illamque ſegregãte prorſum ab operibus animæ ſenſualis, ſeu ratione va- 1. mag mor. c 6.

cantis,ex qua virtutes exoriri admonet; magnam quidem vim habere videtur in propoſito; ſed ſi conſideremus hunc non eſſe locum, in quo de memoria ex profeſſo agat Ariſtoteles,quum alibi dedita opera de hac re tractans fuſe demonſtrauerit in opere proprio Memoriam eſſe habitum phantaſiæ, paruifacienda eſt allata obiectio; & eo magis, quo ipſemet Ariſtoteles ore proprio fatetur ibi ſe de anima loqui rudi Minerua,ipſius non exactam diſtinctionem afferendo; quippe hoc ad aliam conſiderationem pertineat; ſufficit autem ſibi quodam modo ipſam diſtribuiſſe, qui multo prius admonuerat exactam cuiuſque rei tractationem non ſimili modo in unoquoque genere exquirendam eſſe; quoniam eruditi eſt eatenus exquiſitam tractationem requirere., quatenus patitur ſubiecta materia; haud igitur conferendus eſt locus e Magnis moralibus deſumptus cum ijs, quæ de memoria conſulto profeſſus eſt Ariſtoteles in proprio tractatu De Memoria, & Reminiſcentia *inſcripto. Quod autem poſtremo afferebatur, Anima rationalis poſt mortem a corpore ſeparata, & ab omnibus facultatibus ſenſitiuis abſoluta, recordatur eorum, quæ prius operata eſt, atque cognouit in uita hominis, dum eſſet adiuncta corpori; ergo in anima hominis memoria, cuius proprium eſt recordari, non eſt quid pertinens ad facultates animæ ſentientis, quæ omnes obliterantur ad hominis interitum; ſed quiddam attinens ad animam Intellectiuam, quæ ſola uel Ariſtoteli poſt mortẽ remanet, atque in morte*

[Margin notes: de mem. & rem. c. 1. 2. — 1. mag. mor. c. 6. — 1 æthic. cap 3. — 12. meta t. 17. 2. de an. t. 11.]

A B C

te

A *te hominis ab alijs humanæ animæ partibus ſeparatur, tanquam immortale a corruptibili; tollitur bifariam; In primis enim falſum eſt quod in antecedēte aſſeritur, animam poſt mortem a corpore ſeparatam proprie recordari, & meminiſſe illorum, quæ prius in Vita geſſerat corpori adiuncta; nam recordatio, & memoria eſſe nequit, niſi rerum ſingularium; in anima uero intellectiua non ſunt niſi ſpecies communes, & habitus uniuerſales: quorum non eſt recordatio, ſed opinio, vel ars,*
B *vel ſcientia, uel huiuſmodi quid præter memoriam; cuius rei, ne repetam allatas rationes in ſuperioribus, hoc erit ſignum euidentiſſimum, quod eius tantummodo recordatio, ac memoria eſſe poteſt, cuius amiſſio eſt proprie obliuio; ceterum ex Ariſtotele amiſſio diſciplinarum quæ ſunt notitiæ rerum vniuerſalium, non eſt reuera id, quod obliuionem appellamus: quare vniuerſalium non eſt memoria, ſed ſingularium, quorum & obliuio: ſingularium itaque notitiæ, quia ſeruari ſolent* 8. top. cap. 2. loc. 28.
C *in phantaſia, non in mente, cum animæ ſentientis corruptione omnes, moriente homine, corrumpuntur: Atque hoc illud eſt, quod obſeruat aliquando Ariſtoteles inquiens corrupto homine Intellectum a corpore ſeparatum non meminiſſe, neque odiſſe, quia tales operationes non ſunt functiones propriæ Intellectus, ſed facultatis cuiuſdam corruptibilis, cuius operatio communicat cum corpore, veluti eſt phantaſia, & omnino anima ſentiens: Et ſane huc ea quoque ſpectant, quæ alibi profeſſus eſt idem Ariſtoteles inquiens corruptis animali-* 1. de an. t. 66. de long. & breuit. cap. 2.

bus

bus corrumpi & ſcientiam, quæ in animalibus. A

Deinde uero ſi nomine recordationis ſermo ſit de reminiſcentia, falſo dicitur, Mentem poſt mortem hominis a corpore ſeiunctam reminiſci eorum, quorum antea quouis modo fuerit oblita; namque Mens hominis a corpore ſeparata, vbi habitus ſemel amiſerit, eos non poteſt amplius ex ſe recuperare; nanque ſi via vlla ad eos recuperandos reperiri poßet, ea eſſet profecto per reminiſcentiam; atuero Mens a materia, & corpore ſeiuncta reminiſci nullo pacto valet, ob rationes allatas B *in ſuperioribus, dum ageremus de Vita humana; Quibus duas alias in præſenti addere liceat; prima eſt quia*

3. de an. t. 20. *ex Ariſtotele, Intellectus hominum tunc ſolum eſt id, quod eſt, & immortalis, ac perpetuus, quãdo a materia eſt ſeparatus; tunc autem non poteſt reminiſci, quia reminiſcentia quum ſit diſcurſus, et ſyllogiſmus quidam, pertinet ad Intellectum poßibile, quem paſſiuum appellat, quia intelligit patiendo, ideſt repreſentando ſibi ipſi per ſpecies præſentes naturã, ſeu quidditatẽ rerũ intelli-* C *gendarũ, vt antea oſtendimus abunde; ſine quo paſſiuo intellectu nequit homo quidpiam cum diſcurſu intelligere, ac proinde abſque illo nequit reminiſci; quum uero paſſiuus hic intellectus, qua paſſiuus eſt, in morte hominis intereat, nã ſeparata Mens nõ amplius intelligit cum diſcurſu, aut repreſentando ſibi obiecta, & ita patiendo; ideo poſt mortem reminiſci non poſſumus; etſi enim permaneat Intellectus poſt mortem hominis, non tamen amplius diſcurrit, ac intelligit patiendo, ſed me-*

re

A *re agendo; quo nomine aliquando Intellectus dicitur corruptibilis, nempe qua paſſiuus eſt; alias immortalis, nempe ut agens: paſſiui etenim Intellectus corruptio nõ eſt trãſitus ad non ens, ſed ad eſſe perfectius. Deinde reminiſcentia eſt motus diſcurſiuus ab Intellectu factus circa phantaſmata, ut admonet Ariſtoteles, & omnino circa particularia inuoluta conditionibus temporis, & alijs, quas indiuiduales appellant; quia ubi uniuerſalia ex animo exciderint, in eo ignorantiam* de mem. & rem. cap. ult.
B *ponunt, non obliuionem; & nequeunt uere per reminiſcentiam recuperari, quoniam reminiſcentia eſt obliторum, & ſingularium tantummodo; nequeunt inquam uniuerſalia ab Intellectu deleta per reminiſentiam recuperari, hoc eſt per diſcurſum, ſine illatione neceſſaria, & euidenti cõſequutione, ſeu dependentia unius ex alio & huius ex alio, uſquequo ad ultimum illud, quod inquirimus, peruentum fuerit; ſed uniuerſalia ſemel amiſſa per inuentionem, uel etiam per traditionem, ad-*
C *diſcuntur de nouo ex cauſsis ſuis per uerum ſyllogiſmũ, ac diſcurſum logicum: Quum autem poſt mortem hominis intellectui a materia ſeparato præſto eſſe nequeãt phantaſmata ulla, ut quæ omnia ſimul cum phantaſia, in qua ſeruabantur, obeunte homine, ad interitum animæ ſentientis obliterata ſunt; propterea Mens a corpore ſeparata reminiſci nequit ulla ratione, quum careat obiecto, circa quod fieri neceſſe eſt reminiſcentiã.*

Memoria igitur eſt habitus phantaſiæ, non autem potentia rationalis animæ.

Quomodo

A

Quomodo ex Ariſtotele anima rationalis ſit forma informans, & immortalis; & vtrum dari valeat infinitum in actu; & Mundum nõ poſſe poni ab æterno, phyſice loquẽdo. Cap. XXII.

CETERVM *& illud ab Ariſtotelis doctrina plurimum diſcedere videtur, quod in ſuperioribus definientes vitam humanam eſſe naturalem corporis* B *noſtri, & animæ humanæ coexiſtentiam, quam informationem uocant, aperte ſuppoſuimus animam rationalem eſſe formam informantem: ſed hoc non dici ad aures Ariſtotelis inde patere poteſt, quia ſi rationalis anima eſſet corporis forma informans, proculdubio vnicuique hominum propriam animam a cuiuſque alterius hominis anima diſtinctam contigiſſe* 12 meta.t.17. *oporteret; quum autem Ariſtoteli poteſt hominis obitum rationalis anima ſuperſit immortalis; quum hactenus* C 8. phys. *(Mundo exiſtẽte ab æterno, iuxta dogmata Peripati) et orti, et mortui ſint homines infiniti; et proinde infinitis iam tẽporibus elapſis, & in eorum quolibet nouis Mentibus tum in generatione hominũ creatis, tum quoque in eorum interitu a materia ſeparatis; hinc ſane fieret vt nunc actu in Mũdo exiſterẽt infinitæ animæ mortuorum hominum; Verumenimuero qui nullo pacto concedit infinitũ actu, potiſſimũ in numero, tũ quia quælibet numeri ſpecies vltima vnitate determinatur, ueluti*

forma;

Digitized by Google

A *forma; tũ quia numerus propria natura menſurabilis eſt; tum demum quia rerum numerus infinitus locum infinitum poſtulat, quem in Mundo nemo poteſt agnoſcere; qui non concedit inquam infinitum actu, nec etiã concedere poterit Ariſtoteleus animam Intellectiuam, quæ immortalis eſt, formam eſſe informantem; quare nec Mentes hominum ad eorum multitudinem æqualiter multiplicari; ſed potius exiſtimabit conſtitutum fuiſſe ab æterno determinatum rationalium animarum*
B *numerum; quæ ſolæ uarijs temporibus uniuerſo hominum cœtui aſſiſtant, ad hominum uiciſsitudinem qualibet illarum ex hoc in illud corpus, non quidem promiſcue, ut male rebatur Pythagoreorum ſchola, decernẽs hominum animas in belluarum corpora transmigrare; ſed præciſe ſolum ex humano corpore hoc in aliud humanum corpus commeante, atque ita continuam hominum generationem conſeruante. At uero his non obſtantibus, a propoſita ſententia in ſuperiori libro diſce-*
C *dendum non eſt multis nominibus; in primis enim dato, & non conceſſo, Ariſtoteli animam rationalem eſſe formam aſsiſtentem, non informantem, nihil tamen hoc nobis officit, qui Ariſtotelis opinionem de natura uitæ in primo libro mancam eſſe demonſtrauimus; quiue in ſecundo ex natura rei, ſententiæ Ariſtotelis non addicti philoſophamur. Deinde falſo aſſumitur Ariſtotelem cenſuiſſe rationalem animam eſſe formam aſsiſtentem, non informantem; nanque oppoſitam eſſe Ariſtotelis opinionem illud apertum facit, quod promulgata de-*

finitione communi omni animæ, vegetali nimirum, ſen- A
2 de an t.6. *tienti, ac rationali, per hæc verba, Actus primus corporis naturalis organici, eam poſtea repudiauit non ni-*
2 de an. t.11. *ſi, quoniam actus primus eſt commune quiddam formæ informanti, & aſſiſtenti; quod eſt clare ſupponere omnem animam ſublunarem (quare & rationalē, de qua præcipue in eo volumine tractatur) eſſe formam informantem, ac non aſſiſtentem: Alioquin ſi exiſtimaſſet Ariſtoteles in animarum genere vegetam, & ſentientē formas eſſe informantes, rationalē vero aßiſtentem, af-* B *ferens definitionē communē omnibus iſtis animis optime vſus fuiſſet nomine Actus primi, prout cōmune quiddam eſt formæ informanti, & aßiſtenti neque vllo pacto allatam definitionem culpauiſſet. Nec obſtat ex poſitione noſtra fieri vt ponere oporteat infinitum actu, quod negat Ariſtoteles, & rationi aduerſatur; nam etſi Ariſtoteles, & ratio dictat in Mundo, qui corpus eſt finitæ magnitudinis, contineri non poſſe infinitā actu aut magnitudinem, aut multitudinem ſenſibilem, at-* C *que corpoream; quippe iſta locum poſtulat immenſum, vt obijcitur; nihil tamen prohibet in Mundo reperiri poſſe multitudinem actu infinitam rerum intelligibilium, & incorporearum; quoniam iſtæ non occupant*
3. phy. t 39. *locum vllum: Quin & Ariſtoteles ipſe aperte concedit rerum intelligibilium numerum eſſe infinitum; negat autem multitudinem infinitam rerum corporearum, & ſenſibilium; ceterum rationales animæ ſeparatæ incorporeæ ſunt, & inſenſibiles; nihil ergo prohibet*

eas

Digitized by Google

A *eas eſſe infinitas. Quod autem obijcitur Ariſtotelem
penitus negare infinitum in actu, potiſſimum in nume-
ro, falſum eſt omnino; nam oppoſitum ſepius inculcat
Ariſtoteles, tum vbi colligit pro abſurdo magnitudi-* 3 phy. t. 56.
*nem non eſſe diuiſibilem in magnitudines, & numerum
non eſſe infinitum; tum vbi ſcribit infinitum nedum* 3 phy. t. 59.
potentia eſſe, verum etiam actu; tum vbi admittere 3. phy. t. 39.
*videtur infinitum in rebus mathematicis, & intelligi-
bilibus, vt puta in numeris; tũ vbi clare concedit nu-* 3. meta t. 20.
B *merum incommenſurabilem, ac proinde infinitum; nam
quilibet numerus finitus alteri finito comparatus illi eſt
commenſurabilis, ſiue habet ad illum aliquam propor-
tionem; at collatus numero infinito vterque vtrique
incommenſurabilis eſt; quippe infiniti ad finitum nul-
la eſt proportio, nullaque viciſſim analogia eſt finiti ad* 3. meta. t. 12.
infinitum; tum denique vbi abſolute fatetur res nu- 11 meta. c. 2.
mero infinitas eſſe, ſeu ſingularia infinita eſſe, ac pro- 1. eth. nic. cap. 1. 1. rhetor. c. 2.
pterea non poſſe ſcientia contineri: Sed & ipſa rei na-
C *tura palam facit non repugnare numero naturam in-
finiti; ſi nanque infinitum illud eſſe dicitur, vel in Pe-* 3 phy t. 63.
*ripato, cuius ſecundum quantitatem accipientibus ſem
per aliquid accipere eſt extra; quis non videt nume-
rum tale quid eſſe? Quod enim primum opponebatur,
numerum in eſſe conſtitui, ac ſpecificari per vltimam
vnitatem, veluti per formam, ſeu differentiam eſſen-
tialem; ac proinde illi repugnare infinitum eſſe; bifa-
riam tollitur, primo quia numero animarum antehac
ab humanis corporibus ſeparatarum tribuet quidem*

Ariſtoteles, cui Mundus eſt ab æterno, vltimam vnitatem, ſed non primam; nam dicitur hic numerus infinitus a parte ante, vt tempus præteritum, non a parte poſt, in qua obtinens vltimam vnitatem reipſa finitus eſſe dicitur: Non ergo numerus infinitus dici non debet, quia illi neceſſaria ſit vltima vnitas, quum numerus infinitus vltimam vnitatem habere valeat: Deinde quia numerus, qui conſtituitur in eſſe per vltimam vnitatem, non eſt numerus generatim acceptus, ſed numerus finitus; quum numerus infinitus conſtituatur in eſſe per negationem extremæ vnitatis; perinde ac brutum per negationem rationis; definitur enim eſſe animal irrationale. Quod affertur ſecundo loco, nempe de ratione numeri eſſe, vt ſit numerabilis, ac proinde finitus; quippe infinitum numerari nequit; triplici ratione tollitur; & primum quia neceſſaria non eſt illa propoſitio, numerus ſecundum ſe eſt menſurabilis, ſed Logica, vt monet Ariſtoteles, hoc eſt, Dialectica, & probabilis; quod eſt dictu, indefinita, quæ particulari æquipolleat, non vniuerſali; nam aperte alibi fatetur Ariſtoteles dari numerum incommenſurabilem, ac proinde immenſurabilem, vt nuper oſtendimus: Deinde vero numerus dum dicitur eſſe ſecundum ſeipſum menſurabilis, talis dicitur abſolute, non præciſe menſurabilis ab homine, aut a quouis alio; modo numerus infinitus etſi a nobis, qui virtutis ſumus terminatæ, numerari nequit, a Deo tamen, cuius vis eſt infinita, cur numerari non poterit? hoc enim illi ſufficit

A

B

3.phy.t.40.41.

C

5.meta.t.20.

ad

A *ad hoc ut numerabilis eſſe dicatur; Non ergo ideo numerus finitus eſſe debet, quia ſecundum ſe ſit numerabilis: quum & infinitus abſolute numerari valeat: Poſtremo numerum eſſe numerabilem contingit bifariam, nempe aut ſecundum totum, aut ſecundum partes; eſto quod numerus infinitus numerari nequeat ſecundum totum: quid prohibebit ipſum numerari poſſe ſecundum partes, ac proinde ſecundum ſe dici numerabilem? ita enim tempus, quod Ariſtoteli eſt infinitum, a nobis men-*
B *ſuratur ſecundum partes, ſi non ſecundum totum; par eſt ſiquidem haud alia ratione numerum eſſe numerabilem, quam ea qua tempus eſt menſurabile; menſuratur uero tempus a nobis ipſo motu, potiſſimũ cæleſti, quin ex Ariſtotele motus eſt menſura temporis, & viciſſim tempus eſt menſura motus.* 4 phy paſſim. *Præterea eſto abſurdum in Mundo ponere multitudinem rerum infinitam; nos certe de hoc non debemus eſſe ſolliciti; quippe tale inconueniens proprie non ſequitur ad poſitionem*
C *noſtram; quod anima rationalis ſit forma informans, ſed ſimpliciter, ac immediate colligitur ex Ariſtotelis placito, puta quod Mundus ſit ab æterno; eſto enim anima non informans, ſed aſſiſtens, nihilominus ex æternitate Mũdi ſequitur dari multitudinem actu infinitam & animarum, & rerum aliarum: Animarum quidem; quia ſi aliquando Ariſtoteli ex numero cæleſtiũ* 12 meta t. 43. & ſequen. *ſphærarum arguere placuit parem numerum Intelligẽtiarum illis aſſiſtentium; cur de mente Ariſtotelis ex numero corporum humanorum, quæ Mundi æternita-*

te poſita, ſunt infinita, infinitas pariter animas rationa- A
les non colligamus? Quod enim dicitur Ariſtotelem cē-
ſuiſſe ab eterno animas in quodam numero determinato
creatas, nunc varia corpora ſemper ingrediendo infini-
tam hominū generationē admoliri, falſum eſt penitus,
vt mox oſtendetur, ſed ex attributa Philoſopho poſitio-
ne ſequi nihilominus dari numerū infinitū actu aliarū
rerum; quinimmo (quod reuera eſt abſurdum, a quo
certe neſcio quomodo tueri poſſit Ariſtoteles; videant
hoc doctiores, & me doceāt) Intellectum finitum com- B
prehendere poſſe intelligibile infinitum, ſiue in ſe contine-
re notitias rerum infinitas; Nanque ſi mundus eſt ab
æterno (vt retur Ariſtoteles) neceſſarium eſt plane
vnamquamque cæli ſphæram infinitis reuolutionibus
hactenus motam fuiſſe, quippe infiniti dies, menſes, &
anni, quin et infinita ſæcula iam præterierint; quum au-
tem anima, quæ Lunæ corpus effectiue gyrat (ſiue ſit
aſſiſtens Intelligentia, ſiue rationalis, vel intellectrix
anima informans) intelligendo ſuum orbem moueat, C
ita vt cognoſcat ſingulam ſuæ ſphæræ circulationem,
cognitæque habitum induat, adeo quod omnium præ-
teritarum circunuolutionum notitias, tanquam ſui
perfectiones indelebiles conſeruet (neque enim obliuionis
capax eſt anima cæli; ſiquidem obliuio, & notitiarum
amiſſio, ex materia eſt, a qua ſeparata eſt celeſtis ani-
ma, quæ ideo etiam cognitorum obliuiſci, ac notitias
amittere non poteſt, quia phantaſiam non habet, cuius
propria paſſio eſt obliuio) quumque anima illa, quæ
Lunæ

A *Lunæ orbitam immediate agit, infinities iam ipſam circumduxerit, opus eſt plane ut in ſe contineat infinitos habitus eiuſdem ſpeciei, hoc eſt, infinitas notitias omniũ circulationum hactenus præteritarum; & quod aſſerimus de anima Lunam mouente, idipſum dici debet de Mente quoduis aliud cæleſte corpus circunducente: Hoc autem abſurdum eſt, et impoſſibile; quippe anima cæleſtem ſphæram immediate mouens terminatam obtinet naturam, finitamque habet eſſentiam; quum*
B *nemo ambigat Mentem finitam haud poſſe infinitarum rerum notitiam retinere: Id porro abſurdum putamus, non quia diffiteamur dari poſſe notiones numero infinitas; verum quia negamus intellectum finitæ naturæ poſſe tum ſpeculari, tum ſpeculata continere infinita: Quare nota hæc potius Ariſtoteli ponenti Mundum ab æterno, & iis etiam neotericis, qui opinantur Mũdum in tempore genitum, potuiſſe ab æterno fieri, non autem nobis eſt inurenda: Neque locus eſt refugij (vt*
C *quibuſdam videtur) Cælum nempe moueri ab Intelligentia aſſiſtente ſub ratione finis, quæ ſemetipſam iugiter cõtemplando, ſemper moueat orbem ſuum abſque eo quod motionem cognoſcat, tum quia ſat ſuperque demonſtratum fuit, & demonſtrabitur vlterius; Intelligentias ſecũdas cælorum orbibus appropriatas mouere illos ſub ratione cauſſæ efficientis; primam uero Intelligentiam ſolũmodo, quæ Deus eſt Optimus, Maximus, mouere ſub ratione finis; tum quia ſi ſecundæ Intelligentiæ orbibus cæli appropriatæ ipſos moueant, vt finis;*

quum

5 phy.t.3.&4. 7.phy.t.10 & 8.phy.t 57. & paſſim. 12.meta.t 43. *quum ex Ariſtotele omnis motus ab aliquo ſit, vt ab* A *efficiente, oportet plane cælo cuilibet propriam adſcribere animam, quæ moueat efficienter, & cognoſcat non ſolum finem, cuius gratia mouet; qui finis propterea mouere dicitur vt intelligibile, & concupiſcibile ab ipſo* 12.meta t 36. *effectiue mouente: ſed etiam ideo motiones ſuas: Quæ ſane anima quum finita ſit, infinitarum circulationum cognitiones in ſe habebit; tum etiam quia ſi demus, diſputandi gratia, Intelligentias appropriatas mouere cælos ſub ratione finis, non effectiue; hinc tamen haud colligas eas non cognoſcere circulationes orbium; nanque* B *finis duplicis eſt naturæ, nempe aut inanimis, & nulla vi cognoſcendi præditus; & hic reuera non percipit operationem agentis, quod impellit ad operãdum; aut animatus, ac vi cognitrice pollens; quem nihil impedit ne cognoſcat actionem efficientis, quod incitat ad operãdum; ſi enim Ariſtotelis exemplo vti liceat, quum puella deliciarum ſub ratione finis adoleſcentem mouens* 1. depart. c. 5. *ad cãtum, noſcit optime iuuenis harmoniam; cur ſeparatæ Mentes ſub ratione finis cælorum orbes circunducentes huiuſmodi gyros non cognoſcent? Neque item* C *euaſio eſt, quod ſecunda quæuis Intelligẽtia, etſi naturam intenſiue finitam obtineat quoad gradum virtutis, eſſentiam tamen extenſiue infinitam habeat quoad temporis durationem; ac proinde quia infinito tempore durat, infinita percipere poſſe; nanque infinita duratio Mentibus ſecũdis id ſolum tribuit, vt valcãt infinitas contemplationes edere: ſed ad hoc vt actu contineãt, retine-*

A *tineantque poſt actus contemplationum infinitos habitus notitiæ, illis neceſſaria eſt infinita natura intenſiue quoad gradum virtutis; quam tamen non habere nemo ambigit: ſi ergo infinitam habuiſſent durationem, quum infinitas contemplationes edidiſſent, ac poſt illas infinitos notitiarum habitus induiſſent; quum ipſorum nullum exuere potuerint, quia non ſunt obliuionis capaces, nec alia ratione vlla notitias acquiſitas amittere poſſunt; plane fieret ex neceſſitate vt ponentes Mundũ*
B *ab æterno, confiteri cogantur animam finitæ virtutis infinitos habitus notitiæ ſimul actu in ſe continere; quo quid abſurdius? Id certe, quod Cœnobita vir alioquin Doctiſſimus ad rationis allatæ diſſolutionem proferre nõ dubitauit inquiens Futile eſſe Intelligentiam debere cognoſcere conuerſiones cæli, quas facit quotidie; quia conuerſio cæli vnus eſt tantum motus continuus; conuerſiones itaque, quæ quotidie enumerantur, non ſunt per ſe actu diuiſæ, ſed tantum ſecundum nos, qui motum*
C *cæli dinumeramus, & diſtinguimus in multas partes, hiſque vtimur veluti menſura ad dimetiendas actiones noſtras, & motus earum rerum, quæ ſunt infra Lunam: Deinde (ait) Intelligentia ſecundum Ariſtotelis doctrinam non cognoſcit motum per ipſum motum, vel per partes eius, ſed per ſuam eſſentiam, quæ eſt fons, & cauſſa illius motus; unde inſpiciens in ſuam eſſentiam, ſimul etiam cognoſcit motum, vt qui fluit ab illa, veluti effectus a cauſſa: Nam in oppoſitum antea demonſtrauimus, & infra oſtendetur Intelligentiam noſcere* lib.2.c.33.41.46. lib.3.c.38.

QQQQ rota-

rotationes cæli quotidianas; nec obſtat quod cæli conuerſio ſit vnus tantum motus continuus; eſt enim motus vnus ſpecie, non vnus numero, ſed multiplex; ſiquidem tum idem mobile multoties ſuper idē ſpatium ferri nequit vnico motu ſecundum numerum; tum conuerſio eſt motus ſuper vno circulo ſemel factus; cæli vero motus ſuper eodē circulo quotidie abſoluitur; quare ſi Mundus eſſet ab æterno, non vna, ſed infinitæ circulationes hactenus factæ fuiſſent: Addo ex Ariſtotele cæli mo- A

2. cæl. t. 15. *tum a dextris, ſiue ab oriente incipere, & circunferri ad dextra, vnde incœperat; quum autem quotidie circulatio iſta incipiat, & abſoluatur; certo conſtat cæli conuerſiones ad dierum multitudinem eſſe multiplicandas: Falſo præterea dicitur nos diſtinguere motum cæleſtem in multas partes; quum motus ex ſe, ſine vllo noſtro miniſterio multas partes obtineat; is enim Ariſtoteli eſt ex numero continuorum, & ſucceſſiuorum; quibus per propriam naturam eſſentialiter ineſt multitudo partium:* B

3 phy. t. 1. 6 phy. t. 2. & ſequent. 5 phy. t. 39.

Etſi vero iſtæ partes in motu cæli non ſint mediante vlla quiete per ſe actu diuiſæ; ſunt attamen per ſe actu ab inuicem mediante ſucceſſionis fluxu diuerſæ, ſiue diſtinctæ; quod ſatis eſt ad motus multiplicationem numericam; cui ſufficit eiuſdem termini diuerſa ratio, vt in recurſu eiuſdem mobilis ſuper ſemicirculum, aut rectam. Quod poſtea dicitur Intelligentiam Ariſtoteli non cognoſcere motum per ipſum motum, vel per partes eius, leue eſt; primum quia pro delenda nota, quam inurimus Ariſtoteli, non licet Aduerſario argumentari ex C

Ari-

A *Ariſtotelis doctrina; nam & in eo deliquiſſe Ariſtotelem dici poſſet, ſi ſtatuit Intelligentiam non cognoſcere motum per ſeipſum, nec per partes eius: Deinde quia fuſe ſupra monſtrauimus Intelligentias cognoſcere motum & in ſeipſis, velut in cauſſa; & applicando ſeſe ad ipſum intelligibile externum: Deinceps quia nos loquimur de re cognita, Cænobita uero de modo cognoſcendi; nam dato Intelligētiam noſcere motum ſuū, non per ipſum motum, nec per partes eius, ſed per eſſen-*
B *tiam propriam; dicimus tamen cognitionem illam, quā habet Intelligentia de motu proprio inſpiciendo ſuam eſſentiam, eſſe non rudem, & confuſam, ſed excultam, atque diſtinctam; quum autem diſtincta, & exculta cognitio cuiuſque totius ex Ariſtotele ſingularum partium naturam proſequatur, ſane confiteri neceſſe eſt Intelligentiam noſcere partes omnes perfectas ſui motus, cuiuſmodi ſunt quotidianæ circulationes Ariſtoteli, quæ illo æterno exiſtente, infinitæ non eſſe nequeunt; qua-* 1. phy. t. 5. 5. meta. t. 11.
C *re mens finita infinitas notitias complecti valeret; quod eſt impoſsibile. Atque hic eſt ille nodus, meo quidem iudicio, qui Ariſtotelis opinionem de Mundi æternitate a Phyſiologorum mentibus euellere debet, perſiſtendo in phyſicis: Cui & alter ille non minoris ponderis adnectitur, Cælum Ariſtoteli eſſe animal finitæ magnitudinis, quod a ſeipſo mouetur, fuſe monſtratum fuit in ſuperioribus; quum autem idem Ariſtoteles fateatur nullum finitæ magnitudinis poſſe mouere ſemetipſum, aut aliud tempore infinito; liquido iam conſtat* lib. 2. c. 5. 12. meta. t. 41.

cæli motum, cælumque ipſum eſſe non poſſe ab æterno: A
Quum itaque inconueniens ſit Mundum eſſe ab æterno; nil mirum ſi vtrumque propoſitum inde ſequatur abſurdum, nempe virtutem finitam infinitos habitus notitiæ ſimul actu continere; & corpus finitum magnitudine infinito tempore ſeipſum mouere. Quod autem poſtremo affertur ex Ariſtotele conſtituendum eſſe determinatum rationalium animarum numerum, quæ varia corpora ſucceſſiue ingrediendo iam hactenus ab æterno perennem hominum generationem fecerint, tam B
ab Ariſtotelis doctrina diſſidet, quam quod maxime; nam primo aperte negat Ariſtoteles hoc ipſum Pythagoricis, 1. de an. t. 53. *tum vbi ſcribit fabulas eſſe, quod Pythagorici dicunt, quamlibet animam quodlibet corpus ingredi;* 1. de an. t. 41. *tum vbi arguit, ſi anima ſemel egreſſa iterum corpus ingrediatur, factum iri vt reſurgant animalia mortua; quod impoſſibile eſt viribus Naturæ; qua enim ratione anima in obitu Socratis ex eius corpore migrat, cur ſi corpus Dionis naſcẽtis ingredi valet, non item cor-* C
pus eiuſdem Socratis ingredi poterit, atque ita mortuum Socratem ad vitam denuo reuocare? Deinde vero 2. Poſt. c. vlt. *ipſe idem Ariſtoteles, qui aliquando aduerſum Platonis opinionem diſputans animis humanis a natura inſitas non eſſe vllas cognitiones, ac ſcire noſtrum non eſſe reminiſci, arguit fieri nequaquam poſſe vt notitiæ in animo puerorum inexiſtentes lateant; quum tamẽ pueri omnes ignari naſcantur Intellectum habentes veluti* 3. de an. t. 14. *raſam tabellam, in qua nihil deſcriptum ſit; hæc inquam*

A quam aſſeuerans Ariſtoteles, quomodo poterit vnquã opinari animas hominum rationales ex vno in aliud corpus tranſmigrare? anima etenim viri Sapientis in corpus infantis denuo ingreſſa puerum Sapientem redderet; ſin minus, ſaltem neceſſarium foret Ariſtotelem Platoni dare manus aſſerenti ſcire noſtrum eſſe aliquando reminiſci; quum tamen hoc vnum præcipue ſit inter alia multa, in quibus a Præceptore conſulto, ac dedita opera ob vnicam veritatem diſsẽtire voluit Ariſtoteles:
B immo nedum hoc ſequeretur abſurdum, ſed etiã quandoque fieret vt quiſpiam natus noſceret, ſiue reminiſceretur ſe pridem extitiſſe alium hominem antea vita functum; quemadmodum fingit Ouidius in Poeſi Metamorphoſeon his verſibus, Lib. 15.

Morte carent animæ, ſemperque priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt, habitantque receptæ.
Ipſe ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
C *Hæſit in aduerſo grauis haſta minoris Atridæ.*
Cognoui clypeum leuæ geſtamina noſtræ
Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.

et reliqua omnia, quæ ſequuntur; quæ ſane cuncta quãtum ab Ariſtotelis doctrina, quinimmo & ab ipſa veritate abſint, nemo non percipit; quare aduerſum erroneum hoc placitum hac in re virum longe doctiorem audiamus de vanitate horum figmentorum diſſerentem, Lucretium ſcilicet inter latinos Philoſophos non ignobilem, etſi male de pleriſque alijs ſentientem; ait enim,

Sin

Sin animas hominum dicent in corpora ſemper A
Ire humana, tamen quæres cur e Sapienti
Stulta queat fieri? nec prudens ſit puer vllus?

Potius ergo negandũ eſt Ariſtoteli Mundũ eſſe ab æterno, quam illi tam leuem, ac fabuloſam opinonem adſcribere, vt cenſeat animam Socratis, eo mortuo, ingredi corpus Platonis, deinde Plotini, deinceps Ficini. Sed hæc obiter. Ratum itaque illud eſto, Ariſtoteli animã rationalem eſſe immortalem, formam informantem, & ad hominum numerum multiplicabilem. B

Vtrum Intellectus humanus cognoſcat ſingularia. Cap. XXIII.

DEINDE *illud quoque in Vita Humana perperam ſtatuiſſe videmur, quod ſcilicet Intellectui noſtro conceſſimus phantaſmatum, ſeu ſingularium cognitionem; ſic enim fieret primum quidem* C *vt indiuidua eſſent intelligibilia; quum tamen obſtet*
3.meta. t.12. *Ariſtoteles, dum argumentatur, ſi nihil eſſet præter ſingularia, nihil penitus futurum intelligibile; vbi aperte ſupponere videtur Ariſtoteles ſingularia non eſſe intelligibilia: Deinde fieret vt male ſtatuiſſet alicubi Philo-*
3.de an. t.2. *ſophus intelligere abſolute eſſe quoddam pati; quum Intellectus a phantaſmate pati nequeat vllo modo, tum quia immaterialis exiſtens ab obiecto materiali pati non poteſt, tum quia mens in ſe phantaſmata non recipit:*

Digitized by Google

A pit: Poſtremo ſequeretur ut aliqua intellectio fieret abſque miniſterio Intellectus agentis, cuius officium eſt e ſingularibus educere naturam vniuerſalem, quam ſpeciem vocamus intelligibilem ab Intellectu poſſibili dignoſcendam; quod eſt contra ea, quæ profeſſus eſt Ariſtoteles, vbi admonet eandem rationem penitus habere in contemplatione Intellectum agentem ad Intelligibilia, quam obtinet in uiſione Lumen ad colores; quamobrē ſicuti colores videri nequeunt abſque lumine; ita B nec intelligibilia contēplari poſſunt ſine opera Intellectus agentis; ſed eius opera eſt e phātaſmatibus tollere conditiones indiuidui, & illa cōuertere in naturā vniuerſalē ab Intellectu poſſibili dignoſcendam; Mens itaque non videtur contemplari poſſe ſingularia, vel phantaſmata. Ceterum hæc talia non ſunt, quæ nos perturbent: Quod enim primo affertur, Intellectum videlicet haud poſſe contemplari ſingularia, quia hæc intelligibilia non ſint, ſoluitur trifariam, & primum dicendo argumenta, C qua deſumuntur ex tertio Metaphyſices, neceßitatem non habere vllam; quum ibi Ariſtoteles non doceat, ſed ſolū dubitationes proponat, ac dialectice diſputet, ſeu mauis exoterice; vt ipſe idem ab initio libri aperte admonet. cuius quidem rei ſignum illud eſt euidentiſſimum non ſolum, quod alibi ſcientifice docens clare fatetur Intellectum in reminiſcentia diſcurſum facere circa phantaſmata; verum etiam quia loco ab Aduerſarijs allegato ex eo, quod quis aſſerat nihil eße præter ſingularia, colligit etiam Ariſtoteles nihil fore ſempiternum,

2. de an. t. 18.

3. meta. t. 1.

de mem. & rem. cap. & 4.

Digitized by Google

& immobile; quaſi omnia ſenſibilia, ſiue omnia ſingu- A
laria corruptioni, & motui obnoxia ſint; quũ tamen ei-
13. meta. ſum. *dem Ariſtoteli tum ſempiterna quædã ſenſibilia ſint; tũ*
2. cap. 3 *cælum ſingulare ſit, atque ſenſibile, non tamen corru-*
1. cæl. t. 92. *ptibile; tum Deus ipſe vnus & ſpecie, & numero ſit, ac*
3 meta. t. 7. *proinde ſingularis; æternus tamen, atque immobilis.*
1. cæl. t. 20 *Deinde intelligibile quidpiam dicitur, nõ quia dignoſci*
12. meta. t 49. 8. phy. & alibi *valeat ab Intellectu, quod ſupponit obiectio; quia ſic om*
paſſim. *nia eſſent intelligibilia; quoniam ex Ariſtotele Intelle-*
3. de an. t. 17. & 18. *ctus poteſt omnia fieri, quod eſt dictu, omnia intelligere;* B
ſiquidem apud eundem Mens ſit id, quod intelligit, im-
3. de an. t. 8. 37. & alibi. *mo ſingula fieri dicitur: Sed intelligibilia proprie dicun-*
tur ea ſolũ, quæ in ipſo Intellectu, velut in loco, continẽ-
tur: ſicuti ſenſibilia, quæ continentur in ſenſu; quo nomi-
3. de an. t. 38. *ne Ariſtoteles aliquando ſcribit formas intelligibilium*
eſſe in intellectu, ſenſibiliũ uero in ſenſu: ſiue animam In-
tellectiuam eſſe locum formarum, hoc eſt ſpecierum in-
3 de an. t. 6. *telligibilium: Modo ſingularia quum in phantaſia, &*
omnino in ſenſu exiſtant, nec valeant vllo pacto recipi C
in Intellectum, ideo dicuntur ſenſibilia, & non intelli-
gibilia, ad vniuerſalium diſcrimen, quæ formæ quum
ſint in Intellectu, & non in ſenſu, propterea dicuntur
intelligibilia, & non ſenſibilia: Verum quoniam In-
tellectus ea contemplari poteſt, quæ tum in ſe habet, tũ
quoque in Phantaſia continentur, vt ſuperiore libro
innotuit; proinde ſtatuentibus nobis Intellectum poſſe
contemplari ſingularia, non aduerſatur Ariſtoteles ali
cubi negans ſingularia eſſe intelligibilia; quippe intelli
gibilia

A *gibilia ſunt proprie quæ in Intellectu continentur, velut in loco; non quæ ab Intellectu dignoſci poſſunt: Secus enim quum Deus omnia cognoſcat, cuncta eſſent Diuina; quum tamen Diuina ſolummodo ſint proprie loquẽdo, quæ in Deo ſunt. Deinceps indiuidua etſi ab Intellectu dignoſci queunt, quia tamẽ haud ſunt propria Intellectus obiecta, ſed communia etiam ſenſui, ad vniuerſalium diſcrimen, quæ ſolo Intellectu dignoſcuntur, propterea vt ab vniuerſalibus diſtinguerentur, ſenſibi-*
B *lia nuncupari conſueuere: Quocirca non ab re dicit loco citato Ariſtoteles, ſi nihil eſſet præter ſingularia, nihil futurum intelligibile, loquendo de intelligibili ſimpliciter, quod eſt proprium obiectum Intellectus; nam ſingulare quum a ſenſu dignoſci valeat, non eſt ſimpliciter intelligibile, ac proprium Mentis obiectum; eſſe tamen conſtat obiectum commune ſenſui, & Intellectui; & proinde intelligibile ſecundum quid, vt ita dicam: Non obſtat ergo Ariſtoteles. Quod vero ſecundo loco propo-*
C *nebatur, ſingularia nempe haudquaquam poſſe ab Intellectu cognoſci, quoniam Mens a ſingularibus non patiatur; quum intelligere ſit quoddam pati; falſo nititur principio, Intellectum ſcilicet pati non poſſe a ſingularibus, ſiue a phantaſmate: Quod enim primo in huius confirmationem adducebatur, propterea Intellectum a phantaſmate non pati, quia nullum immateriale patiatur a materiali; falſo quoque nititur fundamento, Intellectum puta eſſe penitus immaterialem, phantaſma vero prorſus materiale; nam ex aduerſo Intellectus*

licet quantum ad ſui originem a materia non pendeat; quum tamen ſit actus interne materiam perficiens, ſiue forma informans corpus materiale, propterea dici debet non abſolutus a materia, ſed vere materialis: Phantaſmata vero quamuis habeant conditiones indiuiduantes, quas materiæ appendices appellant, ſunt nihilominus ſecundum ſe a materiæ commercio ſeparata; quo A
2.de an.t 121 *nomine ab Ariſtotele dicuntur formæ immateriales,*
3.de an.t.39. *atque in eo differre a ſenſibilibus extra animam, quod ſunt abſque materia: Nihil ergo prohibet Intellectũ corpori adiunctum, qua materialis eſt, a phantaſmate pati; & proinde phantaſmata, & ſingularia intelligere; quum hoc ſit quoddam pati. Quod autem mox proponebatur, iccirco intellectum a phantaſmate pati nõ poſſe, quia Mens in ſe non recipiat imaginem indiuidui; ſoluitur eo quia uniuerſalius eſt Intellectum pati ab obiecto, quam in ſe recipere obiecti ſimilitudinem; namq; alia etiam ratione Intellectus ab obiecto pati poteſt abſque eo, quod eius imaginem in ſe recipiat; nempe tũ excitatus de actu primo ad ſecundum ab obiecto præſente; tum maxime per ſpeciem obiecti præſentem vel in phãtaſia, vel ſibi impreſſam repræſentans ſibimetipſi obiectum dignoſcendũ, vt ſuperiore libro manifeſtauimus; tum etiam recipiens in ſe habitũ notitiæ poſt obiecti meditationem: Quocirca patitur Mens in contemplatione phantaſmatum, & ſingularium, ſi non recipiendo in ſe illorũ imaginem, ſaltẽ aut recipiendo in ſe tum ante intellectionem impetum obiecti, quo Intellectus de actu primo*

mo

A mo ſuſcitatur ad actum ſecundum; quod eſt dictu, quo
Mens impellitur, ac mouetur ad obiecti contemplationẽ;
tum quoque poſt intellectionem ſuſcipiendo in ſe habitũ
notitiæ, qui dicitur eſſe Mentis perfectio; aut repræſen-
tãdo ſibi per ſpeciem quouis modo præſentem ipſummet
obiectum: Quo etiam nomine Mens dicitur fieri illud,
quod ipſa intelligit; dum ſcilicet vel repræſentat obiectũ,
uel ex obiecti meditatione induit habitum notitiæ obie-
cti, ueluti ſuam perfectionẽ, ac formam; perinde ſiquidẽ
B & materia ex Ariſtotele induendo formã naturalem, 1.phy.t.64.& 7.meta.t.25.26.
tanquam ſuum complementum, ac perfectionẽ, dicitur
fieri hoc: Addo in huius confirmationẽ apud Ariſtotelẽ 3.de an.t.5.
Intellectum nihil eſſe actu eorũ, quæ ſunt, antequam in-
telligat; & propterea ipſum fieri id, quod intelligit, non
quidẽ recipiendo eius imaginẽ, ſed potius uel ſibi obiectũ
repræſentando, vel induendo habitũ notitiæ poſt intelle-
ctionem; ſecus enim quũ in ſe non recipiat imagines ſin-
gulariũ, non poſſet fieri ſingula, contra dogmata Peripa- 3.de an.t.8.
C ti: Patitur ergo Intellectus humanus in contemplatione
indiuidui, non ſolũ quia veluti ſopitus excitatur, mo-
ueturque a phantaſmate ad illud contemplandum; ſed
etiã quia per ſpeciẽ ſibi quouis modo præſentẽ repræſen-
tat ſibi obiectũ, cuius illa eſt ſimilitudo, & ex medita-
tione phantaſmatis induit habitum notitiæ, tanquã ſui
perfectionem, ac formã: Nec obeſt quod Intellectus agẽs
in ſuo munere non patiatur, qui tamen a phantaſmati-
bus excitatur ad opus, nempe ad eliciendã ſpeciem intel-
ligibilẽ; quoniam a phantaſmatibus ſuſcitatur ad opus

Intellectus, non quatenus agens eſt, ſed quatenus identificatur cum poſſibili; namq; vnus, & idem numero inditus eſt homini a Natura Intellectus, qui tamen diuerſis muneribus addictus variam ſortitur & rationem, & nomenclaturam, agentis videlicet, ac poſſibilis; ſed prout agens eſt, nullo modo patitur; ſiquidem phantaſmata in imaginatione contenta mouent primario Intellectum, qua poſſibilis eſt, ad ſui ipſorum contemplationẽ; hic ab eis excitatus ad libitũ poteſt tũ qua poſſibilis eſt, immediate ſpeculari; tum etiam qua eſt agens, prius ex B *illis vniuerſalẽ naturam elicere, quam vocant ſpeciem intelligibilem; deinde qua poſſibilis eſt, ipſam contẽplari. Quod autem demum obijcitur, omnem ſcilicet ſpeculationem ſupponere opus Intellectus agentis, & circa illud fieri, tanquam circa obiectum; tale autem opus ſpeciem eſſe vniuerſalem; atque ideo ſingulare ab Intellectu percipi non poſſe; nihil officit; quoniam ſuperius abũde oſtenſum fuit Intellectus agentis actionem neceſſariam eſſe ſolum ad illam intellectionem, quæ fit abſtra-* C *hendo; qualis eſt cognitio vniuerſalium; non ad intuitiuam, quæ dicitur ſingularium ſpeculatio; falſo itaque ſupponitur in omni ſpeculatione id euenire, quod in aliqua tantum Ariſtoteles contingere admonet. Sed eſto præterea quod Intellectus agentis operatio deſeruiat cuicunque meditationi, falſo dicitur finẽ eius actionis ſemper eſſe ſpeciem vniuerſalem; nam fortaſsis aſſerendum eſt Intellectus agentis operationẽ eſſe purã phantaſmatũ colluſtrationẽ, ſiue ſingularium de potentia intelligibili-*

bus

A *bus in actu intelligibilia conuerſionē, abſtrahentē ſecundū ſe ab eductione ſpeciei uniuerſalis; quæ quidē eductio fit in aliqua ſolū meditatione; atque hoc aperte colligas ex Ariſt. aliquando aſſimilante Intellectus agētis actionem circa phātaſmata operationi luminis circa colores;* 3. de an. t. 17. & 18.
quū etenim colores, qui ſuapte natura ſunt potentia viſibiles, fiant actione luminis actu viſibiles, abſque eo, quod ex ipſis lumen eliciat quid uniuerſalius; ita plane cōfitendū videtur phantaſmata, & ſingularia, ſi ſecū-
B *dum ſe potentia intelligibilia ſunt, fieri actu intelligibilia miniſterio Intellectus agētis, ſine eo, quod ipſe ex illis eruat ſpeciem vniuerſalem, quæ vocatur intelligibilis.*

Non ergo præter rationem conſtitutum eſt in ſuperioribus Intellectum humanum phantaſmata contemplari, atque omnino ſingularia cognoſcere.

Loqui eſſe functionem Vitæ humanæ. Cap. XXIV.

C AMPLIVS *& agentes de operationibus Vitæ humanæ, perperam inter illas loquutionem, ac ſermonem connumeraſſe videmur, tum quia bruta, idola, Dæmones, quin etiam mortui loquuntur; tum quia in hominum obtruncatione haud ſemel contingit caput a buſto ſeiunctum loqui, & idē nomen ſæpius iterare; quum certum ſit caput a ſpatulis diuiſum non viuere amplius vitam humanam; De brutis clarum legimus teſtimonium, nedum in ſacris*

litteris

Digitized by Google

litteris de Aſina Prophetæ Balaam, quæ ab eo cæſa ſeſſori mærens cauſſam poſtulauit vapulationis; verum etiam apud Autores prophanos; nanque Virgilius in morte Cæſaris inter alia multa prodigia, monet pecudes fuiſſe loquutas; Plinius inquit Annales teſtari M. Lepido, et Q. Catulo Cons. in Ariminenſi agro in Villa Galerij Gallinaceum loquutũ ſemel; & alibi, ſuper omnia (ſcribit) humanas uoces reddere Pſitacos, & quidem ſermocinantes; quod & nos vulgo experimur; Expreſſiorem loquacitatem certo generi Picarum ineſſe; Agrippinam Claudij Cæſaris coniugem habuiſſe Turdum imitantem ſermones hominum; Cæſareſque iuuenes habuiſſe Sturnum, & Luſcinias græco, atque latino ſermone dociles; Tiberio fuiſſe Coruum, qui mature ſermoni aſſuefactus omnibus matutinis euolans in roſtra, in forum verſus, Tiberium, deinde Germanicum, & Druſum Cæſares nominatim, mox tranſeuntẽ Populum Romanum ſalutaret; Equitis Romani Cornicẽ plura contexta verba exprimere ſolitam, alia atque alia crebro addiſcentem: De idolis innumera propemodũ habemus exẽpla ex omni ſcripturarũ genere; ſed inter alia vulgatiſſima ſunt Delphici Apollinis oracula; cui ſimilia recenſere tædioſum eſſet: ſic Dæmones tũ bonos, tũ etiã prauos aſſumpto ſibi alias viſibili, alias inuiſibili corpore loqui conſueuiſſe teſtantur ſacræ paginæ: Idipsũ legere eſt apud Autores ꝓbatiſſimos de mortuorũ animis, eas nẽpe, quas Manes, & vmbras, ſeu Laruas, Lareſque, ac Lemures appellant, in apparitionibus loqui

Marginal notes: 1. Georg in fi. — Lib. 10. cap. 5. — Lib. 10. cap 42 — Lib. 10. c. 42. — Apulei lib. de Deo ſocrat.

A B C

A *loqui: Non aliter dicendum eſt de capitibus hominum,*
quæ obtrũcata ſæpenumero loquuta fuiſſe ſcimus, quo-
rum ſane vllum quum Vita humana non polleat, li-
quido iam apparet male ſtatuiße nos in ſuperioribus lo-
quutionẽ generatim eſſe opus Vitæ humanæ. Cæterũ ſi
rei naturã intimius perſcrutemur, a ſuperioribus diſce-
dẽdum non eſſe apparebit; quod enim pertinet ad Idola,
Dæmones, et Lemures, ſiue Vmbras, vt certum eſt iſtas
animas, aſſumpto ſibi corpore, phyſice non uiuere, ſed
B *æquiuoce; ita quem ſermonem loquuntur, phyſicum*
non eſſe, at æquiuoce ſermonem dicimus; quare obiecta
nobis haud obſtant in propoſito, qui agentes de vitæ hu-
manæ operationibus per loquutionem ſupra ſignificaui-
mus ſermonem phyſicum, & proprie, non autem æqui-
uoce dictum; Quod vero attinet ad bruta, ea bifariã
loqui poſſunt, nempe aut in virtute alicuius animæ, vt
Dæmonis, extra Naturæ ordinem ſibi adiunctæ, quod
fortaſſe contigit aſinæ Balaam: ſed iſta loquutio phyſica
C *non eſt: quare illius idem eſto iudicium, quod nuper de*
Idolorum ſermone propoſuimus: aut etiam loqui ualent
virtute propria, quia ſcilicet addiſcant pronunciare
humana verba, vt Pſitaci, Picæ, Corui, & huiuſ-
modi alia: ſed quum ſermo proprie dictus apud Ariſto- 1. Periher. c. 1.
telem ſit indicium earum paſſionum, quæ ſunt in a-
nima; quumque bruta per ea verba, quæ proferunt, nõ
ſtudeant auditori ſignificare paſſiones internas (eas
enim ſignificant a natura vocibus non articulatis, vt
rugitu, latratu, balatu, & ſimilibus) ſed ſolummodo
imitari

imitari ſonum, quem ore ab hominibus edi ſame, ac A
verberibus acta didicere; propterea proprie nō loquūtur,
ſed æquiuoce; Nos autē inter operationes vitæ humanæ
4. hiſt. cap. 9. poſuimus cum Ariſtotele ſermonem proprie dictum, ac
verum, quem bruta callere nequeunt. Quod poſtremo
de hominum capite obtrūcato afferebatur, difficilius eſt
quidem, ſed tamen poteſt conſimiliter enodari: In primis
3. de part. c. 10 enim poſſumus cum Ariſtotele negare caput abſciſſum
loqui potuiſſe vlla ratione: Deinde uero aliter hic nodus
tolli poteſt; quum etenim hominis anima, vnde Vita B
humana dependet, ſimplicem penitus naturam non ob-
tineat, ſed eſſentialiter compoſitam ex rationali anima,
& rationis experte; quod abunde nobis demonſtratū eſt
de ort. an. hu. alias, & in hoc opere; ne diutius immoremur in repetēdo
8. meta. t. 9. Ariſtotelis teſtimonio alicubi dicentis ſubſtātiarū com-
poſitarum ex materia, & forma quaſdam eſſe ſenſibi-
les, quaſdam uero intelligibiles; quum certo conſtet ſub-
ſtantiam intelligibilem nullam eſſe poſſe aliam, quam
formam, & animam: ſic ergo anima humana ex irra- C
tionali ſui parte, veluti ex materia, & rationali, tāquā
talis materiei forma, conſtituitur; quod aperte quoque
3. de an. t. 27. obſeruatū legimus a Themiſtio: Quæ ſane partes animæ
quāuis in vnam coeant animam humanā, ipſæ tamen
ſecundum ſe hoc potiſſimum diſcrimine diſterminātur,
quod pars animæ ratione uacans, vt quæ a materia de-
pendet, cui a natura inſita eſt quātitas; ſiue a qua quic-
quid exoritur, haud ſine quantitate proficiſcitur;
pars inquam animæ ratione vacans toti corpori coextē-
ditur

A *ditur, atque ad ſubiecti partitionem diuiditur, rationalis autem illi adiuncta eſt, non coextenſe, at in vna parte corporis, quæ omniũ præcipua ſit, ſiue hæc ſit Cor, ſiue Cerebrum; nihil enim differt vtra talis ſit, vt monet Ariſtoteles: Si quidem aſſeramus rationalẽ animæ portionẽ cum Platone, ac Medicis in Cerebro habitare, facile eſt cauſſam, cur hominum capita obtruncata loquantur, aſſignare; quia dum caput a reſiduo corpore ſeparatur, ſimul diuiditur anima humana quoad ſui* 7. meta. t. 35.

B *partẽ irrationalẽ, rationali eouſque fere in Cerebro permanente, quouſque in eo remanet calor innatus, & pars animæ irrationalis, quæ vinculum eſt, quo Mens corpori adnectitur; vt notabat etiam Themiſtius, & Plato; quare tantillo temporis morata Mens in capite obtruncato, nil mirum ſi conſueta munia exerceat, & loquutionem promoueat; viuit enim adhuc vitam humanam eo paruo temporis ſpacio caput obtruncatum; & proinde loqui poteſt: Sin autem ponamus rationalẽ* 3 de an. c. 27. & 28. in Timæo.

C *animæ partem irrationali viniri in Corde, difficilior euadit dubitatio; ſolui tamen poteſt; quoniam etſi loquutio eſt functio vitæ humanæ, nihilominus prodit a parte animæ tum rationali, tum etiam irrationali; namque in loquutione, quæ nihil aliud eſt, quam diſtincta ſignificatio internorum conceptuum, duo ſunt; vnum eſt motus linguæ, ac inſtrumentorum vocis ad exprimendum ſonum articulatum, quo diſtincte ſignificentur internæ paſſiones animi; alterum autem eſt præceptio, ac nutus Mentis imperantis facultati motrici, quæ vis eſt ani-*

 mæ

mæ ſentientis, vt tali motu moueat organa loquutionis: Quum vero Mentis præceptio primo loco fiat, fiat inquam in inſtanti, ſiue in tempore minimo, atque inſenſili; cui præcepto mox obtēperat anima ſentiens; hæc vero exequatur mandatum Mentis per motum inſtrumenti corporei, qui cum tempore fit, tempore inquam ſenſibili; eapropter Intellectus præcipiens quamuis repente poſt præceptionem vna cum buſto ab animæ parte illa ſenſitrice, quæ in capite reſidens vocis organa mouere debet, ſeiungatur; id tamen non tollit quominus anima ſentiens, quæ in capite remanſit, illud mandatum exequatur, quod ſibi nuper impoſitum fuerat ab Intellectu, dum ipſum ſibi adiunctum obtinebat, eiuſque conſortio fruebatur; nihil enim Mentis opere, aut præſentia indiget anima ſentiens ad voces dearticulandas, vbi iam Intellectus nutum cognouerit; exequitur autem anima ſentiens iſtud Mentis mandatum, quouſque permanet adiuncta corpori, ſeu quouſque calore, ac ſpiritibus affluens mouere poteſt inſtrumenta vocis: Quæ ſane voces ſunt ſigna earum paſſionum, quæ paullo antea fuerant in anima rationali; haud enim opus eſt ſignum ſemper eſſe rerum præſentium, ſed tum futurarum, vti ſunt indicia Prognoſtica & in Aſtrologia, & in Medicina; tum quoque præteritarum qua ratione cineres dicuntur eſſe ignis præcedentis indicia; ita plane dum caput hominis decollati loquitur, ſi dicamus Intellectum in Corde habitare, verba illa erunt indicia eorum, quæ nuper in Mente præexiſtebant; ſic prorſum

litteræ,

A *litteræ, quas contemplando legimus, ſunt indicia verborum, quæ olim profluxerunt ex ore Platonis, Ariſtotelis, & huiuſmodi ſcriptorum veterum: Quum ergo loquutionis forma, & ratio præcipua pẽdeat a parte animæ noſtræ rationali, quam Intellectum dicimus; quamuis materia ſermonis, eiuſue pars inſtrumẽtaria in animæ humanæ partem ſenſitricem referatur; ac licet capita obtruncata, dum non viuunt amplius vitam humanam integram, loqui valeant; illa tamen loquutio* 1 Perhier.c.1.
B *quoniam ſit formaliter in virtute vitæ humanæ præcedentis; non autem in virtute vitæ ſenſitiuæ præſentis; propterea non ab re in ſuperiore libro loquutionem, ſiue ſermonem connumerauimus inter functiones, & opera vitæ humanæ; ſic enim lapis proiectus tota motione a proijciente moueri dicitur, etſi proijciens intereat ante lapidis quietem; ſed hac de re ſpeciatim ſuo loco.*

C Qua ratione fabula dicenda ſit anima Poematis. Cap. XXV.

SED *neque illud ſilentio prætereundum eſt (quamuis parumper a vita phyſica digredi videamur) quod in ſuperiori libro agentes de operationibus vitæ humanæ, atque inter eas Inuentionem Poeticam connumerantes, cuius opus fabula eſt, male vel cum ipſo Ariſtotele Clariſſimis viris ſtatuiſſe videmur fa-* Poet cap.4.

bulam eſſe animam Poematis; quippe fabula in Poemate officio non fungitur animæ, neque animæ conditiones obtinet; In primis enim viuens vnumquodque ſui vnitatem non aliunde quam ab animæ vnitate ſortitur, ita vt vnum viuens haud eſſe poſſit, niſi cui vnica ineſt anima: Inconueniens præterea eſt ipſi & Ariſtoteli vnum corpus multas habere animas, & in vno viuente plures claudi animas, ceu milites in Equo Troiano; quum ex aduerſo abſurdum non ſit in vnico Poemate multas contextas eſſe fabulas; immo debeat ex neceſſitate nobile illud Poema, quod Epopœiam Græci, nos vero Heroicum appellamus, pluribus fabulis abundare; in hoc enim ſupra ceteros Poetas Homerum laudat Ariſtoteles, quod ſolus recte texuit Heroica Poemata, ſed præſertim quod Poemata condidit referta imitationibus actionum, fabulis nimirum; fabula etenim nihil aliud eſt Ariſtoteli, quam actionis imitatio: Quinetiam ſic aperte ſtatuit Ariſtoteles Epopœiam plures continere fabulas, vt moneat totum contextum Iliadis vnica non poſſe complecti fabula; & Epopœicam imitationem, qualiſcunque fuerit, non vnica fabula contineri, vt ex qua plures Tragœdiæ formari valeant; vnica igitur quum ſit anima in vnoquoque viuente, iam ſatis conſtare videtur fabulam non eſſe animam Poematis.

Deinde vero & illud certum eſt animatum quoduis ab anima, tanquam a ſui nobiliori parte, denominationem ſuſcipere; quo fit vti viuẽs recte dicatur eſſe anima; & quidem

Margin notes: 1. de an. t. 58. — Poet. cap. 2. — Poet. cap. 4. & 5. — Poet. cap. 17. — Poet. cap. 24. — A — B — C

A quidem hoc non ſolum Academicis, definiente Platone Homine nihil eſſe aliud, quã animũ imperante corpori, ſiue vt explicat Ficinus, Homine eſſe animã rationalem mentis participẽ, corpore vtentem; verũ etiam Peripateticis, aſſeuerante Ariſtotele tum vltimam differentiam, qualis eſt anima in viuentibus, eſſe ſubſtantiam rei, & totã definitionẽ; definitio uero cum definito reciprocat; tum perſpicuis verbis Hominem maxime id eſſe, quod Intellectum dicimus; & vnumquemque Alcib. 1. ſiue de Nat. hom. 7. meta. t. 43. 10. æthic. c. 7.

B illud eſſe, quod in eo præcipuum eſt, ac melius; melius autem, ac præcipuum in homine quidem Intellectus, in viuente uero ipſa eſt anima; recte igitur, vel ex Ariſtotele Homo eſt Intellectus, & viuens quoduis dicitur eſſe anima. Quũ aũt Poema ſic a fabula denominationẽ nõ habeat, vt vere dicere poſſimus Poema eſſe fabulã; liquido videtur apparere fabulã non eſſe animã Poematis. Tertio & illud obſtat, quia certũ eſt identitatẽ, ac diſtinctionem viuentium deſumendam eſſe ab iden-

C titate, ac diſtinctione animæ; nam vt notum eſt eadem eſſe illa viuentia, quæ eadem anima viuunt; ita vulgatum eſt apud Ariſtotelem actum, ſeu formam, quæ anima eſt in viuentibus, illud eſſe, quod ſeparat, & diſtinguit: Quum autem fabula Poemati non tribuat identitatem, nec diuerſitatem; ſiquidem Ariſtotelem habemus aſſerentem minime conuenire a fabula nuncupare Tragœdiam aut eandem, aut diuerſam; inde liquet Poematis identitatẽ ab identitate fabulæ nõ eſſe; nec diuerſitatem a diuerſitate; atque ideo fabulam non 7. meta. t. 49. Poet. c. 17.

anu-

Digitized by Google

æmulari animam in Poemate. Idipſum poſtremo A
arguunt ex eo, quod poteſt eſſe tum Poema ſine fabula, vt Lucretianum, Nicandri Medici Alexipharmaca, Q. Sereni, Macri, & aliorum opera Medica; tum Hiſtoria cum fabula. Ceterum vt ingenue fatear
Poet. cap. 4. *quid hac in re ſentiam, cum Ariſtotele dicendum reor fabulam eſſe principium, ac veluti animam Poematis, non autem (quamuis id viri Clariſſimi arbitrentur) veluti fundamentum ædificij: multis rationibus, Prima eſt, quia fundamentum in ædificio eſt principium* B
pure materiale, nulla ratione ſe tenens ex parte formæ; vti conſtat ex Ariſtotele alicubi ſcribente fundamentũ
5. meta. t. 1. *eſſe principium ex quo primo inexiſtente fit domus, vt carina eſt principium ex quo primo inexiſtente fit nauis, & Cor, aut Cerebrum eſt principium ex quo primo inexiſtente fit animal: certum eſt autem carinã eſſe principium nauis materiale, ſimiliter Cor, & Cerebrum eſſe animalis principia materialia, & omnino id ex quo, tanquam inexiſtente fit aliquid, eſſe materiã* C
illius, non autem formam, vel de Ariſtotelis præcepto:
2. phy. t. 28. *Sed fabula principium eſt in Poemate ſe tenens ex parte formæ, nullaque ratione materiale; vt mox late patebit; Fabula itaque in Poematis ædificio fundamenti vicem gerere non poteſt. Secunda eſt adhuc euidentior, quia fundamentum eſt pars quantitatiua (ut ita dicam) & integralis in ædificio, non autem eſſentialis; quod plane colligas ex Ariſtotele, immo ex ſenſu; fa-*
5. meta. t. 1. *bula uiciſſim pars eſt in Poemate reuera eſſentialis, nõ*

inte-

A *integralis, quæ quantitatiua dicitur; Non ergo fabula
in Poemate eſt velut fundamentum in ædificio: Nihil
autem ſimul eſſe poſſe partem eiuſdem rei eſſentialem, et
integralē eo patet, quia partes eſſētiales duæ sūt in quo-
libet compoſito, materia; & forma ſeorſum: at integra-
les ſunt multo plures, & omnes ſigillatim compoſitæ
ex materia, & forma; ſeu mauis ex partibus materiei,
& formæ. Tertia uero ratio eſt, quia fabula, quam* Poe. c. 4 & 5.
vocat Ariſtoteles contextum rerum, eſt primum, præ-
B *cipuumque, ac maximum in Poemate, non ſecus at-
que anima eſt primum, præcipuūq;, ac maximum in
viuente: ita ergo neceſſe eſt fabulam eſſe veluti animā
Poematis. Quarta ratio eſt, quia fabula ex eodem
Ariſtotele Poematum finis eſt, perinde ac apud ipſum* Poet cap. 4.
*Anima ſtatuitur eſſe finis animatorum: Ne dicā finem
eum forma coincidere; & proinde fabulam, qua finis* 2. de gen. an. cap. 3. &
eſt, ea ratione formam eſſe Poematis; atque in hoc ani- 2. de an. t. 36.
mam æmulari, quæ viuentium formā eſſe ſtatuitur: 2. de an. t. 4.
C *Sed quod ſcribitur fabulam eſſe finem Poematis, recte* Poet. cap. 4.
*intelligendum eſt, nam duplex quum exiſtat ille ſtatus,
quo a nobis Poema conſiderari poteſt, nimirum quando
fit, & quando iam eſt abſolutum; ideo duplicem illi fi-
nem adſcribendum eſſe putauit Ariſtoteles: alterum ſci-
licet, qui eſſet finis Poematis naſcentis, atque is eſt fabu-
la; perinde nanque anima ipſi & Ariſtoteli dicitur
eſſe finis animalis, quod generatur; alterum vero, qui* 2. de gen. an. cap. 3.
*eſſet finis Poematis iam facti, & ille dicitur eſſe actio,
nimirum affectuum purgatio, ita enim ex eodem Ari-
ſtotele*

Digitized by Google

In æthic. p.ſt ſtotele hominis iam orti finis eſt actio illa ſecundum virtutis habitum, quam felicitatem dicimus: Fabula igitur quatenus eſt finis Poematis orientis, eatenus recte nobis cum Ariſtotele conſtituta eſt velut anima Poematis. Quinta demum ratio ad hoc ipſum demonſtrandum ea eſt, quia quemadmodum animæ propriū eſt, ceu formæ, ſpecificare, ac determinare ſubiectam ſibi materiam, & in eſſe conſtituere ipſum animatum ſub certa ſpecie, ac viuificare corpus; ita prorſum fabula illud reuera eſt, quod ſpecificat, determinat, & uiuificat materiam in Poemate, conſtituitque ipſum Poema ſub certa ſpecie; quoniā fabula, quæ eſt imitatio actionis humilis, & ridiculæ, Comœdiam cōſtituit; quæ uero eſt imitatio actionis illuſtris, vnius quidem diei tempore abſolutæ, Tragœdiam; vnius autem integræ tempeſtatis, Epopœiā format: His ergo nominibus fabula recte dicitur eſſe velut anima Poematis; perinde nāq; ordo dici conſueuit anima libri, ſententia uero anima Emblematis, haud certe alia ratione, niſi quia & ordo ſubiectam libri materiam, & ſentētia corpus Emblematis actuat, perficitue, determinat, ſpecificat, viuificatque. Ad obiecta uero bifariam reſpondere poſſumus, primum quidem generatim concedendo Aduerſarijs fabulam non iccirco eſſe animam Poematis, quia unitatem, denominationē, identitatem, ac diuerſitatem tribuens Poemati vna tantummodo reperiatur in quolibet Poemate, quod fabula eſſe dicatur; & idē, atque diuerſum non niſi a fabula nuncupetur: ſed longe A B C

Poet. c. 2. 3. & 12. Poet. cap. 2. Poet. c. 2. 25. 21. & 23.

A *longe alia de cauſſa, nempe vti diximus, quia fabula,*
quaſi forma ſpecificat, determinatq; materiã Poematis,
quã dicimus eſſe Metrũ; quinimmo & illam quaſi ani-
ma viuificat; ſic enim dicimus materna lingua Il Mo-
to eſſere l'Anima della Impreſa, *quia illã ſpecificat,*
& vitam quaſi tribuit eius corpori figuris comprehenſo:
Ita ergo fabula dicitur eſſe principium, & quaſi anima
Poematis, illa particula (quaſi) connotante aliquam
diſſimilitudinem inter fabulam, & animam proprie di-
B *ctam; quod tamen diſſimulant Aduerſarij, dum no-*
bis ea obijciunt argumenta, quibus oſtendunt fabulam
non omni ex parte animæ naturam æmulari. Deinde
vero ſpeciatim ad primam obiectionem concedentes in
vnico viuente vnicam reperiri animam, negamus in
vno Poemate plures poſſe contineri fabulas; fabulæ no-
mine interim ſumpto in ſui propria ſignificatione, qua
denotat imitationem actionis integræ, atque abſolutæ,
quæ ſcilicet non ſit in gratiam alicuius alterius magis
C *præcipuæ, ſed per ſe; ſi plures etenim fictiones fiant in*
vno Poemate, quia ſunt imitationes actionum ad vnã
quandam principalem ſubordinatarum; ideo fabulæ
abſolutæ non ſunt, ſed potius Epiſodia; ceterum nos fa-
bulam, non autem Epiſodium, dicimus eſſe velut ani-
mam Poematis: Laudans vero Ariſtoteles Homerũ, Poet. cap. 2.
qui Poemata condiderit multis actionum imitationi-
bus referta, per actionum imitationes non vere fabu-
las ſignificauit, quod infra ipſe declarat, ſed Epiſodia;
in hoc etenim conueniunt fabula, & Epiſodium, vt ſit

 vtrum.

vtrumque actionis imitatio; licet in eo differant, quod A
fabula eſt imitatio actionis abſolutæ, ac integræ; quum Epiſodium ſit imitatio actionis ad magis præcipuam reſpectum habentis; ſed quo conueniunt vt ſint ſimpli-
Poet. cap. 17. *citer actionis imitatio, eo etiam nomine licuit Ariſtoteli vni Epopœiæ plures concedere fabulas, nomen fabulæ communiter applicans quoque ad Epiſodia: Quoniam vero Epopœiæ fabula eſt imitatio actionis plurium dierum, ideo recte monet Ariſtoteles non poſſe nos contextum Epopœiæ in unam inſerere Tragœdiā, quæ fabu-* B
la ea continetur, quam dixerat eſſe imitationem actionis unica die abſolutæ; & quia Epiſodia in Epopœia poſſunt ſigillatim eſſe imitationes actionum Ephimerarum; iccirco una Epopœia non niſi pluribus Tragœdijs complecti ualet, cōuerſo nimirum quouis Epiſodio Epico in unam fabulam Tragicam. Amplius haud neceſſario colligunt Aduerſarij fabulam non eſſe animam Poematis, ex eo, quod plures concedamus eſſe fabulas in Poemate; quoniam Dialectice diſputat Ariſtoteles in C
primo De anima *; ubi ſtatuere uidetur abſurdū eſſe in unico uiuente plures contineri animas: Ecce Mundum, qui eſt unum uiuens, multas habet animas mul is ſuis partibus appropriatas, præter illam communem, quæ ſingula perficit, ut liquido conſtat ex ſuperioribus; ita ergo abſurdum non ſit unum Poema, ultra uniuerſalem, plures quoque fabulas habere partiales. Niſi potius dicere uelimus Ariſtotelem negare unico uiuēti plures animas eiuſdem naturæ, ac ſpeciei; ſic enim eſſent*

animæ

Digitized by Google

A *animæ in corpore, uti milites in Equo Troiano; nunquã uero ab uno animato plures animas tollere, quæ ſint diuerſi generis, ac uariæ conditionis; nam certo conſtat in animalibus quidem cæleſtibus unicam, & ſimplicem ſingulis ineſſe animam Intelligentem; at in brutis animalibus præter uegetalem, animam quoque ſentientem agnoſcimus; in homine uero & uegetalem, & ſentientem, & rationalem: Quemadmodum ergo in animalium genere quædam vnica, & ſimplici anima viuũt,*

B *vti cæleſtia; quædam vero multiplici, vt ſublunaria; ita nihil eſt inconueniens inter Poematum ſpecies, quaſdam eſſe, quæ vnica formentur fabula, quæ in eis vicem gerat animæ, vt Comœdia, Tragœdiaque; aliam vero, quæ multiplicem fabulam, quaſi animam item obtineat, vt Epopæia.* Poet. cap. 17 *Præterea concedentes viuens vnũquodque ſui vnitatem non aliunde, quã ab anima ſortiri, & in vnico animato plures animas, veluti milites in Equo Troiano, haud contineri; ſed vnam tantum*

C *cuique uiuenti animam ineſſe; negamus penitus huiuſmodi animam multis non poſſe conſtitutam eſſe partibus eſſentialibus, ceu multis animis inuicem ſubordinatis, & in vnam communem formam conſpirantibus; ita nanque in homine anima uegetalis, ſentiens, & rationalis, inuicem diuerſæ quidem, ſubordinatæ tamen, in unam coeunt animam humanam, quæ hominem in eſſe conſtituit; ſic dicendum eſt de anima uegeta, & ſenſitrice in bruto animali, quæ inuicem ſubordinatæ in unam conſpirant animam irrationalem, quæ*

brutum in eſſe conſtituitur: Quis ergo inficiabitur multas fabulas inuicem ſubordinatas, & in unam communem fabulam, ueluti partes multæ in unum totum, conſpirantes, unicum poſſe Poema conſtituere, & ad inſtar animæ ſubiectam illius materiam uiuificare? Huc certe reſpexit Ariſtoteles dum laudat Homeri Poemata, quia multis referta ſint imitationibus; dumque nominatim ait Iliadem, atque Odyſſeam eſſe Poemata commiſta ex pluribus actionibus per ſe ſigillatim magnitudinem habentibus; quum tamen optime conſtituta ſint, & unius actionis imitatio eſſe dicantur; dũ postremo ſcribit Epopœiæ contextũ multas continere fabulas; nam quod aſſeritur imitationem Epicam non poſſe unica fabula contineri, quia neceſſario ex una Epopœia plures Tragædiæ formentur, non conuincit in unica Epopœia multas eſſe fabulas Epicas, ſed ſolum multas reperiri Tragicas; quoniam, uti dictum fuit, fabula Epica imitatio eſt actionis plurium dierum multa continens Epiſodia Ephimera, quorum unumquodque fieri poteſt fabula Tragica, quæ imitatio eſt actionis diariæ; cedentibus itaque, ſiue conuerſis Epiſodijs Epicis in fabulas Tragicas, apte poſſunt ex una Epopœia unicam fabulam Epicam habente multæ formari Tragædiæ. Addere liceat nos agere in præſens de perfecto Poemate; huic etenim unica ineſt fabula ſibi proportionata, nempe imitatio unius actionis uel Diariæ, ut Comica, & Tragica; uel tẽporariæ, ut Epica; quũ pſeudopoemata, ut Heracleida, Theſeida,

Poet. cap. 2. — Poet. cap. ult. — Poet. c. 17. & ult.

A B C

A *ſeida, Cyprica, & paruam Iliadem notat eſſe Ariſto- teles, plures contineāt fabulas; quare ad argumentum, qui dicunt in vnico Poemate plures contineri fabulas, ſi promiſcue loquantur de quocunque Poemate ſiue bono, ſiue malo, nihil ad nos, qui exquiſitum, omnibuſque numeris abſolutum Poema conſideramus; ſin autem ſermo ſit de Poemate perfecto; tunc per multas fabulas uel intelligunt eas, quæ tanquam partes ſunt vnius fabulæ totalis, quæue ad vnam præcipuam ſub-* Poet. cap. 6. & 12.
B *ordinantur; & ſic ipſis non repugnat per quādam analogiam animæ ratio; quoniam & vnus homo plures habet animas in vnam conſpirantes, ſiue in vnam præcipuam, quæ propria eſt hominis anima, ſubordinatas: vel per multas fabulas multa intelligunt Epiſodia, quæ in Epopœia non adhuc fabulæ naturam ſortita, fabulæ tamen fiunt, dum Epopœia vna in multas conuertitur Tragædias; & ita nihil prohibet in vna Epopœia vnicam haberi fabulam pluribus ornatam Epiſodijs,*
C *quorum vnumquodque fieri valeat fabula Tragædiæ: vel denique per multas fabulas ſignificant eas potius, quæ uere, & actu fabulæ quum ſint, ita ſunt ab inuicem diſſitæ, vt nullo modo in vnam totalem conuenire valeant, ſiue in vnam præcipuam ſubordinari; & ſane tunc falſo aſſumunt Aduerſarij poſſe multas fabulas in vnico Poemate reperiri. Ad ſecundum uero argumentū, de quo magna lis orta eſt, & diu inter viros Clariſſimos agitata, primum quidem negare poſſemus quod aſſumitur, Poema ſcilicet non eſſe fabulam: ſi-*

Poe.c. 1. & 3. ſiquidem Ariſtoteles initio ſuæ Poeticæ aſſeuerat Epopæiam, Tragœdiamque poeſim, Comœdiam inſuper, ac Dithyrambicam, tum pleraſque illarum, quas ad Tibias, Citharaſue accomodamus, omnes prorſus in hoc vno conuenire, vt imitatio ſint; eſt autem Ariſtoteli fabula imitatio. A

Poet. cap. 4. Sed aliud fortaſſe dicendum eſt per hæc velle Ariſtotelem, Poema ſcilicet in imitatione cõſiſtere, haud eſſe imitationem; & ſi dicatur eſſe imitatio, non tamen propterea fit vt item dicatur eſſe fabula, ex eo quod fabula imitatio eſt, nam paralogiſmus fit in B ſecunda figura ex puris affirmatiuis, dum dicitur, fabulam eſſe actionis imitationem, Poema conſimiliter eſſe actionis imitationem, ac proinde Poema eſſe fabulam; neque enim propoſitio maior conuertibilis eſt, quo ex permiſſu Ariſtotelis reduci valeat argumentum ad

1. Poſt. t. 28. 29. perfectum primæ figuræ; falſum eſt ſiquidem omnem imitationem actionis eſſe fabulam, quia in plus ſe habet actionis imitatio, quam fabula: nanque apud Ari-

Poet. cap. 1. ſtotelem actiones imitantur in Poemate geſtu, ſaltu, & C pleriſque alijs abſque fabula. Quare Aduerſarijs potius concedendum eſt quoduis animatum ab anima proprie denominari, ſed hoc longe aliter accipiendum eſt, ac in obiectione poſitum fuerit; quia Plantæ vegetabiles appellantur ab anima vegetali, bruta uero ſenſitiua ab anima ſenſuali, homo autem rationalis ab anima rationali, cælum denique intelligens ab aſſiſtẽte Intelligentia; perinde quoque Poemata denominantur a fabulis, ita Odiſſea dicitur ab imitatione actionis Vlyſ-

ſis,

A ſis, Ilias ab imitatione geſtorum Achillis irati circa Ilium, Aeneidos ab imitatione actionis Aeneæ: fabula nanque dicebatur eſſe actionis imitatio apud Ariſtotelem: Negandum eſt autem obijcientibus animatum dici poſſe animam; quippe anima de viuente non prædicatur in recto contra id, quod aſſumitur in obiectione: Quamuis etenim Platoni ſecus viſum ſit, perpetua tamen ſententia extitit Ariſtoteli Hominem non eſſe animam; nam in primis conſtituit animam eſſe partem 5. meta.t.23.
B quandam hominis; ceterum pars de ſuo toto in recto prædicari nequit; negaret itaque Ariſtoteles hominem eſſe animam, haud minus quam totum eſſe partem ſuimet: Deinde uero ſcribit elementa non prædicari de ijs, quorum ſunt elementa; quum autem animati, ac viuentis anima ſit elementum, cauſſa nempe interna; iam ſatis conſtat Ariſtoteli hominem, ac viuens non eſſe animam: At ipſe idem alibi aperte ſtatuit animam proprie non intelligere, aut amare, aut ædificare; ſed homine reipſa eſſe, qui talia obeat munia miniſterio animæ; apparet ergo ex Ariſtotele hominem non eſſe animã: Immo & alio in loco Ariſtoteles ipſe perſpicuis verbis admonet abſurdum eſſe ponere quod homo ſit anima. 14.meta.c.3. 1.de an.t.64. 8. meta t.8.

Verum quod obijcitur primo loco ex Ariſtotele alicubi ſcribente vltimam differentiam eſſe rei ſubſtantiam, & definitionem: ſoluitur eo, quia tum falſo adijcitur contextui Ariſtotelis differentiã eſſe totam definitionem; quoniam eſt eius pars potior quidem, atque nobilior; quocirca non poteſt prædicari de ipſo definito in re- 7.meta.t.43.

Poet. cap.4.

recto, vt definitio tota, quæ oratio eſt ex genere, ac differentia conſurgens; tum falſo aſſumitur animam eſſe differentiam viuentium, nam etſi anima ſit illud, vnde ſumitur viuentium differentia, non eſt tamen ipſamet eorum differentia, ſed forma; quandoquidem A
Prędic.de dif. *vel ipſe Porphyrius plurimo interuallo diſtinxit differentiam a forma, dum illam huic proportione reſpondere ſcribit; nihil enim ſibi ipſi proportione reſpondet, ſed alteri; quoniam proportio vbique inter diuerſa eſt, quanquam ſimilia. Quod uero deinde opponitur ex* B
10. æthic. c. 7. *eodem Ariſtotele in Morali Philoſophia ſcribente unũquemque id eſſe, quod in eo eſt ſummum, ac melius; & hominem maxime eſſe id, quod Intellectum vocamus; nihil officit, non ſolum quia Philoſophus in æthicis de*
1. æthic. c. 3. 1 mag. mor. cap. 6. *anima tractat pingui Minerua, quemadmodum ipſemet apertiſſime teſtatur non vno in loco; verum etiam potiſſimum quia ſcribens Ariſtoteles vnumquemque videri eſſe id, quod in eo præcipuum eſt, ac melius, propopoſitionem affert famoſam potius, quam veram, &* C
apparentem potius, quam neceſſariam, quod indicat nota illa (uidetur) & demum aſſeuerans hominem eſſe maxime id, quod Intellectum appellamus, non ſimpliciter ait hominem eſſe Intellectum, ſed ſolũmodo innuit maximam, ſiue præcipuam hominis partem eſſe Intellectum, non totum ipſum hominem eſſe Intellectum;
7. meta. t. 36. *quod ijs apprime conſentit, quæ idem Ariſtoteles alibi profitetur inquiens tum Animal non eſſe animam;*
5. meta. t. 23. *tum uero Animam eſſe partem quandam hominis, in*

qua

A *qua prima ipſum viuere eſt; viuere autem apud Ari-* 2. de an. t. 37.
ſtotelem eſt ipſum viuentibus eſſe: In hoc enim diſſentit
apertiſſime a Platone, ac Stoicis Ariſtoteles, illis cum
Platone decernentibus Hominem nihil eſſe aliud, quam
illud in nobis, quod imperat corpori, nempe animã, eam-
que rationalem; Ariſtotele autem aſſerente Hominem 7. æthic. eud. c. vlt.
eſſe tertium quid ex anima, & corpore, tãquam ex im-
perante, ſubditoque conſtitutum: Quum itaque Homo
anima non ſit; ipſe nanque mortalis eſt, ea immortalis;
B *idem autem ſimul mortalitatis, & immortalitatis con-*
ditionem habere nequit; liquido iam conſtat Poema
non poſſe appellari fabulam, quæ in eo animæ vicem ge-
rit: Qua quidem in re ceteris vel reclamantibus, erudi-
tiſſimum Philoſophum, ac Poetam iuuat habere fau-
torem, IO. BAPTISTAM STROZZAM, *vere flo-*
rem delibatum populi Florentini, Muſis, ac Deo charũ,
cuius doctrinam, & probitatem optimi quique ſuſpi-
ciunt, ac venerantur. Ad poſtremam vero rationem il-
C *lud prima fronte reſpondendum occurrit, Ariſtotelẽ non*
determinate, ac certo pronunciaſſe haud conuenire fabu-
læ tribuere identitatem, & diuerſitatem Poemati, ſed
hoc protuliſſe dubitabundum, & cum hæſitatione; quod
indicat particula illa (fortaſſe) ſcribit enim, Minime ve- Poet. cap. 17.
ro fortaſſe conuenit, eandem Tragædiam, ſiue diuerſam
appellare a fabula. Deinde concedentes hæc ab Ari-
ſtotele tanquam rata decerni, aliter tollenda eſt dubita-
tio, nimirum dicentes quidpiam dici poſſe tum idẽ, tum 5. meta. t. 13.
quoque diuerſum & ſecundum numerum, & ſecũdum & 16. 12. meta. c. 49.

VVVV *ſpeciem,*

ſpeciem, ut pleriſque in locis notat Ariſtoteles; illud A
autem, eo autore, perpetuum eſt diſcrimen originis inter identitatem, diuerſitatemque numericam, & ſpecificam: quod ſemper identitas, ac diuerſitas numerica pendet ab identitate, ac diuerſitate materiæ; identitas uero, ac diuerſitas ſpecifica exoritur ab identitate, ac diuerſitate formæ: modo ad argumentum, ſi ſermo ſit de identitate, ac diuerſitate ſpecifica, negamus de hac loqui Ariſtotelem in textu citato, concedentes eam prouenire a forma; nam Tragœdiæ omnes ſunt eiuſdem B
ſpeciei, ac ſolo numero differunt; aut ſi pluſquam numero differunt, certe ut mas, & femina in eadem ſpecie, ſolummodo ſecundum materiam; eſt enim differentia hæc magis, aut minus perfecti, quæ a uaria materiæ diſpoſitione deſumitur: Si uero loquamur de identitate, ac diuerſitate numerica, uel ſecundum perfectionem (ita liceat illam appellare, quæ eſt inter maſculum, & feminam in eadem ſpecie, illique proportionalē quamlibet) falſo dicunt Aduerſarij eam a forma duci C
debere; numerus etenim multitudo eſt, quæ a quantitate, cuius radix materia eſt, proficiſcitur: quum forma ſit ſecundum ſe abſque quantitate; quare Tragœdia eadē, uel diuerſa dicenda erit, non quidem a fabula, quæ formæ, atque animæ munus obit; ſed a materia, ſiue a materiæ conditionibus, nempe uel a metro, uel a connexione, uel a ſolutione fabulæ, uel ab omnibus his; quia eadem fabula diuerſo metro explicata, uel eodem ab uno quidem Poeta bene contexta, & male ſoluta; ſed

ab

A *ab alio male connexa, & bene ſoluta; & ab alio egregie connexa, & ſoluta, diuerſas numero Tragœdias cōſtituet in eadem ſpecie: quod aperte docet Ariſtoteles, dum ait, Minime vero fortaſſe conuenit eandem Tragœdiam, ſiue diuerſam appellare a fabula: id quod earum ipſa quidem connexio, atque ſolutio indicauerit: ceterum non pauci egregie nectentes inepte ſoluunt.*

Quod autem obyciunt Aduerſarij, Actum eſſe qui ſeparat, & diſtinguit, id eo ſenſu ab Ariſtotele non pro-
B *ponitur, ut ſoli formæ cōcedatur vis diſtinguendi (quod putant obyicientes) ſed in eo ſolum, quo actus dicitur impedire rerum vnionem, quæ neceſſario poſtulat aliquid in potentia; qua de re fuſe ſuperius; vbi etiam demonſtratum fuit materiam poſſe ſtatui cauſſam diſtinctionis; diſtinctionis inquam numericæ, ſecundum quam vnus oculus ab alio differt, atque omnino vna pars ab alia in eodem animali, quarum omnium eſt eadem forma, & anima: Quinimmo quis ambigat materiam eſ-*
C *ſe cauſſam diſtinctionis etiam pluſquā numericæ? differūt ſiquidem pluſquam numero in eadem ſpecie maſculus, & fœmina, ob ſolam diuerſitatem materiæ; Quāuis ergo Tragœdia eadem, aut diuerſa non appelletur neceſſario ab identitate, ac diuerſitate fabulæ; hinc tamen haud fit quominus fabula dicenda ſit anima Tragœdiæ; quum vnitas, ſiue identitas, ac diuerſitas numerica, & omnino ea, quæ de agit hoc in loco Ariſtoteles, a ſola materia dependere valeat. Ad poſtremum negamus Lucretianum, Nicandri, Q. Sereni, Macri,*

& aliud quoduis id generis opus eſſe Poema verum, & quæ fabulis contexuntur, veras eſſe Hiſtorias; quia vt Poematis anima fabula eſt, ita Hiſtoriæ medulla veritas; nam Hiſtorici officium eſt facta propria narrare; Poetæ vero non eſt facta ipſa propria narrare, ſed quemadmodum vel geri quiuerint, vel veriſimile, vel omnino neceſſarium fuerit; quare non eſt cum vulgo exiſtimandum Metrum conſtituere Poemata, ſolutam autem orationem Hiſtorias, ſed Poemata fabulis, Hiſtorias rei veritate niti. Quæ omnia manifeſta B
Poet.c.1. & 7. *ſunt ex Ariſtotele. Non eſt itaque ijs aſſentiendum, qui negant fabulam eſſe principium, ac velut animam Poematis.*

Vtrum diſcurſus ſit actio Mentis ſecundum ſe, an etiam ſenſus cum ea operantis. Cap. XXVI.

VERVM *vt redeamus ad operationes uitæ naturalis, ac proprie dictæ, illud etiã* C
nobis obijcitur, quod agentes de actionibus uitæ humanæ diſcurſum abſolute Intellectui attribuere non dubitauimus; quaſi ſenſus nullam vim, nullumque ius habeat in ratiocinandi actione; quod tamen falſum eſſe demonſtrat nõ vna ratio; & prima quidẽ propterea quod multi fiunt diſcurſus de rebus indiuiduis, & ſingularibus; quorũ cognitio ad ſenſum pertinet, non ad Intellectũ, cuius intereſt cognoſcere uniuerſalia: et reuera ſi actio di-

A *ſcurrendi propria eſt Intellectus, ea ita illi propria nõ eſt, quin in diſcurſu de re particulari Mens ad ſenſus porrigatur, & miniſterio eorundem utatur; quod inquiũt doctiſſimi viri, Mentem ſcilicet in raciocinio particulari, ſeu rerum ſingularium, ſe ſe ad ſenſum applicare. Secũda uero ratio eſt, quia ſi diſcurſus eſſet operatio Intellectus, prout ipſe omnino ſeiunctus dicitur a ſenſu, ita ut ſenſus nihil Menti prodeſſet ad ratiocinandum, quid prohiberet quominus Mens poſt mortem a corpore*
B *ſeparata diſcurreret, perinde ac efficit corpori, ſenſuique adiuncta? quũ itaque Mens ſenſitrici animæ adiuncta ratiocinetur, ab ea uero abiuncta ratiocinari nequeat; concludendum videtur Mentem in actione raciocinãdi uti opera ſenſuum. Tertia demum ratio eſt, quia reuera diſcurſus eſt propria hominis operatio, prout homo eſt, non Mentis ſecundum ſe; nam ſatis conſtat ex Ariſtotele hominem anima ratiocinari, non autem animam in homine diſcurrere; ſed tum homo ipſe in ſui* 1. de an. t. 64.
C *ratione ſenſum, & Intellectum æque admittit, definitur enim animal rationale; quum apud eundem Ariſtotelem animal per ſenſum, ſeu per animam ſenſitricem in eſſe conſtituatur; tum quoque anima, per quam Ariſtoteli homo dicitur addiſcere, ac ratiocinari, eadem eſt atque illa, qua homo dicitur miſereri; quum illud certo conſtet affectum miſericordiæ pertinere ad animã humanam, prout ipſa eſt quiddam ex Mente, ac ſenſu cõſtitutum; ſiue ad animam ſenſitricem, prout ipſa ſubdita eſt intellectui; quod alibi nos docet Ariſtoteles; di-* 2. de an. t. 16. 2. de gen. an. cap. 3. 2. de an. t. 64. 2. mor. eud. cap. 2.

ſcurſus

ſcurſus itaque, ac ratiocinari eſt operatio non minus ſenſitiuæ facultatis, quam IntelleЄtricis. A

Argumenta quidem non leuia; quæ tamen nos a propoſitis dogmatibus non retrahũt: nanque ad primũ dicimus indiuiduorum, & ſingularium cognitionem, nedum ad ſenſum, verum etiam ad Intellectum pertinere; vt abunde ſupra demonſtratum fuit per ea, quæ non opus eſt modo repetere; illud ſtatuentes hominem diſcurrentem de ſingularibus ea cognoſcere, ac ſpeculari Mente, non ſenſu: Quod autem ex doctiſſimis viris B *obijcitur, Mentem in ratiocinio ſingulari applicare ſe ſe, atque ad ſenſum protendere, id quod non efficit in ratiocinio vniuerſali, in ea ſignificatione verum non eſt, quod Mens in diſcurſu particulari ad indiuidua cognoſcenda vtatur ſenſu, veluti cooperante; quod putant Aduerſarij; ſed ſolum quia Mens vt in diſcurſu rerum vniuerſalium, quarum imagines in ſeipſa continet, non digreditur ad ſenſus; ita in diſcurſu rerum ſingularium, quia earum ſpecies phantaſmata ſunt, quæ* C *in ſenſu illo interno conſeruantur, quem Phātaſiā dicimus, cogitur Mens ſeipſam applicare ad phantaſiam, vt in ea meditari valeat ſingularium ſpecies abſque eo, quod vtatur opera Phantaſiæ, vt cooperantis, ad ea phantaſmata per diſcurſum, ſiue in diſcurſu cognoſcēda; Recte itaque diſcurſus dicitur eſſe actio Mentis, nō item ſenſus, quum in eo nihil agat ſenſus. Ad ſecundam vero rationem dicimus iccirco Mentes a corpore ſeparatas non ratiocinari, quia materiā non habentes* ad-

Digitized by Google

A adnexam, a qua cogantur mendicare notitiam huius
ex hoc, vniuerſa obiecta ſibi præſentia ſine motu intui-
tiue dignoſcunt; Dũ etenim Mens corpori adiuncta eſt,
licet a materia, quæ vbique radix eſt occultationis, &
ignorantiæ, multa intelligibilia ſibi occultentur adeo,
vt illorum cognitionem aſſequi non valeat niſi diſcur-
rendo ex notioribus; quia tamen in tali diſcurſu Mens
nõ utitur ſenſu cooperante; propterea diſcurrendi actio,
& ratiocinium ſoli Menti debetur, non item ſenſibus;
B haud enim ratiocinandi munere priuatur Mens poſt
hominis obitum, formaliter quia ſit a ſenſuum com-
mercio ſeiuncta, ſed pure quia ſeparata a conſortio
materiæ, vt materia eſt. Ad poſtremam autem
rationem, quæ ceteris validior eſſe videtur; concedimus
diſcurſum eſſe propriam hominis operationem, hominis
inquam, vt homo eſt, attamen inficiamur tum ratioci-
nium item dici non poſſe operationem Mentis; tum quo-
que diſcurſum ab anima pendere, prout ſenſitricem
C facultatem obtinet; nam illud quidem certum eſt in om-
ni noſtra operatione dua eſſe principia effectiua, quibus
ſigillatim actiones attribuuntur, nimirum principium
quod agit, & principium quo agens operatur; primum
eſt principium adæquatum, ſiue totale, nempe homo
ipſe, prout eſt quiddam tertium ex anima, & corpore
conſtitutum; de quo principio tractans Ariſtoteles re- 1. de an. t. 64.
cte ſcribere potuit hominẽ anima ratiocinari, miſereri,
timere, aliaque omnia opera præſtare; nõ autem animã
in homine talia munia obire: alterum uero eſt principiũ
magis

magis principale, cui primo debetur actio; id a Scholaſticis appellatur principium quo primo; ad totalis differentiam, quod uocant Principium quod; & ad inſtrumenti etiam diſcrimẽ, cui nomen indidere principij quo ſecundario; iſtud autem principium quo primo fiunt omnia Vitæ opera nihil eſt aliud, quam anima; ſed ſpeciatim diſcurſus, ac ratiocinij Mens, ſiue anima Intellectiua principium dicenda eſt, non ſenſus: Ratiocinij ergo principium quod eſt homo, principium uero quo primo eſt Mens, quare non ab re dici potuit a nobis ratiocinium eſſe functio Mentis, non ſenſus; quia eſt operatio ab homine facta in uirtute Mentis, non item opera ſenſus ullius: Etſi enim homo, qua homo eſt; abſolute in ſui ratione admittat ſenſum, & Intellectum; definiaturque animal rationale: animal uero conſtituatur in eſſe per ſenſum, vt affertur, homo tamen ſpeciatim reſpiciens diſcurſum, ſiue in actu ratiocinandi nullo modo vtitur ſenſu, tanquam cooperante, ſed Mente ſolũ: A B

1. de an. t. 64. *Quod uero ex Ariſtotele dicitur eandem eſſe animam, qua homo ratiocinatur, cum ea, qua miſeretur; verum quidem eſt abſolute; nam homo miſeretur, addiſcit, ratiocinatur, & alia vitæ opera perficit omnia beneficio vnius animæ humanæ, quæ eſt hominis forma totalis; atque hæc exoterice, ac dialectice diſputans dicere potuit Ariſtoteles in primo libro* De anima, *nondũ diſtinctis animæ potentijs abinuicem, neque adhuc relata ſingula Vitæ functione in propriam cuiuſque facultatem; ſed exquiſite magis hoc placitum expendentibus* C

illud

A *illud eſt animaduertendum, unam hanc animã humanam, qua homo cunctas vitæ operationes edit, multas habere partes eſſentiales, multaſque potentias, ac facultates, quibus ſpeciatim varie vtitur homo ad varias functiones obeundas; quum enim alatur, ſentiat, & intelligat, ſiue diſcurrat homo beneficio vnius animæ humanæ; non tamen ad ſingula iſta munia obeunda cunctis vtitur homo potentiis animæ humanæ; ſed ſpeciatim ad nutritionem vtitur facultate vegetali, ad ſen-*
B *tiendum ſenſuali, & ad intelligendum, ac ratiocinandum intellectuali: Quum igitur homo ad ratiocinandũ vtatur quidem miniſterio animæ propriæ, quæ compoſita eſt ex ſenſu, & Intellectu, addo etiam ex anima vegetali; quia tamen homo in diſcurſu non exercet omnes facultates animæ humanæ, nempe et vegetam, ac ſenſitricem: ſed intellectualẽ potentiã ſolummodo, propterea functio diſcurrendi referenda eſt in Mentẽ ſolam, quæ ſola eſt principium quo primo ratiocinamur; quod ſen-*
C *ſui aptari nullo modo poteſt. Diſcurſus itaque actio eſt ſolius Mentis, non item ſenſus, vt cooperantis.*

Quomodo vita poſſit eſſe communis incorruptibili, & caduco. Cap. XXVII.

POSTERIVS *& illud male conſtituiſſe videmur, vitam ſcilicet eſſe quiddam commune tum ſublunaribus animatis, tum quoque cæleſtibus corporibus, ita vt in cælo ex Intelligentia, &*

orbe fiat vnũ viuens, quemadmodum ſub cælo ex anima materiali, & corpore elementari fieri contingit, nanque ante omnia ex Ariſtotelis decreto nihil poteſt eſſe commune rebus æternis, & corruptibilibus; ſunt autem cæleſtia corpora incorruptibilia, noſtratia vero cuncta caduca: Quod tamen dilui poteſt, quoniam ſi aliquando ſcripſit Ariſtoteles corruptibili, & immortali nihil eſſe commune, id ſolum protulit de communi vniuoco: alioquin ſubſtantiæ ratio, quantitas, corporeitas (vt ita loquar) lux, tranſparentia, quam alio nomine diaphaneitatem, & perſpicuitatem appellare conſueuimus, ſigillatim & in cæleſtibus corporibus, & in ſubcæleſtibus ineſt; quod etiam animaduertit Ariſtoteles; quoniam nihil prohibet æterno, & corruptibili quiddam eſſe commune analogum; ſic prorſus ex Auerrois obſeruatione, vita in vniuerſum genus eſt æquiuocum fere, hoc eſt analogum, ad vitam cæleſtem, & ſublunarem; quarũ vita cæleſtis eſt principale analogatum, vt pote a qua, tanquam a priori dependet, conſeruatur, gubernatur, & menſuratur vita ſublunaris; quod non obſcure ſignificauit nobis Ariſtoteles inquiens tum a vita cæleſtium rebus alijs vniuerſis pendere eſſe, & viuere; his quidem exactius, his autem obſcurius; tum quoque a ſuperioribus lationibus, quæ ſunt operationes vitæ cæleſtis, pendere, & gubernari omnes virtutes Mundi huius inferioris; tum ab ijſdem motibus admetiri ſpatia vitæ omnibus animatis ſublunaribus; tum demum cæli gyros determinare, ac numerum ponere in uita vniuſcuiuſque

(Margin notes: 10. meta. t. vlt. — 2. de an. t. 68. — 2. cæl. t. c. 60. — 4. meta. t. 2. — 1. cæl. t. 100. — 1. meteo. c. 2. — de mund. c. 6. — 2. de gen. t. 57. ; letters A, B, C)

A *cuiuſque viuentis elementaris: Analogatum vero principale id eſſe, a quo cetera pendent, docet nos aliquando Philoſophus. Amplius autem ipſe idem Ariſtoteles apertiſſime faſſus eſt alibi cælum, quod eſt animal perfectum, communicare debere in aliquo cum animalibus hiſce ſublunaribus naturæ imperfectioris; id autem non eſſe ſenſum; quoniam cælum, quum habeat functionem nobiliorem multo, digniorem que noſtra, procul ab hiſce diſſitum eſt; ſed commune id, quod neceſſe eſt vt habeat* B *animal cæleſte perfectum cum hiſce noſtratibus diminutis, eſſe hoc, quod Vitam appellant: Hæc ad vnguem Ariſtoteles. Vita ergo in vniuerſum commune quiddam eſt cælo, & viuentibus in Mundo inferiori.* 4. meta.t.1. 1. de plant.c.1.

Quomodo Intelligentia ſit actus corporis cæleſtis, cui aſſiſtit, an illi tribuat eſſe; quodue diſcrimen ſit inter actum primum, formam informantem, & formam dantē eſſe. Cap XXVIII.

C

DEINDE *vero ei, quod ſtatutum eſt ex orbe, atque Intelligentia illi aſſiſtente fieri vnum viuens, illud refragatur, quia certe ſi tale quid verum extaret, ſequeretur neceſſario Intelligentiam dare eſſe ipſi cælo, non operationem tantum, quippe vel apud Ariſtotelem viuere eſt uiuentibus eſſe, & eſſe ſubſtantiale, quod illis prouenit ab anima; ex quo ſane fieret Mentes abſtractas eſſe formas informantes, & actus* 2. d: an. t.36 37.

primos corporis cæleſtis; quæ tamen omnia falſa eſſe ui- A
dentur: Sed nihilominus & hoc argumentum ſolui po-
teſt, Nam ualde differre arbitror formam dantem eſ-
ſe ab actu primo, & horum unumquodque a forma in-
formante; quoniam forma dans eſſe eſt quiddam ma-
gis uniuerſale quam ſit actus primus, & actus pri-
mus uniuerſalem magis adhuc naturam obtinet quam
habeat forma informans: forma nanque informans eſt
forma ſubſtantialis, quæ ſic unita eſt ſuo ſubiecto, ut
in eo eſſe, ac per ſe primo inexiſtere dicatur, ab eo un- B
dique complectatur, ac terminetur aliquatenus, atque
ad ſubiecti ſui motum per accidens ſaltem moueatur:
Sed actus primus eſt forma quidem in genere ſubſtan-
tiæ; at eſt quiddã commune ad omnes formas de genere
ſubſtantiæ, a quibus aliqua operatio prodire ualet; ſiue
tales formæ in ſubiecto inſint, ut informãtes; ſiue illi præ-
ſint, atq; aſſiſtant, & ſiue ad ſubiecti motũ moueantur,
ſiue non, dicuntur etenim formæ ſubſtantiales actus pri
mi non niſi in relatione ad ſuas operationes quæ nuncu- C
pãtur actus ſecundi; quare omnis forma de genere ſub-
ſtantiæ, quæcũq; illa ſit, ſiue informãs, ſiue aſſiſtens, ap-
pellari debet actus primus: Id quod liquido ſatis con-
2. de an. t. 6. *ſtat ex Ariſtotele, qui quũ alicubi definiat animam eſſe*
actum primum corporis phyſici organici; ſubiungit po-
2. de an. t. 11. *ſterius ex allata definitione manifeſtum non eſſe adhuc*
ſi anima definita ſit actus corporis, ſicuti nauta nauis,
hoc eſt, aſſiſtens; ſi enim actus primus eſſet forma in-
formans, non item aſſiſtens; quod plerique opinantur;
procul-

Digitized by Google

A *proculdubio ex eo, quod definitum erat animam eſſe actum primum corporis naturalis organici, ſatis manifeſtum extitiſſet Ariſtoteli animam non eſſe actum corporis, ſicuti nauta nauis actus eſſe dicitur, eſt enim nauta forma naui aſſiſtens, non ipſam informans: Niſi etiã dicere velimus actum primum eſſe omnem illam formam abſolute, tam in genere ſubſtantiæ, quam in ſerie accidentium, a qua proficiſci poteſt aliqua operatio; nã que ab Ariſtotele ſciẽtia vocatur actus primus, contem-* 2. de an.t.2.& alibi paſſim.
B *plari vero, quod eſt opus a ſcientia prodiens, actus ſecũdus; atuero hæc fortaſſe metaphorice, ac exempli gratia: Denique forma dans eſſe eſt illa omnis tũ a qua quidpiam dependet in eſſe, tum etiam per quam quidpiam conſtituitur in eſſe: id autem commune eſt omnibus formis tam accidentalibus, quam ſubſtantialibus, percurrit enim omnem naturam ipſum, quod vocamus Eſſe: et vnicuique eſſe eſt a propria forma, quæcunque ſit illa; definitur etenim forma in vniuerſum ab Ariſtotele* 2. phy.t.28.
C *eſſe ratio ipſius quod quid erat eſſe; & non minus, aut magis dat eſſe homini anima humana, quam tribuat eſſe uiuentibus omnibus generatim acceptis anima in cõmuni, vt obſeruat Ariſtoteles, nec minus hiſce formis* 2. de an t.36. 37. *naturalibus, tribuit eſſe ſcamno, vel triangulo, forma ſcamni, quæ artificioſa eſt, ac forma trianguli, quæ ſimiliter figura eſt conſtans circa vnumquodque, de quarta ſpecie qualitatis, quod adnotat etiam Ariſtoteles.* Prædicam.

His autem ſic ſe habentibus, quum Mentes abſtractæ tribuant eſſe corpori cæleſti, non ſolum quia

cælum

Digitized by Google

cælum dependet in eſſe ab Intelligentia ſibi aſſiſtente, ita vt eius conſortio deſtitutum cæleſte corpus in eſſe permanere non poſſet: quum cæleſte corpus hoc, quod ſit, ab Intelligentia ſibi aſſiſtente acceptum referat eo fere modo, quo riſibilitas ſuum eſſe acceptum refert ab anima humana, a qua ita in eſſe dependet, vt ſine ipſa eſſe nullo modo valeat; Verum etiã quia, cælum, ſeu cæleſte corpus, & in ſumma orbis, licet ab Intelligentia ſibi aſſiſtente non ſortiatur hoc, ut ſit actu abſolute, eſt enim tale quiddam ex ſe ipſo; ab ea tamen id nanciſcitur neceſſario, vt ſit actu viuens ſui generis, & per ipſam conſtituatur in eſſe viuentium, ſiue in propria ſpecie uiuentis; propterea igitur Intelligentiæ ſeparatæ ſunt formæ cælo dantes eſſe, nimirum eſſe viuens. A B

Quum autem ab Intelligentijs cælo aſſiſtentibus prodeant certæ operationes, vt viſum eſt in ſuperiore libro; iccirco Mentes abſtractæ nuncupari debent actus primi corporum cæleſtium; & hoc in comparatione ad ſuas operationes, quæ vocantur actus ſecundi. C

Ceterum quũ Intelligẽtiæ cælo aſſiſtant, ac præſint; non uere, ac per ſe primo in cælo inſint, ac inexiſtãt: cælo non vndique amplectantur, ac terminentur; neque ad cæli lationem moueantur, vt obſeruat ſæpe Ariſtoteles; 12.meta.t 43. 8.phy paſſim. *propterea Mentes abſtractæ dici nequeunt formæ informantes, ſed ſolum ſunt aſſiſtentes, veluti nauta naui, & lumen perſpicuo; nam forma dans eſſe, & actus primus, ſunt genera ſaltem analoga ad formas & aſſiſtentes, & informantes. Verum quia dubitare*

A *tare poſſet aliquis an Nauta ſit forma informans, eo quia ita naui vnitus eſſe videtur, vt in ea inexiſtere potius, quam illi aſſiſtere videatur; ab ea vndique cõplectatur, ac terminetur; & ad ipſius motum moueatur; ideo anteaquam vlterius progrediamur, huic obiectioni eſt occurrendum: Qua in re dicimus Nautã nullo modo eſſe formam informantem, nec vllam ex attributis conditionibus ipſi conuenire eo modo, quo conueniunt veræ formæ informãti; nam forma informans*
B *per ſe primo, & eſſentialiter inexiſtit in proprio ſubiecto; nauta uero non ineſt in naui per ſe primo, & ſecundum quod ipſum; ſed qua corpus eſt; nanque omne corpus in loco eſſe neceſſe eſt; nauta uero, ut nauta eſt, naui aſſiſtit, ac præeſt; qua vero corpus eſt, in naui eſt, tanquam in loco: ſed neque ſemper nauta eſt in naui; fungitur enim ſæpe officio ſuo nauta extra nauis alueum exiſtẽs, vt dũ illã aduerſo aut flumine, aut fluxu maris, aut uento, aut in arenam lapſam funibus a lõge trahit, & alia*
C *multa operans ad nautæ miniſteriũ ſpectãtia multoties extra nauem; quum ex aduerſo forma informans per ſe primo, & quatenus fungitur officio formæ informãtis, ne tantillum a ſubiecto abeſſe valeat, ſed in eo inexiſtat ex neceſſitate: Conſimiliter nauta iiſdem rationibus a naui non vndique cõplectitur, ac terminatur; & eo etiam nomine, quo ad libitum nauem deſerere poteſt, atque aliis incumbere ſtudiis, quæ nihil ad nauem pertineant: Immo etiam poteſt ea moliri, quæ nauem ex inſtituto perdant; quum tamen forma informans com-*

pleta

pleta nihil aliud præſtare valeat, atque intendat, niſi A
quod aliqua ratione inſeruiat, ac opituletur ei, cuius dicitur eſſe forma; nec illud vnquam deſerere poſſit; licet enim pars animæ humanæ, quæ rationalis dicitur, a corpore ſeparetur; hæc tamen non eſt forma informans completa, ſed pars formæ informantis corpus humanũ; & ſi aliquãdo a corpore ſeparatur, ſemper tamen ad illud habet naturalem propenſionem, & ipſius reconiunctionem (vt ita dicam) appetere non deſiſtit; ſed hoc eſt altioris Diſciplinæ: Quod uero pertinet ad motum, etiãſi B
hoc, quod eſt moueri per accidens, conueniat omni formæ informanti, non tamen id illi ſic aptatur, quin alicui etiam aſſiſtenti competat, vt notatum fuit quoque in ſuperioribus; quare ſi nauta moueatur per accidens ad motum nauis, non proinde ſequitur neceſſario vt ſit forma informans, non aſſiſtens: Sed fortaße melius: Nauta, vt nauta eſt, ad motum nauis minime mouetur; ſed qua corpus eſt, exiſtens in naui, tanquam in loco: Immo neque ſemper nauta mouetur ad nauis motum; ſtans C
enim nauta immotus, neque locũ mutans nautæ officio fungitur, ſi nauem funibus longe poſitam ad ſe trahat; ſi uelis compoſitis, ac temone adaptato, certis ventis cõmittat illam ad partẽ aliquam determinatam ferentibus nullo alio miniſterio; & in ſumma multifariam, multiſque modis nauta extra nauem exiſtens illam ad libitum iuxta regulas artis recto motu mouere poteſt, abſque eo quod vllo pacto ipſe ad motum nauis moueatur per accidens, vt dici conſueuit; quin trahens nauta

nauem

A nauē in ſicco, vel eam forinſecus impellens in aquā, moueri nō dicitur ad motū nauis, ſed ipſa nauis manifeſte mouetur ad motū nautæ; quū tamen ex aduerſo forma quælibet informans mouere nequeat vlla ratione ſubiectū ſibi corpus, quin eodē motu per accidens & ipſa moueatur: Eſt ergo nauta vere, ac proprie forma naui aſſiſtens, nō eā informans: at vero vnde noſtra effluxit oratio, iā redeamus. Ex eo igitur, quod conſtituimus in cælo ex orbe, ac Intelligentia fieri vnum per ſe, atque vnū uiuens,
B colligi quidem poteſt Intelligentiā eſſe formam, non tamē neceſſario informantē. Mentes diuinas eſſe formas dātes eſſe, atque actus primos corporū cæleſtiū; quæ corpora ex ſeipſis ſunt in potentia, licet non ad eſſe ſimpliciter, tamen ad eſſe hoc, nēpe ad eſſe viuens, ad Intelligentiam, veluti materies ad formam; quorum nihil eſt abſurdum penitus: Hoc autem, quod aſſerimus in præſenti, ſatis comprobat Ariſtoteles inquiens aliquando ad hoc, vt ex duobus fiat vnum per ſe, requiri neceſſario, & 2 de an. t. 7. 8. meta. t. 16.
C ſufficere alterum illorum eſſe in potentia ad alterum, quod ſe habeat vt actus; cuiuſmodi profecto in cælo ſunt orbis, & Intelligentia illi aſſiſtens.

Vtrum Intelligentia cæleſtis contineatur ſub vniuerſali definitione animæ ab Ariſtotele promulgata. Cap. XXIX.

DEINCEPS autem ex eo, quod ſcribere non dubitauimus cælum eſſe vnum quiddam viuens ex Intelligentia, & orbe conſtitutum; immo

ex eo, quod nuper diximus Intelligẽtiam eſſe actum primum corporis cæleſtis, plane ſequitur ex neceſſitate Mentes abſtractas contineri ſub ea communi animæ definitione, quam exarauit aliquando Ariſtoteles inquiens Animam eſſe actum primum corporis naturalis potentia vitam habentis, ſiue inſtrumentalis; quod tamen eſſe falſum inde ſatis conſtare poteſt, tum quia iſta definitio animæ phyſica eſt, ac propria Phyſiologi; quum apud Ariſtotelem animas a materia ſeparatas definire interſit Metaphyſici ſolius, non item Philoſophi naturalis: tum quoniam anima eſt cauſſa efficiens operationum animati, vt notat Ariſtoteles; Intelligentia vero non eſt cauſſa efficiens motus cæleſtis, ſed cauſſa finalis tantummodo; nam ex eodem Ariſtotele Intelligentiæ mouent, vt intelligibiles, & concupiſcibiles; hoc autem eſt mouere ſub ratione finis. Verum & iſtæ obiectiones tolli poſſunt, prima quidem ante omnia conſiderando præcipuam certe intentionem eſſe Ariſtotelis in opere De anima *tractare de forma viuẽtium ſubcæleſtium, & ſpeciatim de anima humana, non autem de animis cæleſtium animalium; quia tamen ibi, vt ipſemet paullo inferius admonet, non exacte admodum, ſed rudiori formula de anima diſſerit; eapropter haud mirum eſſe debet, ſi definitio, quam præcipue de anima ſublunarium eo loco affert (quod de alia inferius allata non euenit) non ſit ita exquiſita, & omnibus numeris abſoluta, quin definitæ animæ naturam excedens competat etiam Intelligentijs aſſiſtentibus corpori cæleſti; ipſæ*

Margin notes: A (beside "ex eo, quod nuper"); 2. de an. t. 6. (beside "definitione"); 2. phy. t. 26 71. & alibi paſſim. (beside "quum apud"); B (beside "definire interſit"); 2. de an. t. 36. (beside "rationum animati"); 12. meta. t. 36. (beside "finalis tantummodo"); C (beside "opere De anima"); 2. de an. t. 11. (beside "met paullo"); 2. de an. t. 24. (beside "non euenit").

A *ipſæ ſiquidem ſunt pariter actus primi corporis naturalis potentia vitam habentis, ſiue inſtrumẽtalis; ſumpto interim vitæ vocabulo non pro eo, quod eſt nutriri, & augeri ex ſe, ſeu vegetare, vt pingui Minerua philoſophatus accipit ibi Ariſtoteles; ſed in ſuo proprio ſignificato, pro eſſe viuentium, vt ait Philoſophus, & pro naturali coexiſtentia animæ, & corporis; eſt enim cæleſte corpus, circunſcripta Intelligentia illi aſſiſtente, corpus naturale tum ex ſe potentia vitam habens; quippe non eſt in ſe actu viuens, ſed procliue ſolummodo, & propenſum ad conſortium animæ aſſiſtentis, in quo ſua vitæ ratio eſt conſtituta: tum etiam organicum; & hoc non modo ratione figuræ (quo nomine quandoque Ariſtoteles connumerauit cor inter partes animalium diſſimilares) quoniam cæli corpus rotundum eſt; ſed maxime ratione ſtellarum, quibus tanquam idoneis inſtrumentis vtitur cæleſte animal ad lumen, calorem, & alia id generis tranſmittenda in horum noſtratium gubernationem: Mundus item uniuerſus eſt corpus naturale potentia uitam habens pari ratione, atque organicum. Addo Ariſtotelem apertiſſime communem illam omni animæ definitionem eo nomine ſolum repudiare, quia nihil eſt in ea, quod ipſam contrahat ad formas informantes, quæ ſunt omnes animæ ſubcæleſtes; id autem ex eo conſtat, quod inquit Ariſtoteles poſteaquam definiuit animam eſſe actum primum corporis phyſici organici, ſeu potentia uitam habentis, attamen adhuc eſſe immanifeſtum ſi ſit corporis actus*

Margin notes: 2. de an. t. 3. & 2. de an. t. 11. — 2. de an. t. 37. — 2. de part. c. 1. — 2. de an. t. 11.

B and C are marginal section letters at "pe non eſt" and "gubernationem".

anima, ſicut nauta nauis, nimirum aſſiſtens; hoc vero eſt clare ſupponere propoſitam definitionem conuenire quoque animis, quæ cælo aſſiſtunt. Deinde quid prohibet ne dicamus Ariſtotelem, qui in octauo Phyſicorum *ex Naturæ principijs reperire potuit Intelligentias cælorum motrices, potuiſſe illas, qua tales, in libris* De anima *definire? Metaphyſici nanque intereſt contemplari Mentes a materia, & motu ſeiunctas; at ſi quæ Mentes ex ſe a materia, & motu abſolutæ, ad motum tamen habuerint aliquam habitu* B *dinem; tunc veluti conſiderare illas in ſeipſis pertinet ad Metaphyſicum; ita ipſas contemplari ſecundum eam habitudinem, quam ad motum habere dicuntur, cuius ſunt principia, & cauſſæ; immo & ſecundum eam habitudinem, qua referuntur ad corpora, quibus aſsiſtunt, atque ad res alias materiales; quibus præeſſe dicuntur gubernatrices, pertinet plane ad Philoſophum naturalem. Quod vero poſterius obijcitur, Intelligentias ſecundas non poſſe dici* C *animas orbium, quia non ſint cauſſæ motus cæleſtis effectrices, ſed ſolum cauſſæ finales, falſo nititur principio; nanque Intelligentiæ ſecũdæ omnes in hoc a Prima differunt, quod illæ ſigillatim orbẽ ſuum, cui ſunt appropriatæ, mouent effectiue; Prima vero Intelligẽtia, Deus Optimus, mouet ſolũ ſub ratione finis; & de hac ſola uerũ eſt, quod cælũ moueat vt intelligibilis, & appetibilis a cælo, quod mouetur; quũ vnaquæq; ſecundarũ Intelligentiarum ſuum orbem moueat vt intelligibilem, &*

appe-

A *appetibilem, ſiue, ut intellectum, & deſideratum (quod inquiunt Arabes) ab ipſa Intelligentia mouente; quæ omnia in ſuperiori libro ſatis explicata fuere. Addere poterimus Ariſtotelem in loco* De anima *citato non* 2. de an. t. 36. *referre omnes effectus, atque operationes animati in animam, velut in cauſſam effectricem ſolummodo; ſed aperte confiteri animam in viuentibus eſſe cauſsam in genere cauſſæ non ſolum efficientis, ſed formalis, & finalis; ex eo itaque, quod Intelligentia ſit cauſſa finalis* B *motuum cæleſtium, non recte colligitur eam haud contineri ſub definitione animæ; Ceterum ſecundas Intelligentias mouere cælorum orbes, quibus appropriatæ ſunt, non ſub ratione finis, ſed efficienter, tum ſupra demonſtratum eſt abunde, tum mox etiam ſuo loco demonſtrabitur.*

Vitam cæleſtem recte definiri aſsiſtentiam Intelligentiæ ſæparatæ corpori cæleſti.

C

Cap. XXX.

VERVM & *in eo, quod ſupra ſtatutum fuit, Vitam cæleſtem definiri Aſſiſtentiã Intelligentiæ ſeparatæ ipſi cælo, reclamantem habemus virum Erudiſſimum, qui opinatur cælum, ſecluſa Intelligentia illi aſſiſtente, non eſſe purũ corpus inanime, ſed viuens ex corpore, atque anima informante conſtitutum, ac proinde cæli Vitam haudquaquam definiendam*

dam

dam eſſe Aſſiſtentiam Intelligentiæ corpori cæleſti; ſed potius phyſicam coexiſtentiam animæ informantis cum cæli orbe: Huius autem opinionis præcipua fundamenta ſunt, quod cælum qua uiuens eſt, atque animal, mouetur a ſeipſo, ſiue a principio interno, a principio inquã effectiuo motus; quum autem aſſiſtens Intelligentia cælo intrinſeca non ſit; quippe ab omni corpore abſoluta cæleſti extrinſecus aſſiſtit, velut nauta naui; propterea illud non mouet niſi ſub ratione finis, ſiue vt intelligibilis, & appetibilis ab ipſo cælo; quemadmodum monet B
12.meta.c.36. *Ariſtoteles; quare ſi cælum debet intelligere, atque amare Intelligentiam ſibi aſſiſtentem, & eius amore ſeipſũ mouere; neceſſarium eſt plane cælum circumſcripta Intelligentia ſibi aſſiſtente, animal eſſe, ac viuens ex orbe, atque anima informante conſtitutum; quoniam cognoſcere, amare, ac ſeipſum mouere, munia ſunt animæ, ac Vitæ. Sed his nõ obſtantibus, ab ijs diſcedendũ nõ eſt, quæ ſuperiore libro exarata fuere: ad obiecta uero non eſt difficile reſponſum dare; concedimus nanque in* C
primis cælum eſſe viuens, atque animal; & iccirco moueri a ſeipſo, ſiue a principio interno; a principio inquam effectiuo ſui motus; at uero negamus Intelligentiam cælo extrinſecam eſſe: Nec obſtat quod ipſa dicatur a corpore abſoluta; ideo enim talis appellatur, quoniam quantum ad eſſe a corpore non pendet, non quia illi adiuncta intrinſece non ſit; ita nanque rationalis anima, ſiue Mens humana dici conſueuit immaterialis, quoniam neque quantum ad fieri, neque quantum ad eſſe

a mate-

A *a materia pendet; eſt nihilominus materiei vnita intrinſecus, velut eius perfectio eſſentialis, & interna: ſic ergo mens abſtracta eſt ab omni corpore abſoluta, quoniam a nullo corpore pendet; cæleſti attamen corpori non extrinſecus, ſed intrinſecus aſsiſtit, vt lumen diaphano potius quam vt nauta naui; quod oſtenſum fuit in ſuperioribus; quippe nulla particula eſt in corpore cæli, quantumuis intima, cui præſens nō aſsiſtat Intelligentia; ſicuti ſub dio qualibet perſpicui portio luminis præ-*
B *ſentia gaudet. Falſum eſt præterea Intelligentias omnes mouere cælos ſub ratione finis; nam Deus Optimus, qui Prima eſt Intelligētia, ſolus mouet vnūquodq; cælum vt intelligibilis, & appetibilis ab ipſo cælo; quum ceteræ Intelligentiæ infra Deum proprios orbes moueant effectiue; cælum enim ſingulum eatenus viuens eſt, atque animal, quatenus compoſitum ex Intelligentia, & orbe; quo factum eſt vt moueatur a ſeipſo, ſiue a principio interno effectiue, dum circunduci-*
C *tur a propria Intelligentia, cuius virtute cognouit Deū eſſe optimum; quare optat illi ſeſe pro viribus ſimilem reddere; id autem aliqua ex parte conſequitur gubernādo Mundum proprio motu. Sed vlterius Intelligentias aſsiſtētes proprios orbes mouere, vt principia efficientia motum, non vt fines, apertiſsime colligitur haud vno in loco ex Ariſtotele; ac primo vbi docet duo eſſe ge-* 2. phy. t. 73.
nera efficientium; alterum, quod mouet quidem phyſice, ſed non eſt phyſicum, cuiuſmodi eſt id, quod mouendo non mouetur; alterum uero, quod mouet phyſice, &

eſt phyſicum, quia mouendo mouetur: Ceterum mouẽs phyſice non phyſicum, quod mouendo non mouetur, nihil aliud eſſe poteſt, quam Intelligentia cælo aſsiſtens; quippe quam ponit Vir Doctiſsimus animam cæli corpus informantem, ſecluſa Intelligentiæ aſsiſtentis conſideratione, ex Ariſtotelis doctrina, per accidens mouetur neceſſario ad motum cæli, in quo eſt: ſi ergo Intelligentiæ aſsiſtentes mouẽt cælos phyſice, non certe illos mouent ſub ratione finis, ſed effectiue; nanque apud Ariſtotelẽ finis mouet metaphorice, non autem proprie, ac phyſice. A B

2.top.c.3.loc. 24. 3.meta.t.9 & 8. phy. t.27. & 51. 1. de gen.t.55.

Amplius Ariſtoteli cæleſtia corpora mouentur a mouente penitus immobili, quod ſcilicet neque per ſe, neque per accidens moueri poteſt; atque hoc ad animalium ſubcæleſtium diſcrimen, quæ a mouente mobili, ſaltem per accidens, moueri dicuntur; ſiquidem & motis nobis anima uel ipſa ad noſtrã motionem mouetur, uti notat Ariſtoteles; Verum mouentia cælos penitus immobilia nulla ſunt alia, præter Intelligentias: Alioquin dicentibus cælos moueri ab anima informante, veluti ab agente; ab Intelligentia uero veluti a fine, accidit plane non differre quidquam ratione mouentis motum ſublunarium a motu cæleſtium; nanque noſtratia moueri contingit a fine immobili, tum quia finis omnium Deus eſt Ariſtoteli, ad quem penitus immobilem naturalia cuncta mouentur, eius gratia operando, quæcunque agunt; tum quia mouetur a flore puella, & a puella mouetur adoleſcens, tanquam a fine; haud tamen flore moto ad motum puellæ, nec puella mota vllo C

8 phy. t.45 51. & alibi paſſim. 2. top. cap. 3. loc. 24. 2. de an. t 34.

modo

A *modo ab adoleſcente, ſiue ad motum adoleſcentis; ſi ergo ideo differunt animalia noſtratia in motu ab animalibus cæleſtibus quantum ad hoc, vt cæleſtia dicantur moueri ab eo mouente, quod nullo pacto mouetur; noſtratia vero moueantur ab eo, quod ſaltem per accidẽs ad eorum motum moueatur; neceſſarium eſt Intelligentias orbibus cæli aſſiſtẽtes illos mouere ſub ratione cauſſæ effectricis, non ſub ratione finis. Deinde ſi vnaquæque cæli ſphæra, præter Intelligentiam aßiſtentem, obti-*
B *neret propriam quandam animam, veluti formam informantem, a qua moueri diceretur effectiue in gratiam Intelligentiæ aſſiſtentis, vt ſcilicet illi ſimilis euaderet; male Ariſtoteles vnicuique ſphæræ propriam Intelligentiam attribuiſſet; Intelligentiaſque ideo ad numerum orbium cæleſtium multiplicauiſſet; quoniam vna ſola Intelligentia ſub ratione finis poſſet omnes animas corporum cæleſtium impellere ad rotandas proprias orbitas eo motu, qui ſingulorum orbium naturæ conueniret.* 12. meta. c 43.
C *Deinceps ſi effectiue moueretur cælum ab anima informante, quæ illo motu Intelligentiæ ſibi aßiſtenti ſimilis fieri deſideraret; ſibi ipſi pugnantia dixiſſet Ariſtoteles paullo antea ſcribens Nullum habens magnitudinem finitam poſſe mouere tempore infinito; ita nanque anima cæleſte corpus informans finitam haberet magnitudinẽ, ſeu finita eſſet in magnitudine; moueret autem in tempore infinito ſecundum Ariſtotelis doctrinã, qui Mundum cenſuit æternum, ita vt nullum antehac habuerit exordium, nullumque in poſterum ſit finem habiturus.* 12. met. c. 41.

ZZZZ

rus. Amplius nuſquam loquutus eſt Ariſtoteles de huiuſmodi animis informantibus cæleſtia corpora: nõ ergo arbitratus eſt eas reperiri: Alioquin perperam tam nobilem Mundi partem ſilentio inuoluiſſet; quã nefas eſt opinari tantum ingenium latuiſſe. Præterea ſi cælo ineſ- A
12.meta.t 49 *ſent iſtæ animæ informantes, male Ariſtoteles collegiſſet cælum totum eſſe vnum ex eo, quod Primum quod quid erat eſſe, ſiue Prima forma, ſiue Primũ mouens immobile, quod eſt Deus Optimus, toti cælo aſſiſtẽs, vnum quid exiſtat; nanque demonſtraſſet a cõmunibus, & remotis; quum ex proprijs, & immediatis demonſtrare potuiſſet; quemadmodum ſi hoc ipſum inde collegiſſet, quia forma totius Mundi, quæ informans eſſe dicitur, vna exiſtat: ſed abſit hanc notã Philoſophorũ Principi turpiter inurere. Vlterius ſi cælũ, ſecluſa Intelligentia, cõpoſitũ eſſet ex anima informãte propriam ipſius materiã, quæcunq; ſit illa; fieri non poſſet quin cælum eſſet corruptibile; quod nemo aſſeret Peripateticus: conſequentia* B
14 meta.c.3. *facile deducitur ex Ariſtotele alicubi demõſtrante nullũ æternum cõpoſitum eſſe ex materia, & forma informante, tanquam ex elementis; ait enim, Simpliciter autem conſiderandum eſt vtrum poſſibile ſit æterna ex elementis componi; materiam nanque habebunt: omne nanque, quod ex elementis eſt, compoſitum eſt. ſi itaque neceſſe ſit ex quo quid eſt (ſiue ſemper ſit, ſiue factum ſit) ex eo fieri, omne vero fiat ex eo, quod potẽtia eſt id, quod ſit (nec enim ex impoſſibili factum fuiſſet, nec eſſet) quod uero poſſibile eſt, contingit vt & quis agat, & non, numerum* C

merum

A *merũ quoque (etſi quammaxime ſemper ſit) aut quodcunque aliud materiam habens, contingat profectò non eſſe haud ſecus, & quod vnum diem habet, & quod annos quotcunque: ſi vero ſic, & tẽpus quum tantum ſit, vt cuius non eſt terminus: non erunt ergo æterna: ſiquidẽ quod contingit non eſſe, non eſt æternum: quemadmodũ in alijs tractatum eſt. Quod ſi verum vniuerſaliter eſt, quod nunc dicitur, nullã ſubſtantiam æternam eſſe, ſi non ſit actu; elementa vero materia, ſiue potentia ſub-*
B *ſtantiæ ſint; nullius profecto æternæ ſubſtantiæ elementa erunt, ex quibus inexiſtentibus ſit: Quæ omnia euidentiſſima ſunt. Denique apud Ariſt. Deus eſt finis omnium eo quia, quæcunque in hac Mundi Mole continẽtur, omnia quidquã agunt, vt naturæ Diuinæ pro viribus ſimilia reddantur; quum ergo Deus moueat ſecundas Intelligentias ſub ratione finis; neceſſarium eſt profecto ipſas eſſe cauſſas motus effectrices, non mere finales; quoniam finis finem haud mouet, ſed ſolum efficien-* 2. de an. t. 34.
C *tem cauſſam. Cæleſtia ergo corpora ſingula effectiue moueri dicuntur ab aßiſtente Intelligentia; ex qua, & orbe (quum immediate iungantur, hoc eſt, nulla præuia ſubiecti diſpoſitione ab extrinſeco) ſit maxime vnum; unũ inquã per ſe, vnũ uiuens, vnumq; animal; quod propterea dicitur tum moueri a ſeipſo, tum intelligere, atque amare Primam Intelligentiam toti Mundo aßiſtẽtem, Deum nempe Optimum, qui ſolus mouet orbes cæli, vt intelligibilis, & concupiſcibilis a quolibet cælo, munere, ac beneficio ſecundæ Mentis cuique orbi aßiſtẽtis: Quæ*

omnia ſat, ſuperque in ſuperioribus explicata fuere, nec opus eſt ea fuſius repetere. Ex his, ad obiectionē poſtremam concedimus cognoſcere, amare, ac ſeipſum mouere, functiones eſſe animæ, ac vitæ; dicimus tamen hoc intelligendum eſſe non ſolū de anima informante, cuiuſmodi eſt humana; ſed etiam de aſsiſtēte, ac de vita ab ea prodeunte, vti eſt cæleſtis: negamus autē cæli corpus tum ſecluſa Intelligentia ſibi aſsiſtente animatum eſſe, ac viuens, moueri a ſeipſo, cognoſcere quidquam, aut amare; tū circunſcripta omni anima informante, ſola Intelligentia ſibi aſsiſtente præditū nonuiuere, nonmoueri a ſeipſo, nō cognoſcere, ac non amare Deū Optimū ſibi tanquam parti vniuerſi aſsiſtentē. Vita cæleſtis ergo recte definita fuit eſſe Aſſiſtentia phyſica Intelligentiæ corpori cæleſti.

A B

Cur in Vita cæleſti motrices Intelligētiæ in obeundis tam diuturnis operationibus nunquam defatigentur. Cap. XXXI.

C

SED & *in eo, quod in ſuperiore libro conſtituimus Intelligentias in vita cæleſti nullam vnquam operationem intermittere, nulloque tempore a tam diuturno opere fatigari; quoniam cum materia commercium non habeant, a qua cuique agenti laſſitudo ineſt; reclamantem habemus ſubtiliſſimum Scaligerum; negat enim laſsitudinem cuique agenti aliunde prouenire, quam vel a reſiſtentia paſsi, vel a non conuenienti*

De ſubtilitat. exercit. 70.

nienti

A *nienti proportione agentis ad paſſum, vel ab vſu inſtrumenti, cuius argumentis, ac dogmatibus, quæ in eius Opere facile videri poſſunt ab vnoquoque, ita occurrimus; nam quod primum contenditur materiam agentibus non eſſe cauſſam laſſitudinis, argumento ab elemẽtis deſumpto, quorum forma non poteſt a ſua materia fatigari, vt naturalem ſui motum deſerat, aut abrũpat: ita vt terræ forma a terræ materia delaſſari nunquã valeat, quominus eam ad centrum vſque perdu-*
B *cat; quod ſi centrum perpetua motione aliquo vergeret, conferret ſe ſe ad eundem motum perpetua incitatione ipſa quoque terra; tantæ eſt ſubtilitatis argumentum, vt quidquam ponderis non habeat; Nanque in motu naturali cuiuſque elementi ad proprium locum forma elementi non fatigatur, quia in eo motu ipſa non eſt principium actiuum, ſed mere paſſiuum: non enim aſſignare liceat in elemento vllo partem mouentem diuerſã a parte mota; alioquin & materia prima eſſet ſecundũ*
C *ſe immediatum ſubiectum motus localis; & elementa mouerentur a ſeipſis; quare inter viuentia connumerãda eſſet; quæ omnia falſa ſunt euidentiſſime: Ariſtoteli enim elementa, dum fiunt, mouentur a generante; dum uero facta fuerint, a remouente impedimentum; nam genitum elementum non mouetur, niſi vi detineatur extra ſuum locum naturalem, ad quem non fertur niſi tollatur prohibens ab agente aliquo externo, a quo moueri dicitur: Quũ ergo in motu corporis ſimplicis forma elementi non ſit principium actiuum, propterea non eſt*

capax

Digitized by Google

capax laßitudinis; quippe fatigatio eſt propria efficientis affectio, qua efficiens eſt: quare non eſt ad rem allata inſtantia, quæ ſupponit formam elementi eſſe formam agētem, ſiue cauſſam, ac principium effectiuum motus. A

Neque ſane obſtat, quod ſubditur de motu centri; quū etenim centrū ab externo motore moueri oporteret, ſi perpetua motione alio uergeret; nō enim a ſeipſo moueri poſſet; tunc plane terra perpetua incitatione ad eundē motū & ipſa moueretur, nō quidem a ſeipſa, ſed ab eodem motore, a quo & centrum motum iri dicitur; & B *certe ab eo moueretur, ueluti a remouente quoquopacto impedimentum; quum enim terra naturalem propenſionem habeat ad centrum, ubicunque illud ſit; centrum, modo hic exiſtens, ſed alibi eſſe potens, ex data hypotheſi, nunc eſt quoquopacto impedimentum terræ ne ad alium centri locum, ex ſuppoſitione a Scaligero poſitum, moueatur; quare dum ab externo agente centrum mouetur ad alium locum, tunc ueluti a remouente impedimentum ab eodem motore terra impellitur* C *ad centrum, quocunque pergat; ſed iſtud mouens terrā remouendo impedimentum, ſi fuerit materiale, ubi diutius inſiſtat in remotione prohibentis, neceßario fatigabitur; ſi uero immateriale, quamuis ſempiterno æuo impedimentum remoueat, nunquam laſſabitur. Quod autem deinde affertur, elementi formam in motu illius non fatigari, quia materia elementi ſuæ formæ non reſiſtit: fatigationem uero non obuenire niſi formæ, cui materia mota reſiſtat; leue eſt item, non ſolum quia ſupponit*

A ponit formam in elemento eſſe principium actiuum motus; verum etiam quia falſo refert cauſſam fatigationis in purã reſiſtentiam paſſi, ac materiæ ipſi motori; quũ referenda ſit in ſolam materialitatẽ agẽtis, vt cuius materiale principiũ, non quidẽ ipſi reluctetur, ſed aut ipſum diſſoluatur, aut ſemper appetat noua forma, etiam accidentali, exornari; ſemper nanque inhiat ad nouam formã ipſa materies, quæ omnes indeterminate reſpicit, & ſubſtantiales, & accidentales: Quod uero

B cauſſa fatigationis referenda non ſit in puram patientis reſiſtentiam, inde patet, quia ſi moueat Angelus terræ globum perpetua latione aut ſurſum, aut circulariter extra centrum, ſemper quidem ipſi terra reſiſtet ſuapte natura centrum appetens, & motum deorſum; non tamen uériſimile eſt Intelligentiam, quæ perpetua motione totum circulum indefeſſe gyrat, punctũ centri mouere non poſſe diutius abſque labore: Sed & ſi homo cœli orbem circulo moueret, uel corpore cœli non reluctante,

C diuturno tamen motu homo fatiſceret, ac laſſaretur, quia materialis: Quod veteres etiam fortaſſe ſub Atlantis fabula nobis indicare voluerunt, dum fingunt hominem gigantem humeris cœlum geſtare; nec ſolum incuruatum aiunt, ſed aliquando ob laſſitudinem tale officium Herculi demandaſſe, ac triduo quieuiſſe.

Sed quid eſt, quod ait Scaliger de terra ſurſum iacta? non enim laſſatur forma terræ, quia eſt principium eius motionis paſſiuum, non effectiuum: fatigatio autem eſt affectio agentis, non patientis; quare fatiga-

tigabitur proÿciens, ſi fuerit materiale; nam nihilominus reſiſtet terra eam ſurſum proÿcienti immateriali; quod tamen ideo non defatigabitur, ut nuper diximus: Quod uero ſubdit Scaliger, animalia ſublunaria moueri diuerſis motibus, & in ÿs defatigari, quia in ÿs obeundis (mouentur enim effectiue a ſeipſis) utũtur ſpiritibus, tanquam inſtrumentis, qui abſumuntur, aut fatiſcunt; unde uires mouenti deficiunt, & laßitudo exoritur; uera quidem ſunt omnia; ſed in his non affertur cauſſa laſſitudinis prima, & immediata; quã tamen in omni quæſtione afferẽdam eſſe admonet haud uno in loco Ariſtoteles; & primum quidem, dum ſcribit ſic, Scire autem non prius opinamur unumquodque, quam utique accipiamus propter quid unumquodque; hoc autem eſt accipere primam cauſſam: Deinde uero etiam clarius, dum ait ita, Oportet autem ſemper cauſſam uniuſcuiuſque ſummã quærere, ut & in aliÿs, ut homo ædificat, quoniã ædificator eſt; ædificator aũt eſt ſecũdũ ædificandi artẽ; hæc igitur prior cauſſa eſt, & ſic in omnibus. Quocirca ſi quæſiueris ab acutiſſimo Scaligero, cur animalia ſublunaria in ſuis operationibus obeundis, & præſertim ad ſe ſe mouendum, cur inquã utantur ſpiritibus, tanquam inſtrumentis; & cur ſpiritus iſti uſu abſumantur, atque fatiſcant; uelit, nolit, cogetur hæc omnia denique in unam materiam referre, tanquam in cauſſam iſtorum omnium primam, & indemonſtrabilem; iccirco enim animalia noſtra ſpiritibus utuntur ad agendum, & ſpeciatim ad ſe mouẽdum

A B C

2. phy. t. 27. 1. phy. t. 38.

dum

A *dum, quia materiam in ſe habent; cælum enim, quod materia non conſtat, ſeipſum mouet abſque ſpirituum interuentu: & propterea ſpiritus iſti vſu abſumuntur, ac fatiſcunt, quia materiales; ſunt enim purior, ac tenuior ſanguinis portio: Materia igitur eſt vera, prima, & immediata cauſſa laßitudinis. Quod autem vlterius affertur a viro Doctißimo, ſtultos eſſe illos, qui arbitrantur animam fatigari, nam id ſolum patitur corpus; diſquiſitione indiget; quum enim corporis nomine,*

B *dum loquimur de viuentibus, duo intelligere valeamus; nimirum aut corpus illud, quod eſt totum compoſitum ex anima, & corpore, Animal, ſeu uiuens nuncupatum; aut potius corpus illud, quod eſt ab anima diuerſum, & pars materialis totius compoſiti animalis, alio nomine corpus organicum ab Ariſtotele appellatũ:* 2. de an. t. 6.
ſi quidem loqui velimus de corpore iſto ſecundo modo accepto, quod eſt pars materialis in viuente, quodque organicum vocatur, & potentia viuens apud Ariſto-

C *telem; hoc non poteſt fatigari; quoniam corpus ita conſideratum in operationibus viuentis, & præcipue in motu animalium, eſt principium mere paßiuum, & proinde haud capax laſſitudinis: At ſi ſermo ſit de corpore primo modo ſumpto, quod eſt totum viuens, totumque animal conſtitutum ex anima, & corpore phyſico inſtrumẽtali; hoc quidem fatigari poteſt, quoniã ipſum eſt cauſſa efficiens ſui motus; mouet enim animal ſeipſum, & adæquatum agens eſt in omni ſua functione vitali, potiſſimum in motu ſecundum locum a ſeipſo: ſed quod*

AAAAA pertinet

pertinet ad animam; quum ipſa ſit cauſſa mouens, & omnino principium nõ paßiuum, ſed effectiuum in omni operatione uiuentis, ſi non adæquatum, ſaltẽ principale, nulla inquam ratione paßiuum, vt docuit nos aliquando Ariſtoteles: ſi ergo laßitudo eſt affectio agentis, quatenus agens eſt, vt fatetur vel ipſe Scaliger, cur ſtultos eſſe ait, qui rentur animam fatigari poſſe? ſtultiores illi certe videntur, qui cenſent d. fatigari corpus, vt quiddam ab anima diuerſum, & principium materiale viuentis; eſt enim corpus id mere paßiuum in omni vitæ actione: Neque Alexandro manus dare verebor, ſi dixero animam omnem materialem fatiſcere ad ſubiectæ materiæ conſumptionem, & eſſe morti obnoxiam, vt fuſe alibi diſputauimus; fatiſcit enim anima (vnã excipias, non animam integram hominis, ſed partẽ animæ humanæ intellectricem) ad paßionem corporis, & materiæ, in qua eſt; nanque ab ea pendet non minus in eſſe, quam in operari; quare ſicuti anima omnis ſublunaris ad corporis augmentum augetur, decrementum imminuitur, lationem mouetur, diuiſionem partitur, et diſſolutionem interit, vt abunde alias oſtendimus; ita ſane ad corporis eneruationem animam fatiſcere dicendum eſt, & ad eius reſtaurationem eandem vigorari; Quocirca ſi ſeni tribuas oculum iuuenis, ad oculi vigorationem (vt ita dicam) refocillata viſiua potentia, & anima ſenſitrice viuidiori effecta, cernet ſenex ſicuti iuuenis, quod aſſerit Ariſtoteles: Qua in re proculdubio nõ eſt proportio inter Intellectũ, & alias partes animæ; nã ille

Margin notes: 2. de an. t. 36. 37. — de ort. an. hu. — 1. de an. 65. & 66.

A *ille a materia non pendet, hæ vero pendent a materia; quamuis in propoſito inter Intellectum, & animæ partes alias proportionem poſuiſſe videatur Ariſtoteles: uerum hoc illi condonandum eſt, qui nondum diſtinxerat Intellectum a ceteris animæ partibus: quiue loquebatur de anima in communi, & confuſa eius notione; qui denique non demonſtratiue docet, ſed potius dialectice diſputat aduerſum veteres, & vtitur non ſemper neceſſarijs, ac proprijs rationibus, ſed plerũque communibus,* B *probabilibus, apparentibus, & omnino dialecticis; cuiuſmodi hæc in propoſito eſt ducta ex analogia ſentientis animæ ad Intellectricem; quum anima ſentiens reuera ad corporis affectiones patiatur intrinſecus; nam fatiſcit, & vegetior fit, ac vireſcit illius eſſentia; Intellectus vero ad corporis quaſcunque mutationes non niſi extrinſecus affici poteſt; quia ſcilicet impeditur eius actio; at eſſentia, & facultas illius penitus illæſa permanet: Niſi dicamus laborem, ac fatigationem in diutur-* C *na operatione affectionem eſſe magis agentis adæquati, ſeu principij quod, vti eſt compoſitũ animal; quã agentis præcipui, ſeu principij quo, veluti eſt anima: quod ſi Scaliger dixiſſet, verum ſane dogma protuliſſet: Negandum tamen haud eſt animã, quæ morti obnoxia eſt, laboris, ac laſsitudinis eſſe capacem: licet minus id illi conueniat, quam anim. ali. Multo ſane maiori diſquiſitione indiget, quod poſtea ſcribitur, Intelligentias orbium motrices non fatigari, quia moueant intelligendo, & potiſſimum intelligendo ſe ipſas: nã in primis hæc non eſt cauſa*

 ſupre-

Digitized by Google

ſuprema, & immediata: quam in omni contemplatione A
8. phy. t. 27 & 36. *aſſerendam eſſe duxit Ariſtoteles; cur enim mouent Intelligentiæ cælos ſola intellectione, non aũt organo corporeo, ſicuti mouere ſolent noſtratia uiuentia? profecto non niſi quia immateriales homo etenim vim habet intelligendi, atque ad libitum intelligere poteſt, quod obſeruat*
3. de an. t. 59. & 60. *Ariſtoteles, non tamen quidpiam mouere valet, neque ſeipſum ſola intellectione, citra caloris, ſpirituum, & organi corporei miniſterium; intelligat enim, ac meditetur quodcunque, quandocunque, & quomodocũque voluerit* B *paralyticus, nunquam ſeipſum, aut aliud quid mouere poterit; & hæc omnia non aliunde proueniunt, quã ex eo, quod homo eſt mouens, & agens materiale: Materia ergo ſi ſui abſentia cauſſa eſt quare Intelligentiæ moueant ſola intellectione, ac proptera non fatigentur; & ſui præſentia homo non ſola intellectione moueat, & iccirco diuturna motione laſſetur; proculdubio ita erit cauſſa fatigationis, & laſſitudinis, vt agentia fatigabilia, vel infatigabilia eſſe nulla potiori cauſſa demon-* C *ſtrari queat, quam eo quod ſint materialia, vel immate-*
[illegible] 17. *rialia; quod aiunt Philoſophi nõ obſcuri, vt ait Scaliger, a quibus certe hac in re illi diſcedendum non erat: Et ſane cõſtat ex dictis materiã eſſe cauſsã proximã laſſitudinis; quũ eius affirmatio ſit cauſſa affirmationis, et negatio negationis; in quo propria conſiſtit ratio cauſſæ proximæ, ac immediatæ, per quam ferendæ ſunt potiſſime*
1. Poſt. t. 30. *demonſtrationes; vti conſtat ex Ariſtotele. Deinde vero falſo aſſeritur Intelligentias mouere cælos intellectione*

ſola

A *ſola; mouent enim ſimul & amore, ac voluntate; quocirca inquit Ariſtoteles Intelligentiam mouere ſub ratione non ſolum intelligibilis, ſed etiam appetibilis, ſeu concupiſcibilis; quod reſpicit amorem, atque omnino actionem voluntatis: Alioquin haudquaquam poſſet Intelligentia intelligendo nõ mouere; poſſe tamen id euincit, quia mouet libere; igitur ad nutum voluntatis: Immo & potuiſſe declarant cũ Sacræ Paginæ, tũ etiã hiſtoriæ prophanæ; ſiquidem & Ariſtoteles clare aliquã-*
B *do ſcribit Solẽ quieſcere poſſe abſque eo, quod eius ſubſtantia corrumpatur, ſiue Solis ſubſtantiam fore ſuperſtitem, quamuis ipſe quieſceret a motu: & quum de Ioue cum Alcmena cubante fabulantur Poetæ, tres noctes in vnam coiſſe teſtantur, per ea ſignificantes abſurdum, aut impoſſibile non eſſe ſphæram Solis aliquãdo quieſcere poſſe: At multo certius argumentũ habemus e ſacris litteris, in quibus apertiſſime ſcribitur de Ioſue viro fortiſſimo ita, Tunc locutus eſt Ioſue Domino in die,* 7. meta. t. 55.
C *qua tradidit Amorræum in conſpectu filiorum Iſrael, dixitque coram eis. Sol contra Gabaon ne mouearis, et Luna contra vallem Aialon. Steteruntq; Sol, & Luna donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis. Nonne ſcriptũ eſt hoc in libro iuſtorum? Stetit itaque Sol in medio Cæli, & non feſtinauit occumbere ſpacio vnius diei. Non fuit antea, & poſtea tã longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Iſrael. Quieuit ergo per ſpacium diei vnius olim duplex Intelligentia ex ijs, quæ aſſiſtunt orbibus cæli, ea nempe, quæ præ-*

eſt

eſt orbitæ Lunæ, & quæ ſphæra Solari; quum tamen eo tractu temporis vtraque illa Mens ſeipſam intelligeret, & Deum optimum; in quo noſcebant pro ſalute Mundi, & pro fine optimo id ſibi agendum eſſe, vt tanto temporis ſpacio proprios orbes quietos omnino retinerent; ſemper enim ſupernæ illæ Mentes contemplãtur ſeipſas, & Deum optimum; atque illa etiam, quorum gubernationi præſunt, aſſidue agentes id, quod noſcunt eſſe optimũ; quumque Intelligentia Solis, et Mens Lunæ cognouiſſent optimum eſſe verbis Ioſue obedire, motumq; ſuorũ orbium tandiu ſiſtere, quãdiu Dei Populus de hoſtibus ſuis ſe vlciſceretur; propterea ita fecerũt: ſed & aliud habẽt noſtri Theologi rei huius argumentum, Quod ſcilicet poſt vniuerſale Iudicium omnes Intelligentiæ a cælorum rotatione ceſſabunt in æternum; haud tamen vnquam ceſſabunt ab Intellectione tum ſui ipſarum, tum ceterorum intelligibilium: Verum hæc fortaſſe Phyſiologiæ limites excedunt: Non ergo intellectione ſola, veluti cauſſa totali, Mentes abſtractæ mouent cælorum orbes: ſed etiam Voluntate amantes id, quod norunt eſſe optimum, ſiue cupientes tũ bene gubernare Mundum, tum præcipue Deo Optimo Maximo pro viribus ſe ſe reddere ſimiles. Deinceps autẽ illud longe a veritate abeſt, quod ait Scaliger Intelligẽtias effectiue mouere intellectione ſuimet, ſiue intelligendo ſeipſas eo modo, quo explicat inferius dicens Primi orbis Motricẽ Intelligentiã ſola ſuipſius intellectione id præſtare; intelligit enim ſe a Deo creatam vt id agat;

Exer. 359. ar. 8

A *agat; quare ad eã Intellectionem non ſolum accedit cõſequens amor, & conſenſus; verum etiam opera, vt moles illa cæli gyro agitetur. non acquieſcere ſecundam Intelligentiam intellectioni ſuæ, ſed intelligere etiam motricem primam; quare quemadmodum prima ſe ſe intelligendo mouet ita ſuum orbem vt alios quoque torqueat inferiores, ſic inferior intelligendo primam vult orbem ſuum cum primi orbis motu ſimul verſari. In quibus dictis cetera optima; hoc ſolum reſpuendum,*

B *quod aſſerit Intelligẽtiam aßiſtentẽ primo mobili mouere illud ſola ſuiipſius Intellectione, quum intelligat ſe cretam a Deo vt id agat; primo etenim hæc intellectio includit contemplationem eſſentiæ Diuinæ, non ſuiipſius tantũmodo; Intelligentia enim primo mobili appropriata dum intelligit ſe creatam a Deo vt moueat, & ſeipſam intelligit, & Dei quoque voluntatem, hoc eſt, Deũ ipſum; nihil enim diſtãt; Deinde vero ſi moueret Intelligentia ſupremo cælo aſſiſtens ſolũ intelligendo ſeipſam,*

C *non item Deum, & ſublunaria; ſane fruſtra moueret, ac nullius finis gratia; finis enim, cuius gratia Intelligẽtia quæuis appropriata effectiue mouet orbem ſuum, nullus eſt alius, quam vt motu ſublunaria gubernet, ac Deo ſummo ſimilis reddatur; qua de re fuſe ſuperius; ceterum omne agens vi cognoſcendi præditum debet cognoſcere finem, cuius gratia operatur; quippe finis huiuſmodi agentia non impellit ad opus, niſi vt ab eis cognitus ſub ratione boni: Alioquin cur etiam Intelligẽtiæ inferiores non poßent mouere ſimiliter orbes ſuos intelli-*

telligendo ſe ad hoc opus a Deo creatas, abſque eo quod A
Intelligerent Mentem ſuperioris orbis rotatricem? Immo ex eo, quod ait Scaliger Intelligentias ſuperiores intelligendo ſupremam, velle orbes ſuos cum ſupremi orbis motu ſimul verſari, certiſſime conſtat Intelligentias non ſola ſuimet Intellectione proprios orbes rotare: Id ipſum etiam conſtat ex eo, quod ait Scaliger Intelligentiam mouere, quia intelligit ſe a Deo creatam vt id agat; ad quam intellectionem accedit conſequens amor, & conſenſus, vnde ſequitur opera mouendi; adeo quod B
Intelligentia meditans ſe a Deo creatam ad motum, non prius moueat, quam conſentiat Diuinæ voluntati; niſi enim Deum amaret, ac eius uoluntati obtēperaret, certe non moueret; Cuius argumentum habent apertiſſimū Theologi noſtri; ſi nanque inter Mentes motrices ab initio fuiſſet Lucifer, aut quiuis alter Angelus eorum, qui cum Lucifero è cælo deiecti fuere; ille quidem intellexiſſet ſe creatum a Deo vt cælum moueret; ſed quia Deū non amabat, Diuinæque voluntati non conſentie- C
bat, propterea cælum non mouiſſet: Ad hoc igitur vt Intelligētia cælum ſuum moueat, haud ſufficit eam intelligere ſe creatā a Deo ut id agat; ſed opus eſt inſuper eam amare Deum optimum, & cupere illi ſimilem ſe reddere, ac eius voluntati conſenſum adhibere: Non ergo mouent Intelligentiæ orbes ſuos ſola ſuimet intellectione; immo nec ſola intellectione ſimpliciter, ſed intel-
12 Metā t. 36 lectione ſimul, & amore; quod ait Ariſtoteles inquiens Intelligentiarū genus mouere cælum, vt intelligibile, &
con-

A *concupiſcibile; cuius theorematis ſenſus longe patuit in ſuperioribus. Quod inſuper additur terræ formam meditare centrum, perinde ac Intelligentia ſeipſam, & propterea illam recto motu naturaliter mouere ad ipſum materiam ſuam, vbi extra illud extiterit; Intelligentiam vero in ſeipſa quieſcentem, ac reflexam circulo vertere orbem ſuum, quæ motio eſt quieti ſimillima; hoc inquam dictum nimis diſsitam continet metaphoram, nimiſque diſtractam proportionem; haud enim meditatur*
B *tur forma terræ centrum, licet illud appetat naturali quodam inſtinctu; ſed tamen citra omnem cognitionẽ; & in hoc ab Intelligẽtijs potius differt, quam conueniat; quæ reuera intelligunt ſeipſas, & alia vniuerſa, ſed potiſsimum fines, quorum gratia mouent. At quod obijcitur pulcherrimum, & ſubtiliſſimum, Non fatigari Motrices Intelligentias, quia ipſis mouentibus non reſiſtit cæleſte corpus; vereor ne tantæ ſit ſubtilitatis, quod argumentum texat tenuiſsimum; ſi enim homo in cul-*
C *mine turris conſtitutus aſſidua proiectione multos lapides deorſum proijcere contendat, denique fatigabitur, etiamſi lapides illi naturali propenſione centrum appetant, nec reſiſtant motori, a quo deorſum proijciuntur: ſi quis etiam ex alto humeris terream maſſam quamcunque deferat, vel quoquopacto trahat in locũ inferiorẽ, is de neceſsitate laſſabitur, quamuis terra iſti motui non reluctetur, nec mouenti reſiſtat vllo modo: Addimus etiam, ſi homo ad eum vigoris gradum perueniret, vt orbem cæli poſſet circunuoluere; cælo nihil illi reſiſtente,*

motor iſte nihilominus diuturniore motu defatigaretur, A
qui vel ex longa ſeſſione, ac diuturno decubitu in molliſsimo lecto, vnius ob materiæ culpam, laſsitudine vexatur, ne dum ex motu leuiſsimo, qui diu, multumque duret: Non ergo cauſſa, propter quam Intelligentia mouens orbem ſuum non fatigatur, eſt reuera, quia mobile ipſi mouenti non reſiſtit; Id quod & ab oppoſito deduci poteſt, Si non fatigatur Intelligẽtia motrix, quia mobile illi non reſiſtit; laſſaretur ergo, ſi mobile ipſi aliqua ratione reſiſteret: ſed Intelligentiæ mouenti primum mobile, B *quum eodem motu ab eadem Intelligentia (licet ſecundario, ac mediate) moueatur elementum ignis ſub Luna, & ſuprema regio aeris; quæ corpora præter ſui naturam mouentur motu circulari a rotatione primi* exer. 77. art. 3. *mobilis, teſtimonio etiam Scaligeri; Intelligentiæ inquã mouenti primum mobile reſiſtit neceſſario elementum ignis, & aeris ab eadem Intelligentia circulari motu rotatum; neque tamen Intelligentia primo cælo aſsiſtens, mouendo elementa hæc motu longe ab ipſorum natura* C *alieno, delaſſatur; ergo non ideò fatigatione carent Intelligentiæ motrices, quia ipſis motum corpus non reſiſtat; mouent enim eodem motu plura corpora, etſi diuerſa ratione, quorum ſi vnum mouentibus ipſis non reſiſtit; reſiſtit tamen aliud; neque ideo in diuturno huius motu laſſantur: ſed quid aio ſolum ignem, & acrẽ motui Mentis primi orbis reluctari? reluctantur eidẽ forſitan ſeptem Planetarum orbes, qui contra ſui motum naturalem ab ea quotidie feruntur ab oriente in occidẽs*

circundato

A *circundato centro redeundo in oriens, abſque eo, quod ipſam ullo modo fatigent. Non eſt itaque fatigatio à reſiſtentia mobilis; neque indefatigabilitas à non reſiſtentia paſſi. Quæ poſtea proponuntur de fatigatione, ac laſſitudine, puta fatigationem eſſe deficientiam virtutis mouẽtis, ſiue tractũ illum, quo ad laſſitudinẽ ducimur; laſsitudinẽ vero eſſe diminutionẽ, & defectum virtutis mouentis; & horum utrumque fieri ob inſtrumenti vel conſumptionem, vel diminutionem, vel deprauationem;*

B *vera ſunt omnia; ſed non affertur per hæc defatigationis, & laſſitudinis cauſſa prima, & immediata, quam quærimus: cur etenim conſumantur, minuantur, ac deprauentur inſtrumenta, ſi quæras a Scaligero, cogetur ipſe reſpõdere, quia materialia ſunt; hæc igitur eſt cauſſa prima: cælum enim quia materiam nõ habet, quamuis ſit inſtrumentum, quo vtuntur Mentes abſtractæ ad gubernandas omnes virtutes Mundi huius inferioris, vt inquit Ariſtoteles, non conſumitur ullo mo-* 1. meteor c. 2.

C *do, nec imminuitur, nec deprauatur; & hoc non aliam ob cauſſam, niſi quia materiam non habet, quæ rebus, quibuſque ineſt, cauſſa eſt vt omnis imperfectionis capaces exiſtant; nam corpora materialia vniuerſa conſumptioni obnoxia ſunt, imminutioni, ſiue attritioni, & deprauationi ex nimio vſu in diuturna quauis operatione: Fatigatio igitur, & laſſitudo in quouis agente prouenit primo ex materia; Mentes ergo cælorum motrices iccirco non fatigantur, quia ſunt omnino materiæ expertes. Quid plura? ipſiſſima*

Digitized by Google

3. meta. t. 17. *hæc eſt Ariſtotelis doctrina; inquit enim Non fatigari* A
cæleſtia viuentia ſe ſe in æternũ mouendo, eo quod motus eis non eſt circa contradictionis potentiã, quemadmodũ corruptibilibus, ita vt laborioſa eis ſit motus continuatio; ſubſtantia nanque materia, & potentia exiſtens, non actu, huius cauſa eſt. Aperte itaque refert carentiã laſsitudinis in abſentiam materiæ Ariſt. Philoſophus nõ obſcurus, a quo miror cur hac in re Scaliger diſſentire nõ dubitauerit. Addo etiã ſola præſentia materiæ virtutem agentis diminui, ac deficere, ſiue agens B
fatigari, & delaſſari, abſque eo, quod inter operandum vtatur inſtrumento vllius generis; homo enim ad ſpeculandum nullo penitus organo vtitur, qui ta-
10 æthic. c. 4. 6. & 7. *men ex Ariſtotele in diuturna contemplatione fatiſcit, ac fatigatur; nam etſi contemplatio ſit omnium operationum humanarum aſsiduiſsima; quum aſſidue magis contemplari, quam aliud quidpiam operari ualeamus; non tamen abſolute perennis, ac iugis eſſe poteſt humana meditatio: at ſapientes poſt diuturnam con-* C
templationem indigere quietis, ac propterea ludere debere monet Ariſtoteles; quippe luſus quieti ſimilis eſt:
10 æthic. c. 6. *Immo quum non aliunde contemplatio habeat hoc, ut cæteris operationibus aſsidua magis eſſe ualeat, quam ex eo, quod eius principiũ magis a materia eſt abſolutũ, quia ſcilicet Mens contemplando nõ utitur organo materiali, plane conſtare poteſt uerã cauſſã defatigationis, propriumque laſsitudinis fontem unam eſſe materiam: Ex his liquet apertiſſime tum organi conſumptionem,*
diminu-

Digitized by Google

A *diminutionem, & deprauationem non eſſe uere cauſſam primam, & immediatam defatigationis, ac laſſitudinis; tum male ſcribi paullo inferius a Scaligero Intelligentiam non laſſari, quia non vtitur inſtrumento; non eſt enim hæc cauſſa propria, & adæquata: Alioquin nullum agens laſſaretur in ea functione, in qua obeunda non vtitur inſtrumento; quod falſum eſt penitus, vti comperimus in homine, qui laſſatur in diuturna meditatione nullo vſus inſtrumento: Et vicißim omne*
B *agens defatigaretur in quacunque operatione obeunda inſtrumentis vtitur, non laſſantur tamen Intelligentiæ cælorum motrices, dum cæleſti corpore, tanquam inſtrumento vtuntur & ad mouendum elementum ignis, ſupremãque regionem aeris motu circulari; inferioreſque Planetas motu oppoſito motioni eorum propriæ; & ad gubernandum virtutes Mundi ſublunaris; Intelligentiam enim vti corpore cæleſti, tanquam inſtrumento, nuper obiecerat Cardano Scaliger; & axioma eſt in ore* art. 2.
C *omnium Philoſophorum vulgatißimum, quo dicunt Intelligentias gubernare Mundum hunc inferiorem lumine, ac motu cæleſtium corporum: theorema ex Ariſtotele deſumptum in Meteoris. Quod mox affertur Intelligentiam non laſſari, quia eſt inter eam, & orbẽ proportio ad mouendum; haud ſapit Scaligeri ſubtilitatem; adeſt etenim vbique proportio inter mouens, & motum, non in cælo ſolum, ſed etiam in ſublunaribus, quæ fatigationi obnoxia ſunt: ſecus nulla vnquam ederetur actio, niſi proportio inter agens, & patiens intercede-*

cederet. Ceterum denique veritate coactus confite- tur Scaliger Intelligentiam motricem non laſſari, quia eſt immaterialis; quamuis id ipſum paullo antea obnixe negauerit. Quod autem inquit vlterius Intelligē- tiam non fatigari, quia non habet contrarium; non eſt propoſitæ quæſtioni aſſignare ſummā cauſſam; immo neque veram: Non ſummam, quia ſi petieris a Scaligero cur Intelligentiæ non habeant contrarium, reſpondere cogetur, quia ſunt immateriales; namque omnis con- trarietas uel ex priuatione, vel ex elementis ori- tur; hæc autem duo materiam vbique comitantur; A B

12.meta.c.vlt. *Propterea ſcite Ariſtoteles aliquando ſcriptum reliquit cuncta contraria materiam habere; atque alio etiam*
de lōg.& bre. vita. cap. 2. *in loco notauit Impoſſibile eſſe materiam habenti non exiſtere aliqualiter contrarium: Non veram, quia ſubſtantiæ ſublunares in diuturna quauis operatione laſſantur, quum tamen non habeant contrarium; quip-*
Præd. c. de ſubſt. *pe Ariſtoteli ſubſtantiæ nihil eſt contrarium; quid enim*
1.phy.t.52. *homini contrarium? homo tamen ſæpenumero laſſatur:* C
Non ſunt ergo Intelligentiæ indefatigabiles, quia non habeant contrarium: ſed proprie quia non obtinent materiam, neque illius commercio inquinantur. Recte igitur conſtitutum nobis eſt ſuperius viuentia omnia ſublunaria ob materiæ participationē laborare, et in quali- bet operatione diuturna fatiſcere; viciſſim uero cæleſtia, quia materiā non habent, ſemper ſuis fungi muneribus abſque fatigatione, ac laſſitudine, quicquid ſentiat Scaliger, & Cardanus etiam, cuius ille opinionem euertit.

Primi

A

Primi Mobilis Mentem rotatricem non eſſe Deũ optimum, ſed Intelligentiam ſecundam ex Ariſtotele. Cap. XXXII.

POSTERIVS *autem vel multum in eo*
ab Ariſtotelis doctrina diſceſſiſſe vi-
demur, quod ſtatuere non dubitauimus
Primum Motorem, ſiue Intelligentiã
B *aſſiſtentem primo mobili appropriate, nõ*
eſſe Deum Optimum Maximum, ſed vnam ex Intel-
ligentijs ſecundis infra Deum; quoniam Ariſtoteles 2. phy. t. 73.
alicubi apertiſsime ponit eſſe id, quod penitus immobile
eſt, et quod eſt omniũ primũ, inter ea principia mouen-
tia phyſice, quæ non habent principium motus in ſeip-
ſis, ſeu quæ non ſunt phyſica, ſed ſupranaturalia: verũ
Motor penitus immobolis, et omniũ primus eſt Deus
optimus; quum cæteræ Intelligentiæ omnes infra Deum
C *ſecundæ ſint omnino, & mobiles a Deo, ſaltem veluti*
ab ultimo fine; cui ſimiles fieri cupiunt; ſed ſi Deus mò- 2. de an. t. 34.
uet phyſice, neceſſario erit Primus motor, ſiue motor
primi mobilis. Addi poteſt quoque ponentibus
Deum optimum non eſſe Intelligentiam motricem primi
mobilis aperte refragari Ariſtotelẽ conſtituentem nume 12. meta. t. 43
rum Intelligentiarum eſſe penitus æqualem numero cæ-
leſtium ſphærarum: quippe ipſi volunt Intelligentias
vna excedere orbium numerum. At vero iſta ob-
iecta tolli poſſunt; primum quidem, quia loco citato
Ari-

2. phy. t. 73. *Ariſtoteles conſiderat ea, quæ mouent phyſice, non ſpeciatim, ſed in duo tantum genera diſtributa; quoniam alterum eſt mouens naturale, quod habere dicitur in ſcipſo principium motus; vt cælum, & mouentia omnia ſublunaria generatim, et omnino omne mouens corporeum: Alterum vero eſt mouens transnaturale, quod in ſeipſo non habet principium motus; cuiuſmodi ſunt Intelligentiæ ſeparatæ in vniuerſum, ſiue totum genus Intelligentiarum abſtractarum: & quoniam ab* A

Intelligentijs abſtractis cetera omnia mouentia pendēt; proinde hoc mouens tranſnaturale in communi, ſiue generatim acceptum vocatur ab Ariſtotele omnium primum: Et eo magis, quo non adhuc manifeſtum fecerat B

8. phy. t. 45. & ſeq. 12. meta. t. 42. & ſeq. *Ariſtoteles an hoc phyſice mouens non phyſicum ſit vnum, an multiplex; quæ res infra, & alibi explicatur à Philoſopho: Eſt itaque Intelligentia ſeparata generatim ſumpta, prout complectitur omnes Mentes abſtractas (ſecundas nempe, quia Deus optimus non mouet*

1. de gen. 55. *phyſice, vt efficiens; ſed tantum metaphorice, vt finis) eſt inquam Intelligentia ſecunda vniuerſaliter accepta omnium phyſice mouentium primum mouens, & penitus immobile, hoc eſt, tam per ſe, quam per accidens; vt* C

12. meta. t. 43. 4. phy. t. 73. *alibi admonet Ariſtoteles; qui propterea nunc ait huiuſmodi mouens primum, & immobile non eſſe conſiderationis phyſicæ, adeo quod naturalis Philoſophus valeat ſuos effectus in illud reſoluere, tanquā in cauſſam, & principium, ſeu propter quid, ex cuius cognitione habeatur perfecta ſcientia; ſed Phyſico reſoluendos eſſe*

inquit

A *inquit naturales effectus in agẽtia illa, quæcunq; mota mouent. Quod aũt obijcitur Deum Optimum eſſe omniũ phyſice mouentium primum, falſum eſt penitus; nam Deus eſt primum Ens omnium, quæcunque ſunt; quum omnia in ratione Entis a Deo pendeant; ſed quia Deus non eſt motor phyſice, hoc eſt, principium effectiue mouẽs orbem aliquem; de quo motore loquitur Ariſtoteles loco allegato, vti omnibus eſt in cõfeſſo; propterea Deus Optimus non recte dicitur primum mouens eorum, quæ mo-*
B *uent phyſice; mouet enim Deus ſolummodo qua Optimus eſt, ſiue ſub ratione finis, ac tanquam intelligibilis,* 12. meta. t. 36. & 37.
& appetibilis, hoc eſt metaphorice, vt adnotat Ariſto- 1. de gen. t. 55.
teles: Eſt itaque Deus omnium primus in genere Entis, non aũt in genere phyſice mouentis; quũ phyſice non moueat: Quare falſo etiam dicitur ſecundas Intelligentias a Deo ſummo proprie, ac phyſice moueri; mouẽtur enim a Deo nonniſi metaphorice, tanquam a fine, quẽ intuentur eſſe Optimum, & ideo cupiunt illi ſeſe reddere ſimi-
C *les; quod abunde patuit in ſuperiore libro: verum quod ſolum metaphorice moueri poteſt, reipſa penitus immobile dici poteſt motu vero, proprio, & phyſico, quo de agit* 8 phy. t. 73.
Ariſtoteles loco citato: Non obſtat ergo Ariſt. inquiens duo eſſe principia effectiue mouentia, ſeu phyſice; quorũ alterum non eſt phyſicum, eo quia non habet principium motus in ſeipſo; tale autem eſſe ſi aliquid mouet, quod non mouetur, vt id, quod penitus eſt immobile, & quod eſt omnium primum; non obſtat inquam hæc proferens Ariſtoteles nobis aſſerentibus Deum non mouere phyſi-

ce, ſeu effectiue vllum cæli orbem; ſed primi mobilis motricem Intelligentiam eſſe vnam infra Deum e ſecundarum genere; quum Deo ſummo mouente ſolum ſub ratione intelligibilis, & appetibilis, ſiue ſub ratione finis, atque ideo metaphorice, ſecunda Intelligentia dici debeat omnium phyſice mouentium mouens primum, & vere penitus immobile. Quod autem deinde affertur, fore vt numerus Intelligentiarum non eſſet æqualis numero corporum, ſi Deus non aſsiſteret uni ſphæræ ſolummodo, vt ceteræ Intelligentiæ, ſed toti Mundo, quum tamen aperte ſtatuat Ariſtoteles tot eſſe Intelligentias numero, quot numero ſunt orbes cæleſtes; bifariam tollitur; Inprimis enim Ariſtoteles loco citato non agit forſitan abſolute de toto Intelligentiarum genere, comprehendendo Deum Optimum; ſed ſolum de Intelligentijs appropriatis, ac mouentibus cælum effectiue, ſiue ſecundis, dum ait tot eſſe Intelligẽtias motrices, quot numero ſunt ſphæræ mobiles: ſignum vero huius eſt, quod poſtea, vbi rimatus eſt numerũ Intelligentiarũ mouentiũ, aſcẽdit ſpeciatim ad ſpeculationem Dei Optimi Maximi, quem conſiderat, non ſub ratione mouentis, at ſolũ quatenus eſt forma vniuerſi, & Mẽs, ac Intellectus, ſi enim Deus eſt forma totius Mundi, vt ibi aperte docet Ariſt. dum ex vnitate Dei ſummi arguit ſimilem in Mundo vnitatẽ; quum Mundus quoad ſui totum non moueatur, ſed in ſeipſo quieſcat; moueatur aũt quatenus obtinet varias partes, quibus variæ aſſiſtunt Intelligentiæ motrices; quippe cælorum latio eſt motus partium totius quieſcen-

[Margin notes: 12. met. t. 43. & ſequent. — 12. meta. t. 49. 50 & 51.]

[Margin letters: A, B, C]

A *quieſcentis;plane fateamur oportet Deũ non mouere cæ-
lũ,cui aſſiſtit;quũ enim toti Mundo aſſiſtat, totus mo-
ueretur Orbis. Deinde dato quod in loco ab Aduerſarijs
allegato ſub nomine Intelligentiarũ complectatur Ariſt.
omnẽ Intelligentiam penitus;quare etiam Deum,qui eſt
Prima Intelligentia;nos aſſerentes Deum non mouere pri
mũ mobile vt efficiens,non refragamur Ariſtoteli adæ-
quanti numerum Intelligentiarum numero corporũ cæ-
leſtium; quia dicere poſſumus, præter orbes cæli ſingulos*
B *ſeorſum conſideratos,quibus aſsiſtũt determinate totidẽ
Intelligẽtiæ de numero ſecundarũ, alium eſſe orbẽ,ipſum
ſcilicet vniuerſum, ex omnibus ſphæris ſimul iunctis
coagmentatũ,cui aſsiſtat Prima Intelligẽtia Deus Opti-
mus;quamuis enim apud Philoſophos controuerſum ſit
nunquid totum re diſtinguatur ab omnibus ſuis parti-
bus ſimul acceptis; illud tamẽ omnibus eſt in confeſſo,to-
tũ quodlibet re diſtingui ab vnaquaque ſui parte; ſiue
a ſingulis partibus ſeorſum conſideratis. Non ergo erra-*
C *uimus conſtituentes Mentem primi mobilis rotatricem
in numero ſecundarum Intelligentiarum infra Deum.*

Vtrum cæli motus calorem generet apud nos. Cap. XXXIII.

VLTERIVS & *hoc circa cæli motum difficile videtur,quod ſtatutum fuit cælum ſuo motu generare calorem in Mundi regione inferiori apud nos;quod placitum multa ſunt, quæ falſum*

Digitized by Google

arguant; & primum, quia rationabilius eſt calorem apud nos gigni ab elemento ignis, veluti a cauſſa vniuoca, & nobis propinqua; quam a cælo, vel cæli motu, quæ ſunt agentia æquiuoca, & longe remotiora; dedecet enim Philoſophũ referre ſuos effectus potius in cauſſam æquiuocam, & remotam, quam in vniuocam, & proximam. Deinde cælum eſt cauſſa communis, & remota omnium effectuum, quicunque ſub Luna gignuntur; ſed cauſſa communis, & remota quidquã non agit niſi mediante propria, & proxima; quum itaque calor apud nos a cælo pendeat veluti a cauſſa communi, & remota; propriam, & proximam cauſſam obtinere debet, in quam referendus eſt potius, quam in cælum, cæliue motum: Deinceps autem cæli motus duplici tantum differentia dirimitur; alter eſt velociſſimus, quo fertur primum mobile; alter longe tardior, & eſt communis omnibus ſphæris inferioribus: ſed hic ob ſui tarditatem aptus non eſt accendere calorem in regione noſtrati; neque ille diurnus hoc efficere poterit, quum tam longe abſit vt noſtratia non pertingat; cælum itaque nullo motu calorem gignere poteſt apud nos. Poſtremo ſi cæli motus generaret calorem in regione noſtrati, neceſſario id præſtaret vel propria virtute nouum calorem generando apud nos, uel ab elemento ignis portionem veteris caloris aut ferendo, aut pellendo deorſum; nullum tamẽ ex his fieri poteſt: haud quidem generat cæli motus nouum calorem in Mũdi regione infima, quia omne generans agit per contactum; at cæli motus vix ad ſupremã

A B C

regio-

A *regionem aeris pertingit, ac nulla ratione ad nos vſque deſcendit; Neque ſane defert a ſphæra ignis veterem calorem ad infimam orbis regionem, tum quia ipſe cæli motus hucuſque non declinat; tum quia motus caloris vehiculum eſſe nō poteſt, qui ſemper ſubiectatur in aliquod corpus; Neque demum cæli motus pellere poteſt inferius ad nos a cōcauo Lunæ portionem ignis; quia ſēper illa ignis portio, antequam ad nos perueniret, in media regione aeris ab excedenti frigiditate cum humiditate*

B *tate coniuncta extingueretur: Non ergo cæli motus calorem vllo pacto apud nos excitare poteſt. Ceterū & iſta ſolui poſſunt; & primum concedimus dedecere Philoſophum effectus referre in cauſſam æquiuocam, & remotam, vbi tamen eos in proximam, & vniuocā referre poſſit; concedimus item cælum, eiuſque motum eſſe caloris cauſſam æquiuocam, ignem uero vniuocā; & licet corpus cæleſte longe a nobis abſit, & multo quā elementum ignis remotius ſit a regione noſtrati; potius*

C *tamen a cæli motu calorem gigni apud nos, quam ab elemento ignis dici debet; quia virtus elementi non deſcendit inferius, ſed ſurſum ſemper inhiat, et ibi manet, neque niſi ab extrinſeco agente deorſum violenter pellitur: quum ergo cælum ſuo motu ignis portionem deorſū ad nos propellat; ignis vero ſponte calorem in regione infima effecturus non deſcendat: propterea calor apud nos excitari dicitur a cælo potius, quam ab igne; quia cælum habet rationem cauſſæ mouentis: ignis uero principij paſſiui. Ad ſecundum negamus abſolute cælum*

eſſe

eſſe cauſſam remotam, & communem omniū illorum, quæcunque ſub Luna creantur; nam ſi ceterorum, luminis tamē, atque caloris nō eſt cæli motus cauſſa cōmunis, & remota: ſed propria, & proxima; de lumine cuique patet; de calore uero ideo probatur; quoniam ad cæli motum immediate circunducto igneo elemento, diuulſoque, ob ſui tenuitatem, ac raritatem, in multas portiones, harum plures vi deorſum protruduntur caloris in regione noſtra effectrices. Ad tertiū dicimus calorē ab æthere ad nos propelli nō quidē motu planetarū, qui tardus eſt neque motu diurno, quatenus eſt proprius vltimæ ſphæræ a nobis remotiſſimæ: ſed motu primi mobilis cōmunicato ceteris orbibus inferioribus, atque etiam ſphæræ ignis; vel etiā motu cæleſti generatim accepto, non qua proprius eſt vnius tantummodo ſphæræ; ſed qua communis eſt quomodocunque omnibus cæli orbibus, & elemento ignis; ita enim motus aggregatus ex omnibus cæleſtibus rotationibus ſimul coeuntibus igni cōmunicatus inde ad nos calorē pellit cū ignis ſubſtantia. Ad poſtremum reſpondeo a cæli motu non quidem gigni nouum calorem apud nos, neque veterem ab igne ad nos deferri, ſed bene propelli: ad obiectum dic non ſemper in media regione aeris, nec ſecundum omnes illius partes adeſſe humiditatem, quæ propulſum ignem extinguat; nam in ſerenitatibus, & maxime citra hyemē, vacat aer humiditate illa, quæ calorem extinguat; ſemper uero in aliqua Mundi plaga uel media eſt aeris regio ſerena, & citra hyemem, quæ uero ibi perpetua eſt

frigiditas

A *frigiditas haud neceſſario tranſeuntem illuc ignem ex-
tinguere debet, quoniam hyeme in algentiſſimo gelu ignẽ
ſeruari conſpicimus in aere, in quo aqua ſtatim frigore
concreſcit; & eo magis, quo plerunque contingit ignem
deorſum impulſum in materiam combuſtibilem incide-
re, quã incendit continua: a ſerie perſæpe vſque ad nos;
id quod perſpicue apparet in illis impreſſionibus, quas
ſtellas cadentes appellamus: Immo quum huiuſmodi
ſtellæ ſæpenumero viſantur aere nubilo, & pluuio, etiã*
B *in magnis tempeſtatibus, indicio ſunt igni deorſum cæli
rotatione pulſo non obſtare aeris frigiditatẽ, nec humi-
ditatẽ in media eius regione rigentem: Hoc ipſum ful-
gura confirmant, quæ ignes ſunt e medijs nubibus imbre
repletis, & frigore algentibus proſilientes: Addo quoq;
Caſtoris, & Pollucis ignes appellatos in medijs imbri-
bus, ventis, ac procellis diu perdurare: Poteſt ergo motu
cæli ab igne ad nos calor propelli, abſque eo quod ab intẽ-
ſa frigiditate, ac humiditate in media regione aeris vi-*
C *gente penitus extinguatur. Sic itaque cælum ſuo motu
calorem gignere, ac excitare poteſt in hac Mundi regio-
ne infima, quam incolimus.*

Vtrum Lumen cæli calorem apud nos gnignere valeat. Cap. XXXIV.

QVÆ *difficultas nuper ſublata eſt a motu cæli, eadem uiget quoque in cæleſti lumine; nam ſupra falſo ſtatuiſſe videmur Lumen cæleſte aeris corpus propria humiditate priuare, ipſum atte-*

atterendo, et diuidendo ad minima; & ita illud con- A
uertere in igneam naturam; quod a ratione abeſſe vide-
tur; propterea quod lumen a cælo profluens, ac diapha-
num illuminans, neceſſario vel eſt accidens, vel ſubſtã-
tia; ſi quidem fuerit accidens, vti demonſtratur tum
quia viſibile eſt; quum ſubſtantia ſenſui ſubiecta non
2.de an t 63. & ſequent. *ſit, Ariſtotelis teſtimonio; tum quia in aere ſubiecto*
adeſt, & abeſt, præter ſubiecti corruptionem; ſiue quia
contingit eidem aeri ſubiecto ineſſe, ac non ineſſe; quæ eſt
1.top.cap.4. *accidentis eſſentia: ſi lumen inquam eſt accidens, vti* B
par eſt; aeris corpulẽtiã, quæ ſubſtantia eſt, diuidere, et
atterere non poteſt; quoniam corpus, & ſubſtantia non
niſi a corpore, atque a ſubſtantia diuidi poteſt: Si uero
lumen dicatur eſſe ſubſtantia; neceſſario erit uel corpo-
rea, vel incorporea; ſi quidem ſit incorporea; quod inde
apparet, quia vitrum, criſtallum, aquam, aerem, &
huiuſmodi alia corpora penetrat; non poteſt enim cor-
4.phy.t.12. *pus a corpore penetrari, ex Ariſtotele; nam ſecus duo*
2.de an.t.69. *corpora ſimul eſſent in eodem loco; & proinde locus non* C
eſſet æqualis locato; quod eſt impoſſibile: ſi lumen inquã
ſit ſubſtantia incorporea, ſane aerem atterere, ac diuide-
re nequibit; quoniam neque anima, quæ ſubſtantia in-
corporea eſt, ſubiectum corpus atterit, aut diuidit: Si de-
2.de an.t.60. *mum placeat aduerſus Ariſtotelem conſtituere lumen*
eſſe corpus, quum illud apertum ſit, lumen eſſe acre mol-
lius; plane aerem atterere non valebit; quandoquidem
molle corpus diuidere non poteſt corpora ſeipſo duriora;
immo ab ijs viciſſim atteritur: Non ergo videtur poſſe
fieri

A *fieri ut calor apud nos a cæleſti lumine gignatur. Sed op poſitiones iſtæ tales haud ſunt, quæ ſolui nequeant; & ut ordine utamur præpoſtero, illud ante omnia monemus non eſſe ita gratis aſſumendum ex Ariſtotele lumẽ non eſſe corpus ullo modo; nam ipſe dum ſcribit lumen egredi per laternam, quia quod habet minores partes, egreditur per maiores poros, clare ſupponere uidetur lumen eſſe corporeum quiddam, & materiale: Verũ quoniam id fortaſſe ab Ariſtotele rudiori formula dictum* 2. Poſt. c. 11.
B *eſt, quod in exemplis impune fieri conſueuit; propterea fides nobiliori loco eſt adhibenda, ubi ex profeſſo demonſtrat Ariſtoteles lumen non eſſe corpus: Ceterum aliter opinanti allata inſtantia non officit, quia falſo aſſumitur lumen eſſe aere mollius; longe nanque diſtat a tenuitate mollities; quare lumẽ ſi ponatur aere tenuius, probe aerem atterere, ac diuidere poterit: Sed eſto lumen incorporeum, ac immateriale. Si quidem dicamus lumen eſſe ſubſtantiam incorpoream, nõ difficile nobis erit* 2. de an. c. 69.
C *obiectioni occurrere; nanque anima quemadmodũ ubi una in corpore permanet, ſubiecti corporis ſubſtantiam non diuidit; ita ſi contingat aliqua ratione animam multiplicari, hoc fieri non poteſt citra corporis diuiſionem; quia multæ animæ ſolo numero inuicem diuerſæ ſimul eſſe nequeunt in uno, & eodem corpore: hoc ipſum de lumine dicendum; ubi nanque lumen a luminoſo corpore defluit, quia unum eſt, ideo aeris corpus, in quod recipitur, non atterit; quo fit ut pars aeris excelſa, quãuis a Sole illuſtrata, calorem non habeat, præter ſibi con-*

naturalem; at lumen a cælo demiſſum ſi ſolidum corpus offendat, quod penetrare non valeat, neceſſario retrocedit; atque in illa reflexione ipſius radij geminantur; ac veluti Mercurius, aut aqua ex alto cadens in ſilicem in ſtillas innumeras; ita quoque multiplicatur lumen proportione multiplici in radios pene infinitos; quod fieri nequit abſque ſubiecti aeris diuiſione, atque attritione; vnde oritur calor; quemadmodum antea demonſtrauimus; corpus autem, ad quod impingit cæli lumen, & vnde reflectitur, terra eſt; quare a cæleſti lumine prope terram enaſcitur calor; qui eouſque ſurſum aſcendit, quouſque radiorum reflexio, & multiplicatio pertingit. Adde ſi lumen dicatur eſſe accidens, nihil minus aerem atterere, ac diuidere poſſe; cuius argumento ſunt qualitates elementorum in miſtione; ſi nanque verum eſt elementa in miſtione diuidi ad minima, vt monet Ariſtoteles; diuiſio autem eorum quum fiat per mutuã actionem, & paſſionem inter ſe; quumque inuicem non agant, nec patiantur elementa niſi ſecundum ſui qualitates; vt clare docet idem Ariſtoteles; notum cuique fieri poteſt accidentia poſſe atterere, ac diuidere corpus: ſed ſpeciatim lumen, ſi accidens eſſe dicatur, ideo corpus aeris atterit, ac diuidit, quia in reflexione multiplicatur magna proportione; Quum enim haud poſſint eſſe multa eiuſdem ſpeciei accidentia ſolo numero inuicem diuerſa in eodem ſubiecto penes eandem particulam; neceſſarium eſt plane ad multiplicationem radiorum in lumine diuidi ſubiectum aerem in totidem partes

A B C

1. de gen. t. 85. 86.

De ſen. & ſen. c. 4.

multis

A multis illis radijs proportionales. Illud poſtremo loco ratum eſto, ac firmum, lumen nihil eſſe aliud, quam ſpeciem viſibilem luminoſi corporis, ſeu ſimulacrum lucis; & qua ratione ſpecies a ſenſibilibus prodeuntes facultatem obtinent alterandi medium, & organum ſenſus, quod medio ſolidius eſt; eadem ſane valent medium atterere, ac diuidere: Immo ſi ſpecies albedinis in oculo recepta viſus inſtrumentum diſgregat; quanto magis lumen, quod eſt lucis ſimulacrum,
B medium acrem poterit diſgregare, atque atterere? Amplius nemo inficiabitur lumine aerem illuminari, quum autem aer ſi condenſetur, opacitatem contrahat, vti docet Autor libelli de Coloribus, ſiue ille fuerit Ariſtoteles, ſiue Theophraſtus; quin & Ariſtoteles ipſe dicens aerem hyeme craſsiorem eſſe, quam æſtate, quo tempore clarior eſt; ſane ab oppoſito, ſi diſgregetur aer, lucidior fieri debet; ex quo certe aer non alia ratione debet illuminari, quam vbi diſgregetur, atte-
C raturque, ac diuidatur a lumine; quod & perſpicuis verbis notat Ariſtoteles inquiens Hiemem aere ſpiſſeſcente, conſiſtenteque fieri; Solem vero illuſtrare aerem, ipſum diſcernendo, hoc eſt, diuidendo, & atterendo. Ceterum neque defuerunt, qui negent in aere multos eſſe radios, præſente luce; ſed vnum tantummodo lumen, aut ſaltem duo in refractione; & ita corpus aeris in duas, non in partes innumeras ſcindi: Verum dic in ſpeculo concauo haud alia ratione ignem a lumine excitari, niſi quia multi radij anguſtiore in ſpatio

Cap. 3.

11 ſect. probl. 64.

26. ſect. probl. 6.

coacti aerem minutius atterunt: & ſi rationem pro- A
priam afferre liceat, Dic lumen eſſe ſpeciem viſibilem lucis, a qua effluit: ſed ab obiecto viſili non vna tantum ſpecies prodit, at multiplex: alioquin ab vno tantum videri poſſet: quia vero multis ſimul aſpicitur; ideo vnicuique vna ſpecies præſto eſſe debet; ergo veluti ab vno viſili multæ ſpecies, ſic ab vna luce multi radij proficiſcuntur; qui propria ratione aerem diſgregant, atterunt, atque incendunt: quemadmodum oſtenſum eſt nuper ex Ariſtotele. Quum itaque Lumen ae- B
rem atterere valeat, ac diuidere in minima; propterea recte conſtitutum fuit antea cælum apud nos calorem gignere, lumine ad nos effuſo; quippe aer attritione igneã naturam contrahit; qua de re fuſe ſuperius.

Lunam habere aliquid Lucis ex ſe, a qua proprium lumen effundit; & non totum, quod ad nos demittit, eſſe reflexum lumen Solis; & ſpeciatim cur ſidera interdiu non cernantur. Cap. XXXV. C

SED *circa lumen a vita cæleſti proficiſcẽs, illud in ſuperioribus difficile eſt, quod poſuimus Lunam non omne lumen, quo ſplendet, a Sole mutuari; ſed propriam obtinere lucem ſibi connaturalem, a qua vere proprium lumen effundit in hæc ſublunaria, exile*

quidem

A *quidem ex ſe, atque imperfectum; quale eſt, quod inter tenebras vmbræ terrenæ in eclipſi lunari rubidum fulgere quoquopacto conſpicimus; dubitantem habemus acutiſſimum Scaligerum; cuius tamen argumenta ſi acrius expendantur, partim nihil noſtris dogmatibus officere; partim vero noſtram ſententiam, vel inuito Scaligero, communire videbuntur: Quod enim primo dubitatur, cur ſicut in Eclipſi Luna tenebris vmbræ terræ obruta videtur rubicunda luce micare aliquantiſper, ſi hæc illi propria lux eſt, cur inquam non ſimiliter conſpiciatur a nobis rubra pars eius concaua, dum Sol conuexam, ac ſuperiorem illius portionem nobis inuiſam colluſtrat? tollitur bifariam; In primis enim ſciendum eſt, vt fuſe oſtendimus in ſuperiore libro, Lunæ ineſſe lucem ſibi propriam, & connaturalem: quæ vti ex ſe puſilla eſt admodum, & imperfecta: ſic a maiori, & perfectiori lumine Solis augeri, ac perfici valet: Sed hoc proprium eſt omnis lucis exiguæ, ac debilis, in magna loci diſtantia cerni non poſſe; ac niſi prope, obtutum non mouere; atque hoc tam noctu, quam interdiu; & iccirco fit vt Lunæ lux propria, quæ valde tenuis eſt, et imperfecta, ob magnam loci diſtantiam, vſque ad nos in hac regione infima mundi lumen ſenſibile non demittat; demittat autem vbi aliqua ratione vigoretur, ac perficiatur a radijs Solaribus; Quare dum Sol partem Lunæ conuexam, ſeu ſuperiorem nobis abſconditam illuminat, pars inferna Lunæ concaua omnino deſtituta Solis auxilio, ſua parua luce, lumen ſenſibile ad nos demit-*

de ſubtilit. exer. 62. art. 1.

B

C

demittere non poteſt, ob magnam loci diſtantiam: Quã- A
1.de ort.an.hu. cap. 11. *obrẽ nos etiã alibi exẽplificantes de Lunà dicere non dubitauimus nullam illi ineſſe lucem, ſi priuetur Lumine Solis, etſi enim tunc luceat, nobis tamen non lucet, ob magnum loci interuallum quoniam neque carbũculus, neque carbunculo ſplendidior flamma in tanto interſtitio conſpici valet, pari proportione data: Sed in Eclipſi Lunari quum Lunæ pars inferior noſtram regionem ſpectans ſit in cono, ſeu cuſpide vmbræ terrenæ, & hinc inde proximos habeat radios Solares, a quibus ſi non* B *primo, & directe, ſecundario ſaltem, & reflexe, vti aer in conclaui prope Solem, perficitur vſque adeo, vt aliquid luminis ad nos demittere valeat: Solis uero radios, ſiue lumen ſemper vel ab ipſo aere repercuti, ſatis*
2.de an.t.80. *demonſtrat Ariſtoteles eo, quia ſecus extra locum a Sole illuſtratũ eſſent vbique tenebræ abſque vllo lumine: quod falſum eſſe ſenſus ipſe iudicat: Bene uerum eſt, inquit Ariſtoteles, non ita repercuti lumen a puro aere, vt ab aqua, vel quouis alio corpore leui; nam lumen* C *repercuſſum a corpore leui tam clarum eſt, vt euidentem umbram efficiat, oppoſito ſibi corpore opaco; at lumen repercuſſum a puro aere longe debilius eſt, ita vt vmbram non pariat, ſicuti repercuſſum ab aqua, vel alio corpore leui; quod quiſque certo experimento comprobare poteſt: Nunc autem certum eſt lumen a Luna in eclipſi prodiens umbram non poſſe producere, tam eſt infirmum; ſolum obtutum noſtrum mouere valet.*

Deinde uero animaduertendum eſt Lunæ lucem

pro-

A *propriam ex ſe tam eſſe infirmam, & luminis tam ru-*
dis effectricē, vt a nobis in tanta diſtantia diſcerni ne-
queat, niſi vel in tenebris, & vmbra dēſiori ſpecies eius
feratur ad ſenſum circa validiorē ſpeciem nō occupatū;
qui proinde imbecillioris impulſum percipit; vel a pro-
ximo validiori lumine perficiatur, & augeatur, vti
contingere videtur in corporibus exiguæ lucis; quæ non
apparent eminus corruſcantia, niſi aut in tenebris dē-
ſioribus, aut in lumine viuidiori; non enim aperto cælo,
B *nocte ſerena penitus, multum a longe refulget oculus*
felis, ſardius lapis, Rubinus, Carbunculus, & hu-
iuſmodi alia; quæ tamen in obſcurioribus tenebris emi-
cant, pellucentque aliquantiſper; in Sole autem, & cā-
delarum flammis admota, ſplendidiore luce coruſcant;
non aliam ſane ob cauſſam, niſi quia lucē ex ſe obtinēt
exiguam vſque adeo, vt in tenui lumine non vigorata
illorum ſpecies fatiſcat, atque euaneſcat priuſquā per-
ueniat ad oculos; & iccirco non mouet obtutum; quem
C *tamen mouet cum in tenebris offendens oculos circa ua*
lidius obiectum non ocupatos; tum in viuidiori lumine
roborata ſpeciem gignens validiorem: Ita prorſum de
Luna dicendū eſt, quia ergo Luna eclipſata eſt in vm-
bra terræ denſiori; propterea lucis ſuæ ſpeciem per me-
dium illibatam, atque integrā ad nos vſque demandat;
quam nos uidemus rubentem ſplendeſcere ad inſtar la-
pilli, quem Amethyſtum, vel Antracem, Pyropumque
vocamus; at uero quomodocunque fuerit extra terrenæ
umbræ tenebras, ex ſe cōſpici non poteſt, illius ſpecie con-
fuſa,

Digitized by Google

fuſa, & commiſta cum ſimili lumine quod in medio nõ tenebroſo reperit longe ſemetipſa validius; Quod vero deinde obijcit Scaliger, non propterea inuiſam iri Lunam citra eclipſim, dum Sol eius partem conuexam ſolum illuſtrat, quia deſint illi tenebræ, aut vmbræ; nã et ipſamet, ſecundum ſui partem cõcauam a Sole auerſam, eſt in vmbra ſua, atque etiam ſui, vt quæ ſibi vmbram faciat; & illi non deſunt nocturnæ tenebræ, in quibus videretur, vt in eclipſi; ſi lucem ex ſe haberet aliquam; ſubtile quidem eſt argumentum: ſed quod ita diluas; quoniam in primis falſo, & gratis ſibi aſſumit vir doctiſſimus Lunã in parte Soli auerſa vmbrã facere; ex ijs enim ſolum corporibus auerſo lumine vmbra defluit, quæ mere opaca ſunt, neque vllam in ſe lucem obtinent; cuiuſmodi Lunam non eſſe contendimus; habet nanque aliquam lucem; quare vt lapilli pellucidi umbram non faciunt in parte auerſa flammulæ, cuius vmbræ merito lux illius partis ſplendeſcere videatur; ita nec Luna in parte Soli auerſa vmbram aliquam efficit, in qua partis eius lux conſpicua fieri valeat: Deinde uero apertiſſime falſum & illud eſt, quod ait Lunam nedum vmbrã facere, ſed etiã eam ſibi facere; quod etenim vmbram facit, id omne illam directe alijs efficit; & vbi vmbrã ſibi ipſi efficit, hoc ideo fit, quoniã vmbra repercutitur ab oppoſito corpore (ſi tamen hoc eſt concedendum, quod vmbra reflecti valeat eo, vnde prodijt.) & reflectitur ad corpus, a quo exiuit: quod ſane dici non poteſt de vmbra e corpore Lunæ

A *Lunæ prodeunte (ſi & hoc dandum ſit Scaligero, diſputandi gratia, Lunæ corpus in parte Soli auerſa umbram facere) nam quum terra ſit Lunari corpore longe maior, vmbram tamen non demittit, niſi ad orbem Lunæ, vel paullo vlterius; ſiquidem in Eclipſi Luna eſt in cuſpide vmbræ terrenæ; quare Luna minorem quum obtineat magnitudinem, ſui vmbram vſque ad terram vix demittet, nedum illam a terra reflexam in ſe non admittet: ſed reuera vmbram non repercuti, hoc*

B *ſane docet, tum quia ex Ariſtotele vmbra eſt mera priuatio luminis, nihil habens poſitiui; at vero priuationes repercuti non poſſe, ſiue non reflecti niſi quæ habent eſſe poſitiuum, notius eſt quam quod indigeat vlteriori explicatione: tum etiam quia ſecus repercuteretur vmbra in Eclipſi a corpore Lunæ; quare cuſpis umbræ terrenæ non ferretur vſque ad orbem Mercurij, ſiue vltra ſuperficiem concauam Lunæ; quod tamen falſum eſſe conſtat. Quod autem deinceps aſſertur de tenebris no-* RATIO 7.

C *cturnis, nempe Sole illuminante ſuperiorem Lunæ medietatem nobis inuiſam, infernæ partis lumẽ proprium a nobis viſum iri, ſaltem in tenebris noctis, vt videri conſueuere lumina exigua oculorum felis emicantia; tolli etiam poteſt dupliciter; primo enim dicimus ſpeciem lucis tam exilis, ac lumen tam exiguum in tanto itinere, tantaque loci diſtantia, quæ inter Lunam, & nos intercedit, fatiſcere, ac obliterari: Deinde vero aſſerimus noctu, ſi aer ſit nubilus, vapores craſſos, ac tetros obſtare quominus tenuem Lunæ fulgorem cernere poſſimus,*

qui & validiorem aliorum ſiderum, quin etiam quandoque Solis lucem nobis occultant interpoſiti, nouum genus eclipſeos afferentes; cuiuſmodi eam vel Scaliger fuiſſe teſtatur, de qua inferius agit in exercitatione ſeptuageſima nona inquiens hoc modo, Ad ea, quæ ſupradicta ſunt, pertinet quod in uita Caroli Magni ſcriptũ eſt, Meridie Solem defeciſſe, triduo poſt, quã Lunæ fuiſſet eclipſis: quod alia nulla potuit euenire de cauſſa, niſi attractis a Sole uaporibus adeo ſpiſſis, vt uiſus interciperetur. Si uero noctu aer ſit ſerenus, etſi minus quã a Sole, uſque adeo tamen ab innumera ſtellarum multitudine illuſtratur, ut lucis lunaris ſpecies per aerem tranſiens oculos, uiſumque a maiori lumine aliorum ſiderum uehementius laceßitum ad ſeipſam percipiendã conuertere, ac trahere nequeat; quocirca tunc Lunæ lux a lumine ſiderum noctu id patitur, quod proportione quadam pati conſueuit lux aſtrorum interdiu a lumine Solis; aer etenim ſiderum lumine illuſtratus uſque adeo uiſum mouet ad ſui perceptionẽ, ut non ſinat exile lumen ab imperfecta luce Lunæ prodiens mouere obtutum, conuertereque oculos ad ſe item noſcendum; nã Ariſtoteli motio, quæ iam vehemens ineſt, impedit leuiorem; ac proinde ſit vt neque etiam noctu videri poſſit Lunæ pars a Sole auerſa, licet in tenebris eclipſis conſpicua ſit Lunæ pars a Sole non tacta. Quod poſterius adducitur, ſtellas noctu tametſi reperiantur in lumine Solis, totas tamen lucere, quia lucent proprio lumine; quid habet, quod a ratione abeſſe videtur? Non inficiabor

(margin: art 3. — 5. de gen. an. cap. 1.)

A *bor ſtellas noctu totas lucere, quia luceant proprio lumi-
ne; illud certe non confitebor, ſtellas noctu eſſe ſimplici-
ter in lumine Solis; nanque in primis manifeſtum non
eſt lumen Solis uſque ad firmamētum protrahi; quam-
uis enim ad nos uſque protendatur, non tamen ideo fit
ut ad ſtellas uſque fixas porrigi ualeat: Deinceps autē
dato Solis lumen protendi uſque ad ſtellas ſibi oppoſitas
in altero hemiſphærio lucentes (etſi uix credibile ſit ul-
lam eſſe lucem, quæ tam firmum lumen emittat, quod*
B *tantum ſpacij permeare valeat; nam ſiderum firma-
menti, & ſuperiorum planetarum lux, Solis luce uiui-
dior, ut oſtendimus ſuperiore libro, forte ad Solem uſque
ſibi oppoſitum per Mundum ſublunarem tranſiens non
peruenit; quæ apud nos ita refractam ſui ſpeciem gignit,
ut Solis lumen nobis uiuidius ſentiatur) dato inquam,
ſed non conceſſo, lumen Solis extendi per centrum Mun
di uſque ad ſtellas octauæ ſphæræ in alio hemiſphærio
ſibi oppoſitas in noctu abſq; eo, quod impediatur ab um*
C *bra globi terreni, quæ non pertranſit orbem Veneris; ni-
hilominus hoc non eſt proprie ſtellas eſſe in lumine Solis,
ut quando ſunt Soli propinquæ, hoc eſt, in eodem hemi-
ſphærio; ſiquidem illud hac in re de lumine Solis eſt aſſe-
rendum, quod de lumine quouis alio dici debet; nempe
quo magis in longum protrahitur, eo imbecillius, & ob-
ſcurius effici proportionabiliter; quare lumen a Sole pro-
diens per centrum Mundi ad ſtellas in oppoſito hemi-
ſphærio coruſcantes (ſi ad eas pertingit) tam longo tra-
ctu ſpatij eo tenuitatis deueniſſe neceſſe eſt, ut quum ad*

ſidera peruenerit eam rationem habeat, quam apud nos A
habet lumen prodiens a minutiſſima ſtella firmamenti:
Vbi vero ſimul ſint duo lumina, quorum vnũ alio longe
magis refulgeat; ſane minus, & obſcurius dicendum eſt
eſſe in ſplẽdidiori, ac maiori potius quã viciſſim; Noctu
ergo præſtat aſſerere lumen Solis eſſe in lumine ſtellarũ,
quam ex aduerſo ſtellas eſſe in lumine Solis, vt ait Scaliger: Niſi dicamus neutrum eſſe in altero, ſed vtrunque
in perſpicuo. Sed proprie ratio, propter quã ſtellæ noctu
videantur, non ſimiliter aſpiciatur lumen Solis in altero hemiſphærio refulgẽtis, & inde ad noſtram regionem B
porrectum, ea eſt, quia noctu ſtellarum lumen directe in
aerem ſuſcipitur, ac per ſe primo illuminat perſpicuum
longe magis quam lumẽ Solis, quod propter interpoſitionem terræ non illuminat diaphanum oppoſiti hemiſphærij niſi, vt inquit Scaliger, ſecundis radijs; ſiue, ut ait
2. de an. t. 80. Ariſtoteles, lumine illo exiguo, quod aer a Sole illuſtratus ſuapte natura repercutere conſueuit in locum tenebroſum: Vbi uero duo lumina idem medium colluſtrent C
multa cum diſparitate, ſemper utrumque ſtudet viſum
conuertere ad ſui perceptionem; at lumen maius ubique
uoti compos efficitur, excitando uiſum ad ſui cognitionem; quod non accidit lumini debiliori; nam viſus uehementer laceſſitus, commotuſque a lumine viuidiori non
poteſt leuem debilioris luminis impulſum animaduertere; ac proinde ad ipſum dignoſcendum non cõuertitur;
ſic uehementior ſonus auditum afficit, ut leuioris ſtrepitum non animaduertat; ſic Ariſtotelis obſeruatio-
Pol. 2. 30.

ne,

A ne, homo in Ecſtaſi ualde occupatus circa ſpeculationem uniuerſalis non poteſt ſingularia ſentire, quamuis organum proprij ſenſus non leuiter laceſſant.

Quod vlterius proponebatur, ſtellas interdiu non lucere, falſum eſt abſolute; lucẽt enim ſemper aſtra ſimpliciter; ſed interdiu nobis non lucent, quia ipſorum lux a nobis non videtur; quippe lucis huius ſpecies quum reperiat viſum a potentiori lumine vehementer affectum, atque in eius cognitionem penitus occupatum, nequit ab

B eo animaduerti, vt pote quæ leuiter ipſum moueat; ac proinde ad ſemetipſam conuertere non valeat; quod experiri cuique ſit quamfacillimum; ſi nanque interdiu ponatur in Solis lumine accenſa candela, nos eminus intuẽtes, lumẽ Solis quidẽ videbimus, flammã vero ardẽtis candelæ non videbimus: Cõſimiliter ſi noctu accẽdatur magna lignorum ſtrues, & prope rogum ardeat puſilla lucerna, nos a longe aſpicientes cernere poterimus ardentem pyram, lucernam vero non poterimus;

C & hoc non niſi quia imago lucis a lucerna prodiens offendit ſenſum occupatum in animaduerſione ualidioris obiecti; a quo uſque adeo mouetur, ut ſentire nequeat impulſum debilioris, neque ad ipſum ſe ſe conuertere. Sin autem rogus ardeat poſt parietem ita ut non illuminet aerem intermediũ niſi per lumen reflexum ab aere, quod Scaliger appellat radium ſecundum; lucerna uero ardeat intra parietem, & ſua luce uiua præclare medium illuſtret; tunc a longe in debita diſtantia uidebitur lucernæ flamma; & hoc ideo, quia eius ſpe-

cies

cies valentior eſt in medio, quam ſpecies luminis à rogo prodeuntis, & ab aere intra parietem reflexi; & proinde ſenſum magis mouere poteſt ad ſui cognitionem, quam ſpecies imbecilla luminis a rogo promanantis, & ab aere intra murum reflexi, quam ſenſus non animaduertit occupatus totus circa uehementiorem: Qua ratione nuper adnotauimus aſtra noctu obtutũ noſtrũ mouere ad ſui perceptionem, quod Sol non efficit, tunc enim ſpecies lucis Solaris in hemiſphærio noſtro imbecilla obſcuris, & paruis innixa radijs a uiſu non animaduertitur, qui totus occupatur circa ſiderum lumen ualidius: perinde ac uiceuerſa interdiu debile ſtellarum lumen non poteſt ita uehementer uiſum mouere, qui ualde afficitur ab intenſo lumine Solis, ut ipſum ad ſe conuertat. Ceterum id, quod pati dicitur lumen debilius a ualidiori, quoniã in cauſſa eſt, ut lumẽ debilius, etſi præſens, uideri tamen haud poſſit; iccirco recte a Philoſophis appellatum fuit extinctio; tunc enim lumen ſi non abſolute, ſaltem nobis extingui dicitur, quando licet præſens exiſtit, noſtros tamen ſenſus non mouet, nec a nobis aſpicitur: Quare non ab re lux imbecilla, ſi ob uiciniam potentioris uiſum non excitet ad opus, dicitur extingui, non ſecus ac riuuli aqua in mare delapſa dicitur aboleri: Scaliger itaque immerito arguit aſſerentes aſtra interdiu nõ uideri, quoniã a Solis radijs extinguuntur; extinguuntur etenim nobis, ſi non abſolute: Quod autẽ obijcit eadẽ etiã noctu extincta iri, quia ſemper ſint in Solis radijs; nequicquã officit, quia noctu radij

A *dij Solis (ſi qui ſũt in noſtro hemiſphærio) dicẽdi ſũt poti
us eſſe in lumine ſiderum, quum non niſi debiliores in di
aphano eſſe ualeant; quam lumen ſtellarum in radijs ſo
laribus, ut nuper oſtendimus (ſi hoc etiam Scaligero
concedere uelimus lumen unum in alio eſſe) extinguitur
etenim noctu in hoc hemiſphærio lumen ſolis reflexum,
ac proinde infirmius, in ualentiori lumine ſtellarum; quũ
interdiu ex aduerſo lumen ſiderum imbecillius extin-
guatur in potentiori lumine Solis. Quod poſterius*
B *dicebatur, interdiu non lucere ſtellas; quia medium illu-
ſtratũ recipiat ſpeciem ualentiorem, quod ſit efficacius
obiectum oculorum; caute accipiendum eſt; non enim
medium illuſtratum ita recipit ſpeciem ualentiorem,
quin ſimul etiã recipiat infirmiorem; ſuſcipit enim me-
dium utranque ſimiliter, et ſi non ſimiliter ab utraque
illuminetur. Immo neque medium magis recipit ſpeciem
ualentiorem, quia ſit efficacius obiectum oculorum:
hoc enim eſſe obiectum uiſus, poſterius eſt ipſo recipi in*
C *diaphano, tum quia lumen prius habet eſſe ſimpliciter,
quam induat naturam obiecti, ſiue relationem ad ui-
ſum; habet autem ſuum eſſe ſimpliciter in medio; qua-
re ipſum, quod eſt eſſe obiectum efficacius oculorum,
cauſſa eſſe nequit, ob quam lumen validius magis re-
cipiatur in diaphanum. tum quia ſecus Ariſtoteles de-* 2. de an. t. 69.
*finiens lumen eſſe actum perſpicui, nulla facta mentio-
ne obiecti oculorũ definiuiſſet lumẽ non per immediata;
quod non eſt efferendum a Peripatetico. Quod mox
additur minorem, & debiliorem ſpeciem, quæ eſt lux*

ſide-

ſiderum, non eſſe interdiu ſibi extinctam, ſed per medium deferri abſque eo, quod ſentiatur; recte intelligendum eſt: Non quidem aſſeuerandum eſt cum viris primarijs ſpeciem lucis infirmiorem cum validiori non perſentiri, quia non feratur per medium illibata, & integra, ſeu diſtincta a potentiori lumine, ſed illi confuſa, & immerſa, ſeu commiſta, quemadmodum aquæ dolium proiectum in Occanum; quia & Ariſtoteles conſtanter negauit hoc Platonicis, quod ſcribitur lumen lumini coniungi, & commiſceri; & rationem experimento ſubnixam habet refragantem; nam ſi noctu in cubili ardeat magna fax, & parua lucerna ſeorſum, ab eodem opaco corpore duplex demittetur vmbra; ſignum euidentiſſimum duo illa lumina in vnum non copulari; & minus per aerem ferri illibatum, atque diſtinctum a maiori: Quare dicamus vbi duo lumina multum diſparia medium illuminēt, tunc viſum percipere ſolum id quod maius eſt, non animaduerſo minori lumine; quia nullus ſenſuum ſuo munere fungitur, niſi excitatus, atq; impulſus ad actum ſecundum ab obiecto præſenti; ſed quia lumē validius longe vehementius afficit viſum quam debile; ideo lumen exiguum in maiori nō cernitur; nam ſenſus intenſiori agitatione commotus leuem impulſum non animaduertit; et veluti auditus a vehementi ſono plurimum laceſſitus familiares voces non audit; ita maiori lumine viſum impenſe afficiente, oculus minoris luminis leuem impulſum non animaduertens ipſum non videt, quoniam ab eo non ſuſcitatur

de ſen & ſen. cap. 2.

A B C

tur

A *tur ad ſui perceptionem; vt fieri ſolet abſente maiori lumine, vbi ſenſus a nullo laceſſitus leues etiam ſenſibilium impulſus, & motiones percipit; quemadmodum docet Ariſtoteles aliquando. Quod vero ſubdit, In tenebris, quum Luna eſt adhuc non tota plena, defertur eius luminis ſpecies per tenebras; quas eadem ratione, ac ſtellæ, ſuo pingeret colore, ſi propriam lucem haberet, quemadmodum pingit alieno; haud minus quam ſuperiora obiecta tolli poteſt; in primis enim hoc argumentū* De diu. per ſom. c. 2.

B *fundatur ſuper ea ſimilitudine Lunæ cum alijs aſtris vniuerſis, vt ſcilicet omnibus ſideribus inſit lux eiuſdē perfectionis; quod non accipimus; quandoquidem ſtellæ aliæ omnes ſupra Solem ſitæ propriam ſibi habent ſingulæ lucem connaturalem, eamque ſecundum ſe perfectiorem luce ſolari; perinde ac lux exigui Adamantis intenſiue purior, & maior exiſtit luce maximi Amethyſti, aut Pyropi: Quare quum a lumine Solis non perficiantur ſtellæ ſuperiores; ideo non alieno, ſed proprio lumine*

C *pingunt, atque illuſtrant medij tenebras; Luna vero ex ſe lucem obtinens imbecillam, quæ perfici conſueuit a lumine Solis, iccirco radijs ſolaribus illuſtrata, dum noctu in tenebris effulget, eas pingere dicitur colore quodāmodo alieno, non proprio abſolute; dum vero non adhuc tota plena eſt, ſed habet ſui partem conuexam partim a Sole illuminatam, partim non; quum ab omni luce neceſſarium ſit lumen illi proportionatum proficiſci; ſane ab vtraque parte lumen effunditur in medium, quod vtroque lumine perficitur, ſed non diſtincte; nam lumē*

FFFFF pro-

prodiens a parte Lunæ Solaribus radijs illuſtratà quũ A
magnum ſit, atque potens, medij tenebras euidenter illuminat; lumen vero, quod effluit a luce partis Lunaris non tactæ a lumine Solis, quia extinguitur, vti diximus in maiori, ac potentiori lumine ab altera parte lucidiori profecto; iccirco non euidenter, ac diſtincte pingit ſuo colore tenebras, per quas defertur: Deinde vero quid ſi dicamus Lunam, ſiue lumen a Luna prodiens pingere ſemper medium colore Lunæ proprio, nunquam alieno? tam propria ſiquidem Lunæ lux eſt illa, quæ B
vigorata, & adaucta eſt a præſenti lumine Solis, quam quæ a Solis radijs non tacta exigua eſt, ac imbecillas. Quare dum Luna non adhuc tota plena eſt, ſed ſui partem habet Solis lumine carentem, aliam uero a Solis radijs illuſtratam, tunc ſane Luna utraque ſui parte noctu pingit aeris tenebras proprio colore, nunquam alieno; ſed una quidem parte proprio colore ab alieno uiuidiori adaucto, & uigorato; alia uero proprio colore puro, non aliunde perfecto; quamuis hic non cernatur, ut C
ille, ob rationem nuper allatam; nimirum quia lumen infirmius extinguitur ubique in potentiori, atque in eo ita immergitur, ut in ipſo non appareat, quaſi aquæ ſtilla in pelago. Sed reuera Aduerſarij ratio falſo nititur ſuppoſito; nam cælo ſereno, & præſertim noctu uidi ego ſæpenumero Lunam non adhuc totam plenam tum proprio, tum alieno lumine aerem pingere; quum præter cornua lumine Solis illuſtrata, reliquam illius partem ſubluſtrem aſpexerim diſtincte a parte cæli

diaphana,

A *diaphana, ita vt optime diſcernere poſſem totum Lunæ globum, ſeu potius totam Lunæ ſuperficiem concauam, quæ ſola nobis eſt aſpectabilis; licet hoc non contingat perpetuo, vel quia vapores, ac nubes tenuiores huius infirmæ lucis obtutum nobis intercipiant; vel quia interdiu ſpecies huius lucis exiguæ in validiori lumine Solis confundatur, ac deliteſcat. Quæ autem denique proponuntur, Lunam in tenebris, & vmbra terræ, dum eclipſatur, iccirco rubere, quoniam eſt in* B *mucrone Pyramidis a primis Solis radijs pauxillum diſtans, atque in ſecundis ſita, a quibus efficitur ſubluſtris, quæ a primis fieri ſolebat plane illuſtris; omnia recte; illud vero difficultate non caret, quod quemadmodum radius primus eſt imago, & ſpecies lucis; ita radius ſecundus ſit ſpecies illius ſpeciei; non enim datur imago imaginis, ſiquidem omnis ſpecies eſt ſimulacrum obiecti; ſed ex Ariſtotele radius ille ſecundus* 2.de an.c.8. *nihil aliud erit, niſi radius primus repercuſſus ab aere,* C *vel quouis alio corpore: ita nanque in Echo vltima vox non eſt ſimulacrum, ac ſpecies præcedentis, ſed ipſamet prima vox, primaue ſpecies repercuſſa: Ceterum eſto, diſputationis gratia, ſecundus radius imago primi; non tamen ideo fit quominus Luna ex ſe aliquam lucem obtineat imperfectam, quæ a lumine Solis directo, ac per ſe, quod Scaliger appellat radium primum, magis perfici ſoleat, & illuſtrari; paullo minus a reflexo lumine, quod vocat vir Doctiſſimus radium ſecundum; adeo vt in cono vmbræ terrenæ a ſecundis*

Digitized by Google

radijs illuſtrata parumper rubens appareat; vmbram A
vero egreſſa directe a primis radijs illuminata lucida magis conſpiciatur; at in coitu cum Sole nihil omnino in concaua parte contacta illam nobis tantum a longe oſtendere nequeat: Quo fit vt aſſeuerare quodammodo poſſimus Lunam ex ſe nullam obtinere lucem; hoc autem eſt non abſolute, ſed reſpectu aliorum ſiderum, & reſpectu noſtri; licet enim ſimpliciter luceat omnis portio corporis Lunaris; nobis tamen non lucet a Sole non tacta, vt aſtra cetera. Luna itaque connaturalem B
ſibi lucem habet, a qua proprium lumen effundit, ſine Solis auxilio; quamuis ad nos vſque non perueniat, niſi roboretur lumine Solis.

Vtrum Aſtrologi prædicentes agnoſcant in cælo ſigna ſolum, an etiam cauſſas euentuum ſublunarium. Cap. XXXVI.

VLTERIVS *&* *agentes in ſuperiore libro* C
de actionibus vitæ cæleſtium ſphærarum, haud recte conſtituiſſe videmur animalia cæleſtia nobis prænunciare futuros euentus in Mundo ſublunari, præmonſtrando cauſſas effectuum noſtratium; hac in re nanque reclamantem habemus Ficinum grauem Philoſophum, qui ſecus arbitratur nos in cæleſtibus intueri non poſſe cauſſas, ſed tantum ſigna futurorum euentuum ſublunarium; ut cuique ex eius dictis liquido cõſtat.

Digitized by Google

A ſtat. *Ceterum licet Ficinus apud me non mediocris autoritatis exiſtat, vbi tamen ingenue quid ego ſentiā de propoſita quæſtione mihi ſit afferēdum, ab huius Viri opinione diſcedere cogor: Quod enim primo loco a Ficino ſcribitur, animalia cæleſtia non alia ratione nobis futuros euentus in mundo ſublunari ſignificare, niſi quia inſcripta quum ſit ſeries futurarum rerum in animis cæleſtibus, eam nobis explicant ſtellarum, quaſi oculorum, nutibus; haud vna ratione ſuſpectum* Cap. 1. arg. in lib. 3. enn. 2. Plot.

B *eſt; primo etenim falſum eſt inſcriptam eſſe ſeriem futurarum rerum in animis cæleſtium ſphærarum, potiſſimum ex doctrina Peripatetica; ſiquidem in Peripato Mundus eſt æternus abſque fine durationis; quocirca res futuræ numero ſunt infinitæ; quum uero animæ cæleſtium ſphærarum limitatam habeant eſſentiam, finitamque naturam; non poſſunt profecto Mentes cæleſtes in ſe habere deſcriptam ſeriem futurarum rerum; quippe in Mente finita notiones infinitæ ſimul eſſe nequeunt.*

C *Deinde ſoli Deo, inter animas cæleſtes, nota ſunt futura; nec vlla Mens infra Deum, cuiuſmodi ſunt quæ uitam cæleſtium ſphærarum in eſſe conſtituunt, aliquid præſcire poteſt, niſi hoc ipſum ſibi a Deo ſummo reueletur, qui futurum illi proponat ſub ratione præſentis; qua de re ſupra, & paullo poſt.* Præterea ſi *inſcripta eſſet in cæleſtibus animis futurorū ſeries, quam nobis animæ illæ poſſent explicare ſtellarum nutibus, vel quouis alio modo; proculdubio vbi talem ſeriem nouiſſemus, certo futura prædiceremus, nec vnquam in prænotione,*

notione, ac prædictione rerum decipi poſſemus; quod A
tamen experimento non comprobatur; plerunque enim decipiuntur in prædictione, ac ſemper nutani in prænotione vel peritiſſimi Aſtrologorum. Quod ſecundo affertur ex Plotino, ſtellas nobis explicare, ac prænunciare multa, quorum non ſtellæ ipſæ, ſed nos cauſſa futuri ſumus, dogma eſt ſuperiore non minus ſuſpectum; ea enim, quorum non ſtellæ, ſed nos tantum cauſſa futuri ſumus nihil aliud ſunt, quam actiones, quæ dependẽt ex noſtra voluntate ſolummodo, ac ex libero arbitrio; B
ſed ſtellæ nullo pacto poſſunt ea, quæ pure prodeunt ex voluntate præſignificare; nanque voluntas hominis nec in eſſe dependet a corporibus cæleſtibus, aut ab Intelligentijs ſecundis vllo modo, nec in operari, quantum ſit ratione ſui; ſed eſt plenæ, ac ſummæ libertatis indifferenter ſe habentis ad oppoſita: Quo factum eſt vt nulla Intelligentia ſecunda poſſit certo cognoſcere ad quod oppoſitorum determinare ſe debeat humana voluntas; & hoc, quia omnis Intelligentia ſecunda limitatã obti- C
net naturam, finitamque poſſidet virtutem; Solus Deus Optimus, qui naturam, & vim habet immenſam, ſemper omnia noſcit, eſtque ſolus Cordium ſcrutator, ita vt ipſe optime ſciat quid electurus ſit homo, qui nec ipſe plerunque id noſcit: Quum ergo Intelligentiæ ſecundæ finitam naturam habentes nequeant illa præſcire, quæ ab hominum voluntate ſunt proditura; quæ illa eſſe dicuntur, quorum non ſtellæ, ſed nos cauſſa futuri ſumus; ideo falſo aſſeritur Intelligentias in Vita ce-

leſtium

A leſtium ſphararum, ſiue ſtellas (idem eſt enim ſtella vt ab Intelligentia viuificata, & Intelligentia vt orbi appropriata) nobis manifeſtare, ac explicare poſſe abſolute illa, quorum non ſtellæ, ſed nos cauſſa ſolum futuri ſumus: Bene verum eſt inter ea, quæ ab hominis volũtate pendent, aliqua eſſe, quæ non pure ab ea prodeunt, ſed quadã ratione pendent etiam a cauſſa poſita extra conditiones voluntatis; in his, quoniam cælum tanquã cauſſa remota concurrit ad productionem omnium ef-

B fectuum ſublunarium, gubernando ſaltem agentia ſubcæleſtia vbique in ſuis functionibus obeundis; vt monet quandoque Ariſtoteles; in his inquam, quorum et nos, et cæli etiam cauſſæ futuri ſunt, poſſunt ſtellæ tale ius habere, vt qua ex parte illorum cauſſæ ſunt, eatenus ea nobis præmonſtrare valeant, non tanquam pura ſigna (ſunt enim quodammodo illorum cauſſæ) uerum ſub ratione cauſſæ. Quod exinde proponitur, ſtellas, vbi contingat eſſe aliquorum ſigna, ſtatim non 1. meteor. ca

C eſſe eorundem cauſſas, confirmatum exemplo propitij nutus oculi paterni erga filium, qui nutus non eſt cauſa futuri beneficij, ſed ſignum ſolummodo; tolli poteſt primo enim, vel ex obſeruatione Themiſtij, exempla non habent vim probationis: Deinde vero licet nutus paterni oculi propitius in filium non ſit cauſa futuri beneficij, ſed ſignum; non eſt tamen pure, atque immediate ſignum futuri beneficij, ſed indicat propenſionem animi paterni, & amorẽ, qui eſt cauſſa futuri beneficij: At de ſtellarum nutibus alia eſt ratio, conſtellationes 1. de an. t. 24.

ete-

Digitized by Google

etenim benignæ ſunt cauſſæ proſperorum euentuum, remotæ quidem, vel etiam ſine quibus non; haud tamen pura ſigna: ſemper excipias euentus mere voluntarios, quorum ſtellæ neque cauſſæ ſunt, neque ſigna vllo modo. A

Quod uero ſub eiuſdem exempli vi deducitur, quãdo per Mercurium certo modo poſitum Aſtrologi natum ſapientem fore prædicunt, corpus ipſum Planetæ non eſſe cauſſam ſapientiæ; quia quod non facit animũ, neque ſapientiam animi propriam efficiat; neceſſitatem non habet; quoniam habitum ſapientiæ non induit animus niſi præceſſis multis functionibus animæ ſenſualis; quippe nihil eſt in Intellectu, quod prius non fuerit in ſẽſu: Immo quum animus ſibi acquirat habitus a rebus ipſis externis ope ſenſuum; nanque, vt notat Ariſtoteles aliquando, etſi cunctis animalibus indiderit Natura ſenſus ad ſalutem, & incolumitatem, ſiue vt præſentiendo cibum conſectetur, & quæ ſibi nocentia ſunt, euitent; homini tamen præſertim notæ melioris gratia tribuuntur, ad rerum ſcilicet agendarum, & intelligẽdarum prudentiam in Mente comparandam: Quum item animo corporis temperamentum ad operandum, & materia ipſa, pro ſui uaria diſpoſitione, impedimento, & adiumento eſſe valeat; vnde ſcite Ariſtoteles duriores carne ineptos eſſe Mẽte, molles autẽ bene aptos ad diſcendum eſſe obſeruat; quoniam carnis mollities cauſſa eſt, cur prompte, ac intime ſenſibilia ſui ſpecies in ſenſu, & inde in animo inſculpant; contra durities cauſſa eſt, cur ſimulacra ſenſibilium in ſenſuum organis B C

de ſenſ. & ſen. cap. 1.

2. de an. t. 94

haud

A *haud facile, ac exquiſite imprimantur: Quibus nominibus quum cælum ſit cauſſa remota omnium effectuũ, & actionum, quæ neceſſario præcedunt, quæue impedire, adiuuareque poſſunt actionem Intellectus ſapientiæ habitum induentis; iccirco Mercurius, quamuis animum, ſeu Mentem humanam non producat, ſapientiam tamen animi propriam aliqua ex parte poteſt efficere; atque ideo illam, qua ipſius cauſſa eſt, remota quidem, & ſine qua non, haudquaquam vt purum*

B *ſignum, præmonſtrare; prænotat enim corporis diſpoſitiones, quarum eſt cauſſa, & a quibus enaſcitur Mentis aptitudo, vel ineptitudo ad ſapientiam; prænotat item actiones omnes, quæcunque neceſſario præcedunt ad intellectionem, quarum item eſt cauſſa, non mere ſignum. Quod poſterius affertur, Mercurium certo modo poſitum, tanquam ſignum, portendere animum in corpus eo tempore deſcendentem familiarem eſſe Mercurialis animi, atque numinis; longe a veritate abeſt; ſup*

C *ponit enim animos noſtros, antequam corpori adiungerentur, præextitiſſe creatos in cælo, & inde poſtea deſcendiſſe in corpus, quod eſt in vtero conceptum; dogma inter Platonica theoremata falſiſſimum, vt abunde alias* de ort. an. hu.
oſtendimus, & Ficinus etiam obſeruat in libris de animorum immortalitate. Lib. 18. c. 18.
Quod mox adducitur, Mercurium item ſignificare animum naſcentis gubernari a Dæmone quodam Mercuriali, vel ſimili, dogma eſt pure voluntarium, nobiſque nihil officit; concedit quidem Deus Optimus cuique homini a ſui conſtitutione Ange-

GGGGG lum

lum cuſtodem; quo natus homo clam, & interne guber- A
netur, & de bono, & honeſto proſequendo; de malo, ac
turpi cuitando admoneatur, libera tamen ſemper illius
voluntate remanente; ſed rationi conſentaneum non eſt
Deum Optimum, qui a nullo in creatione animi depen-
det, in aſsignando illi Dæmone cuſtode a Planeta eo tem
pore dominante dependere; vt dominatori Angelum ſi-
milem, vel familiarem in naſcentis hominis cuſtodiam
demittat: Sed eſto quod Mercurio dominante, Dæmon
Mercurialis, hoc eſt, eiuſdem ordinis cum Mercurio, B
vel familiaris, ideſt, ordinis propinqui, deſcendat ad
naſcentis hominis cuſtodiam; non tamen fiet vt homo
ille propterea Sapiens, uel prudens futurus ſit; poteſt
enim cuſtos Angelus homini bonum, & rectum mon-
ſtrare; uoluntatem illius tamen ad ipſum proſequendũ
cogere non poteſt: Neque, quum inter Angelos cuſtodes
alij alijs prudentiores, & ſapientiores exiſtant, propte-
rea fit ut cui datus eſt Angelus ſapientior, ille protinus
homo prudens, ac ſapiens præ ceteris eſſe debeat; nam C
quum nullus a Deo nobis datus Angelus cuſtos malus
ſit, multi tamẽ homines improbi reperiuntur; & quum
infimus Angelorum ſit quouis prudentiſsimo, & ſa-
pientiſsimo uiro longe prudentior, & ſapientior; ſtulto-
rum tamen hominum, & ignauorum, quin & indoci-
lium maximus eſt numerus. Quod tandem ex Porphy-
rio affertur, unumquemque hominem facile cognitu-
rum quo Angelo cuſtodiatur, ſi nouerit aſtrum domi-
nans tempore ſuæ generationis; argumentum, & placi-

tum

A *tum eſt mere uoluntarium, ac nulla ratione uallatum;
haud enim ueriſimile eſt,ut diximus,Deum in aſſignan
do cuſtode homini naſcenti ueniam petere, ac dependere
ullo modo ab Intelligentia tunc temporis in cælo domi-
nante, vt verbis vtar Aſtrologorum: Nunquid autem
certo cognoſci valeat præcipuus dominator in figura,nec
ne, Deus ſcit. Quare ubi ſtellæ nobis aliqua præmon-
ſtrare dicuntur, illud certum eſt eas non prænunciare
nobis niſi euētus, quorū ipſæ futuræ ſunt aliqua ratione*
B *cauſſæ; & hos nō ſignificare uelut ipſorū pura ſigna,ſed
ueluti cauſſæ, quemadmodū in ſuperioribus dictum eſt.*

Intelligentiam ſecundam poſſe accidentibus ſubijci. Cap. XXXVII.

*AT vero & in eo deliquiſſe uidemur,quod
agentes de operationibus uitæ cæleſtium
ſphærarum conſtituimus Intelligentias
cælorum orbibus appropriatas, & aſſi-*
C *ſtentes,inter alia multa, cognoſcere pro-
priarum ſphærarum circulationes, inſuper & ſubluna-
rium rerum euentus, quorum & ipſæ quodammodo
cauſſæ dicuntur; atque poſt huiuſmodi ſpeculationem,
ſeu ex horum meditatione induere habitus notitiæ nam
quum iſti habitus notitiæ ſint accidentia, & accidētia
non coæua ipſis Intelligentijs, oporteret profecto Mentes
abſtractas eſſe in potentia ad huiuſmodi habitus; in po-
tentia inquam receptiua, quare in potentia paſſiua; re-
cipere nanque pati eſt; unde fieret tū ut intelligere Men*

tium abſtractarum eſſet quoddam pati, ac proinde non A
differret ab humana contẽplatione; tum ut Intelligentiæ non eſſent immateriales; quũ omnis potentia paſſiua ſit a materia, quæ primum ſubiectũ exiſtit, de quo ſcribit
4 phy. t. 5. c. *Ariſtoteles ad patiendum ſufficere unum; tum demum ut eædem Intelligentiæ uileſcerent, protendendo ſe ſe ad rerũ ſublunarium meditationem, & induendo habitus notitiæ illarum; quæ omnia ſunt abſurda. Ceterum, neque obiecta iſta nos turbare debent; quoniã ſingula ſolui poſſunt; & primum quia licet abſtractæ Mentes in-* B
duendo habitus notitiæ rerũ, quas contemplantur, recipere, patique dicantur; non tamen ideo fit ut earum intelligere ſit pati eiuſdem rationis cum noſtro; nam illæ patiuntur poſt meditationẽ induendo habitum notitiæ; nos uero patimur & ante ſpeculationẽ impulſi ab obiecto ad ſuimet intellectionem, & in ipſa contemplatione tum ſæpe recipiendo imagines obiectorum; tum ſemper ex præſenti ſpecie repreſentando nobis obiectum, & poſt intellectionem pariter induendo habitum notitiæ: Sed C
eſto in hoc non differre Intelligentiæ meditationem a noſtra; nunquid in aliis multis differre nequibit? differt enim quia illa non ſupponit cognitionem ſenſitiuam, ut noſtra; illa non eſt confuſa, ut plerunque noſtra; illa non eſt capax erroris, ac deceptionis, ut noſtra; illa non eſt ignorantiæ, ac mutationi obnoxia, ut noſtra; illa non eſt temporaria, ut noſtra; illa non eſt laborioſa, ut noſtra; illa non eſt intercepta, ut noſtra; ne plura referam diſcrimina; cum quibus abſurdum non eſt aliquã

adeſſe

A *adeſſe conuenientiam, vt ſcilicet vtraque meditatio ſit quodammodo pati, quemadmodum nuper obſeruauimus. Quod ſecundo affertur omnem potentiam paſſiuam eſſe a materia, & proinde Intelligentias, quæ ſunt immateriales, non eſſe in potentia paſſiua ad recipiendos habitus rerum, quas meditantur; ideo ſoluitur, quia duplex eſt potentia paſſiua, nimirum altera, ſecundum quam patiens afficitur paßione corruptiua; & hæc reuera pendet a materia, quæ radix*
B *eſt omnium imperfectionum, & cauſſa vt res, quibusque ineſt, eſſe, ac non eſſe poſſint; vt obſeruat quandoque Ariſtoteles; altera uero, ſecundum quam patiens afficitur paſſione perfectiua; & hæc non pendet a materia; & illa eſt, qua patitur Mens quælibet intelligendo; cuius illud eſt ſignum euidentiſſimum; quod nulla Mens, neque etiam noſtra, intelligendo vtitur organo materiali; quin potius in meditatione a materiæ commercio impeditur: Quo fit vt in potentia receptiua, & paßiua* 7. meta. t 53 12. meta. t. 30.
C *ſecundum paſſionem perfectiuam poſſint ea eſſe, quæ materiam non habent; ſic cælum immateriale quũ ſit, dicitur tamen in potentia receptiua motus, qui eſt paßio eius perfectiua; ſic Mens noſtra in potentia receptiua, & paßiua eſt tum corpori adiuncta ad ſpecies rerum intelligibilium, & ad habitus notitiæ; tum a corpore abiuncta ad eoſdem habitus, a quibus perfici apta eſt. Nihil ergo impedit quominus Intelligentiæ ſeparatæ infra Deum recipere poſſint habitus notitiæ, tanquam ſui perfectiones accidentales: Quod enim ex Ariſtotele*

affe-

Digitized by Google

afferebatur, materiam eſſe vnum quiddam ſufficiens ad patiendum; id pronunciatum fuit a Philoſopho de paßione corruptiua, & omnino de illa, quæ contingit in generatione rerum phyſicarum; in qua bene dicitur a duobus principijs contrarijs vnam materiam pati poſſe ſufficienter, adeo ut non opus ſit contrarijs ſubijcere duo principia paßiua ſed in obiectione gratis aſſumitur Ariſtotelis dogma ſimpliciter, tanquam pronunciatum de omni paſſione abſolute, quomodocũque, et vbicũque fiat. A

Quod tertio loco dicitur, Intelligentias non poſſe noſtratia conſiderare, quia vileſcerent; leue eſt; nam ſi Mens humana, quæ immortalis, & immaterialis eſt, non vileſcit ex meditatione rerum imperfectißimarũ, ſed perficitur: cur vileſcere debent abſtractæ Mentes noſtratia contemplando? vileſcerent fortaſſe, ſi ea intelligerent, vt noſter Intellectus in corpore clauſus, qui & indiget miniſterio ſenſuum, et rerum ſimulacra in ſe recipit: Addimus ex Ariſtotele in quauis re ineſſe imaginem Diuinæ bonitatis, quin etiam diuinum quiddã, cuius contemplatione par eſt omnem Intellectum perfici, nullum vileſcere: Immo et viliorum cognitionem ſpreuiſſe indignum eſt, ea potißimum ratione, quia nihil eſt vſquam tam abiectum, quod alicuius bonitatis, & pulchritudinis particeps non ſit: forma enim cuiuſque rei bonum quiddam eſt, pulchrum, & appetibile, vti monet Ariſtoteles: a: uero nullum eſt tam bonum, & pulchrum, quod ex acceſſu alterius boni, & pulchri, quantumuis leuis, non perficiatur, ſed vileſcat quemadmodum B

1. de part. c. 5. 1. phy. t. 81. C

loc. cit.

A *admodum obijcitur; homo nanque, ſiue humanus animus, qui ſubſtantia eſt, ex adeptione ſcientiarum, quæ ſunt qualitates, non vileſcit, ſed perficitur: ſcientia nanque Ariſtoteli dicitur eſſe Mentis actus, ſiue perfe-* 2.de an.t.2.
ctio: Ita ergo & Mentes abſtractas noſtratium cognitione non vileſcere, ſed perfici putandum eſt: quum nulla res ſit, in qua non mirandum aliquid inditum habeatur; quumque, Autore Ariſtotele, Natura parens, 1. de part.c.5.
& Autor omnium miras excitet voluptates Mentibus
B *in contemplatione rerum etiam imperfectioris conditionis: At hæc fuſe ſuperius.*

Intelligere ſecundarum Intelligentiarum non eſſe actionem immanentem ſed tranſeuntem. Cap. XXXVIII.

C AMPLIVS & *contra multorum opinionem abre conſtituiſſe videmur intelligere ſecundarum Intelligentiarum non eſſe actionem immanentem, ſed tranſeuntem; apud omnes enim actio tranſiens illa eſſe videtur, quæ ab agente prodiens recipitur in externam materiam; ſed Intelligentiarum omnium actio intelligendi talis eſt, vt non recipiatur in externam materiam, ſed maneat in ea Intelligentia, cuius eſt actio. Verum ſi rei naturam, & Ariſtote-* 3.æth.cap.7
lem conſulamus, aliter ſentiendum videbitur; quum enim quæuis actio fiat propter aliquem finem, & ad il-

lum habeat eſſentialem habitudinem; inde fit vt quemadmodum actionis eſſentia in vniuerſum a fine dependeat, ſic & actionis primæ differentiæ, quæ prædictæ ſunt, nimirum tranſiens, & immanens, & aliæ omnes eſſentiales, vbique deſumendæ ſint a fine cuius gratia quælibet actio fieri dicitur; quocirca illa operatio, quæ eſt gratia ſui; non propter finem externum, ſiue diuerſũ ab eſſentia, & natura operantis, vel operationis, ſola erit uere immanens; Quæcunque vero actiones fiunt non gratia ſui, ſed propter finem externum, ſiue diuerſũ ab ipſamet actione, atque a natura efficientis, illæ omnes erunt proprie trãſeuntes; trãſeunt enim ab agente in finem externum, ſiue diuerſum ab eſſentia operantis; tranſeunt item a ſeipſis in finem exteriorem, ſiue diuerſum a propria ſuiipſarum natura. Atque hoc illud eſt, quod aliquando notat Ariſtoteles, tum vbi ſcribit ex contemplatione ſola poſſe nos nihil præter ipſam adipiſci, vt quæ ſola ſit gratia ſui, quum ex alijs actionibus quibuſque, aut plus, aut minus, ſemper aliquid præter actionem nobis comparemus; ſignum certiſſimũ ſolam contemplationem inter alias functiones eſſe poſſe gratia ſui, ac vt dicimus, immanentẽ; licet non omnis contemplatio huiuſmodi ſit; nam aliquæ ſunt propter finem diuerſum a ſeipſis, vt artis theoria, quæ eſt gratia operis: tum clarius paullo poſt, vbi ait operationem cõtemplatiuam appetere præter ſeipſam finem nullum: tum denique vbi dicit, Neque eas meditationes ſolum eſſe actiuas, quæ ſunt gratia eorũ, quæ ex agẽdo proueniunt

A | B | C

10. ethic. c. 7. | 7. Polit. c. 3.

niunt

A niunt, ſed multo magis quæ in ſeipſis perfectæ ſunt, ac ſui ipſarum gratia fiunt contemplationes, & meditationes; bene agere enim finis eſt, quare & actio quædam; maxime aũt proprie dicimus agere etiam externis actionibus eos, qui intelligentia, & cogitatione operibus præſunt, ut Architecti: & paucis interiectis: Vix enim Deus bene ſe haberet, & Mundus totus, quibus non ſunt actiones externæ, præter proprias ipſorum. Quum itaque ab Ariſtotele actiones Dei, & Mundi totius, B dicantur eſſe non externæ, ſeu nõ tranſeuntes, haud alio nomine, niſi quia Deus, & Mundus totus, qui eſt animal Diuinũ conſtãs ex omni creatura, & Creatore illis aſſiſtente; niſi inquam eo quia Deus, & Mundus nihil agit propter finem externũ, ſed omnia gratia ſui; aperte conſtare iam poteſt ex Ariſt. actiones immanentes eſſe illas, quæ ſunt gratia ſui ipſius, non propter finem diuerſum aut ab actione ipſa, aut ab agentis natura; tranſeuntes vero illas, quæ fiunt gratia eorum, quæ ex agendo C proueniunt, & omnino propter finẽ externũ, ſiue diuerſum ab eſſentia tum actionis, tum etiam agentis; Quod & olfeciſſe video iuniorem Zimaram. Non eſt autem, quod uulgo dicitur, immanentis actionis ratio in eo ſolũ conſtituta, vt ſit operatio ab agente non prodiens in externã materiam, ſed permanens in ipſo agente: ſecus etenim motus, quicunque fiunt in brutis animalibus, & plantis, ab ipſiſmet animatis (quippe actiones ſunt cõpoſitorũ Ariſt.) non tranſeuntes in externam materiam, ut motus nutritionis, augumẽti, cognitiones ſenſuum, præ- 1. de an. t. c. 2. 1. de an t. 64. 2. de part. c. 1.

cipue interiorum, & eā maxime, qua ſentit animal ſe ſentire, atque animaduertit ſe operari, omnes eſſent operationes immanentes; permanent ſiquidem in operante, nec ullo modo tranſeunt in materiam extra ipſum poſitam; huiuſmodi quoque in brutis eſt motus localis; mouent nanque ipſa ſeipſa; ſed plantis, ac brutis animalibus ineſſe operationes immanentes, quis affirmabit? A

6.æthic. c. 4. 2.phy. t. 1. 3. Immo quū Natura ex Ariſt. decreto in hoc potiſſimū ab Arte diſſideat, quod Ars eſt principium operandi in alio; Natura ex aduerſo eſt principium agendi in eo ipſo, in quo eſt: ſi quidē actio immanēs ea omnis eſſet reuera, quæ non tranſit in externā materiam, quemadmodum dici conſueuit, nulla prorſus habita ratione finis; profecto actio Naturæ, ac præſertim motus animaliū a ſeipſis, non eſſet actio tranſiens, ſed immanēs; quod longe abeſt a veritate; quū vbique actio immanēs nobilior ſit tranſeunte; & multæ meditationes ſint non immanentes, vt B

7. Polit. c. 3. quæ in finē externum dirigūtur, Ariſtoteli; quibus tamē ignobiliores ſunt omnes inanimatorū, brutorumque animalium operationes. Amplius ſi actio immanens ea eſt omnis, quæ non tranſit ab agente in materiam ſubiecto diuerſam; proculdubio meditatio quæuis, & omnis contēplatio eſſet neceſſario immanens, nulla externa, vel trāſiens; oppoſitū tamen ſtatuit Ariſt. C

loc. cit. Eſt igitur actio immanens, quæ fit gratia ſui; tranſiens vero, quæcunque fit propter finē externum, ſeu diuerſum a natura tū actionis, tum etiam agētis; Quum itaq; ſolus Deus, & Mundus totus eas actiones habeant, quæ fiunt gratia ſui, nō

propter

A propter finẽ externum; nihil enim extra Deum, aut extra Mundum reperitur; neque ullo indiget Deus Optimus, cuius aſſequendi gratia quidquã moliatur; Quũque viciſſim ſecundæ Intelligentiæ, ac multo magis homines, & alia omnia efficientia, quicquid operantur, id omne agant propter finem externum ſeu diuerſum ab eſſentia operationis, & operantis; nẽpe vt Diuinã eſſentiam (quæ finis eſt omnium, vel Ariſtoteli) pro viribus æmulentur, & quam maxime poſſunt Deo ſummo ſimilia fiant contemplantur etenim ſecundæ Intelligentiæ omnes tum ſeipſas, tum alia cuncta extra ſe, mouent orbes ſuos; & omnino agunt id omne, quod moliuntur, huius finis gratia, primario quidẽ, vt Deo ſummo, quantũ poſſunt, ſimiles efficiantur; ſecundario aũt, vt producãt, conſeruent, atque gubernent omnia ſublunaria: Quare confiteri opus eſt cõtẽplationes ſecundarũ Intelligentiarũ, vt alias earundẽ actiones omnes, non immanẽtes, & gratia ſui, ſed eſſe tranſeuntes in finem externum, ſiue diuerſum ab earum natura. Quinimmo etſi demus, diſputandi gratia, trãſeuntes actiones illas tantummodo eſſe, quæ prodeunt ab agẽte in externam materiam; quũ Intelligentiæ ſecundæ, licet dum ſeipſas contemplantur, in ſeipſis manere videantur, dum tamen res extra ſe poſitas cõtẽplantur, id non præſtent niſi ſeſe protendendo ad exteriora, non autem recipiendo in ſe cognoſcẽdorum imagines; vt abunde patuit in ſuperioribus; plane quum meditatio tranſiens tunc ab Intelligentia ſpeculante feratur in obiectũm externum, & omnino terminetur in

2 de an. t. 54.

B

C

Digitized by Google

materiam poſitam extra naturam Intelligentis; confiteri neceſſe erit hoc ſaltem intelligere, quo Intelligentia ſpeculatur res extra ſeipſam poſitas, eſſe actionem non immanentem, ſed tranſeuntem in externam materiam: In materiam dico, quia intelligibilia licet dum ab homine meditantur, quoquopacto efficientis rationem ſubeant, excitando Intellectum humanum ad ſui ipſorum ſpeculationem, & ipſum perficiendo, ac ſuo modo per repræſentationem in ſui ſimilitudinem tranſmutando, illique ſui ſpeciem imprimendo; eadē nihilominus intelligibilia relata ad Mētes a materia ſeparatas, puræ materiæ, ac patientis rationē ſubeunt; quia nō induit Mēs abſtracta vllo modo ſpeciem rei, quam ſpeculatur, nec illam repræſentat, nec ab ea excitatur impelliturque ſopita, & ſegnis ad opus; ſed aſſidue contemplationibus inuigilās, ad rem ipſam intelligibilem protenſa, ipſi more ſuo copulatur ſine ſpeciei vllius interuentu, ipſamque nihil efficientem, & quieſcentem intuetur. Intelligere itaque ſecundarum Intelligentiarum eſt actio tranſiens alias in materiam externam, ſemper vero in finem exteriorem, nunquam proprie actio immanens.

Intellectionem ſecundarum Intelligētiarum differre valde ab Intelligere, quod eſt actio Dei ſummi. Cap. XXXIX.

VLterius & illud a ueritate abeſſe multi arbitrātur, quod a nobis conſtitutum eſt in ſecundis Intelligentijs id euenire, ut Intelligens, & Intelligibile, ſint unum,

A vnum, & idem penitus; nam hoc proprium eſt Primæ
Intelligentiæ, Dei ſcilicet Optimi Maximi; Alioquin
ſi in omnibus Intelligentijs à materia ſeiunctis abſo-
lute idem eſſet intelligens, & intelligibile; proculdubio
nihil eſſet, quo Dei Operatio differret ab actione ſecun-
darum Intelligentiarum; quod eſt abſurdum. Verum
& iſta obiectio tolli poteſt, quoniam etſi ſtatuamus In-
telligere Diuinum, & Angelicum in hoc vno conue-
nire, vt reipſa Intelligibile obtineant, quod idem ſit cum
B ſubſtantia intelligente; multa nihilominus adhuc rema-
nent, quibus Intellectio Dei longe differat ab intellecti-
one aliarum Mentium immaterialium: Differũt enim
primo, quia Intellectio Dei eſt actio immanens, gratiâ
ſui, non propter finem externam, nec vnquam tranſiens
in materiã extra ſeipſum poſitam, quũ omnia ſui eſſẽ- 1. de part. c. 5.
tia contineat, omnia ſuo numine repleat, immo ipſe om- 9. mor. nic. c. 4
nia ſit, vt ſcribit Ariſtoteles; Intellectio vero ſecundarũ
Intelligentiarum eſt actio tranſiens, non gratia ſui, ſed
C propter finem diuerſum a ſeipſa, & omnino gratia eorũ,
quæ ex agendo proueniunt; vt ſunt euentus Mundi
ſublunaris, quamuis iſte ſit finis ſecundarius; ac demũ
aliqua ratione tranſiens in externam materiam, vt
paullo antea obſeruauimus. Differunt præterea, quia
omnis, & quælibet Intellectio Diuina ſemper eſt eadem
cum eſſentia intelligente, & cum re intellecta; Deus
etenim Optimus maximus eſt id, quodcunque eſt, om- 9 mor nic. c. 4 de mund c. 7.
nia in ſe continet, omnia ſuo numine replet; vt nuper 1. de part. c. 5.
adnotauimus ex Ariſtotele; quare quocunque ſe ver-

tat

tat Deus, vel hæc noſtratia intelligens, nil niſi ſeipſum A
intuetur: Sed intellectio aliarum Mentium infra Deū licet, vbi ſeipſas contemplantur, habeat obiectum, quod eadem res eſt cum eſſentia intelligente; dum tamē aliena ſpeculantur, Intelligens diſtinctum quiddam reuera tunc eſt ab eo, quod intelligitur. Longe itaque differunt intelligere Primæ, & ſecundarum Intelligentiarū; licet in hoc vno conueniāt, vt actio intelligendi omniū Mentium à materia ſeparatarum, quæcunque ſint illæ, habeat obiectum, quod reipſa idem eſſe poteſt cum B
eſſentia intelligente, vt ſuprà latius demonſtratū fuit.

Cur Intelligentiæ ſecundæ Deum intuentes, in quo ſunt omnia, in eo ſimul omnia intelligere nequeant. Cap. XL.

S*ED & alia inſuper non leuis dubitatio exoritur ex ijs, quæ profeſſi ſumus in ſuperiore libro, dum conſtituimus Deum* C
optimum, ad aliarum omnium Intelligentiarum differentiam, vnica intellectione ſeipſum, & in ſeipſo ſimul omnia intueri; quū aliarum Mentium immaterialium vnaquæque non omnia poſſit vnica intuitu contemplari; quippe certum eſt quālibet e ſecundis Intelligentijs poſſe Dei eſſentiam contemplari; immo iugiter eā ſpeculari: ſi ergo in eſſentia Diuina omnia præſentia exiſtunt, quæcunque nobis præterita, præſentia, & futura ſunt, cur intelli-

gentes

A *gentes Deum aliæ Mentes nequeunt ipſæ in eodem ſi-
mul omnia perſpicere? Verum paucis: Intelligunt certe
Deum ſemper mentes omnes a materia ſeparatæ, atque
in eo ſimul intelligunt cuncta præſentia, præſentia inquã
non ipſi Deo, ſed nobis, & illiſmet Intelligentijs ſecun-
dis; non enim omnia conſimiliter Deo, & alijs Intelli-
gentijs, ac nobis præſentia ſunt; nã ut nobis, ita ſecundis
Intelligentijs entium alia præterita ſunt, alia præſentia,
& alia futura; Deo autem cuncta præſentia, ita ut om-*
B *nia quidẽ abſolute in Deo ſint; ſed quæ in Deo ſunt, hæc
omnia ſoli Deo præſentia ſunt; alijs vero Mentibus
partim præterita, partim præſentia, partim futura; &
huius ratio duplex eſſe poteſt: Prima eſt, quia ſolus De-
us eſt undique, ac ſimpliciter æternus; æternitas autem
eſt tota ſimul, veluti momentum indiuiſibile; quare in
æternitate omnia ſimul exiſtunt; ac proinde omnia præ-
ſentia: nihil prius, aut poſterius; ſeu nihil præteritum,
aut futurum: ſed ceteræ Mentes infra Deum, quum*
C *Deo ſummo coæternæ non ſint; ab eo etenim creatæ ali-
quando fuere; ideo non ſunt, ut Deus, in momento æter-
nitatis; quum autem extra æternitatem non ſint omnia
ſimul ſed entium alia prius, alia poſterius exiſtant: pro-
pterea ſecundis Intelligentijs non omnia præſentia ſunt;
ſed alia etiam præterita, & alia futura: Quare licet in
Deo ſint omnia Deo ipſi præſentia, non tamen eadem in
Deo præſentia ſunt omnia ceteris Intelligentijs; quum
hæ Deum nequeant intueri, quatenus eſt in momento
æternitatis: quod etenim intelligitur, illud omne per mo-*

dum

Digitized by Google

dum intelligentis intelligitur; & iccirco ſecundæ Intelligentiæ Deum intuentes pro modo naturæ ipſarum vniuſcuiuſque, in eo ſolum intueri poſſunt, quæ ſibiipſis præſentia ſunt; namque Intellectio eſt vnio virtutis intelligentis cum obiecto intelligibili; vnio vero fieri nequit, niſi rerum ſibi inuicem præſentium. Altera vera ratio eſt, quia Dei natura immenſa exiſtit, ac infinita; & propterea in Deo vniuerſa præſentia ſunt. Deo ipſi cæteris vero mentibus infra Deum contigit eſſentia finita, & limitata; quo factum eſt, tum vt B *ipſis non ſint omnia præſentia; tum vt ipſæmet nequeant exacte, & vndique Diuinam eſſentiam comprehendere; quoniam infinitum a finito comprehendi non poteſt; ſed Intelligentiæ ſecundæ in Deo ſummo, qui perfectionis eſt infinitæ, ſemper nouum perfectionis gradum agnoſcunt, quum noui gradus alij ſemper in eo ab*
3.phy.t.63. *ipſis dignoſcendi ſuperſint; ſiquidem infinitum Ariſtoteli eſt illud, cuius ſecundum quantitatem accipientibus ſemper aliquid accipere eſt extra: quum autem Intelligentiæ inferiores ex tali Diuinæ perfectionis meditatione beatæ fiant; proinde aſſidue Deum contẽplantur; & quo magis eius perfectionem agnoſcunt, eo magis ad ipſius contemplationem incitantur, qua ſemper aliquid Diuinæ perfectionis de nouo ſe poſſe cognoſcere ſperant, a quo magis beatificari iudicant: Quum itaque intelligãt ſecundæ Mentes Deum Optimum non perfecte, ſeu nõ exacte, ſed imperfecte, ac diminute, pro modo, & capacitate naturæ intelligentis; propterea euenit vt intelligẽdo*

Digitized by Google

A ligẽdo Deũ ſecundæ Mentes non poſſint omnia percipere;
quæcũq; in Diuina eſſentia continẽtur; ſed in Deo intelli
gant ſolũ ea, quæ ſibi ipſis præſentia conſpiciunt; & hoc
ex natura ſecundarũ Intelligentiarũ; nã ſuperiori vir-
tute poteſt Deus Optimus illis reuelare futura, faciendo
ſcilicet, ac proponendo illis futura ſub ratione præſentiũ;
idẽ eſto iudiciũ de præteritis, & de præſentibus, quæ la-
tent ſecundas Intelligẽtias; vti ſunt cogitationes hominũ;
ſolus etenim Deus eſt Cordiũ ſcrutator, hæc tamẽ Deus
B Angelis, vti etiã hominibus, proponere poteſt ſub ratione
præſentium, & manifeſtorũ; ita nãque Vates, Prophæ-
tæ, Sybillæ, ac Sancti viri futura prænũciant, & homi-
nũ cogitationes manifeſtãt: ceterũ iſta ſicut eminentiora
ſunt, quã quæ ad Phyſiologiam pertinere valeãt; ita præ
ſentis non eſt negocij ea exactius contemplari. Quia ergo
cuncta in Deo præſentia ſunt ipſimet Deo, non ſimiliter
alijs Intelligentijs; propterea intuendo Deũ ceteræ Men-
tes in eo non omnia penitus, ſed ſolum quæ ſibimetipſis
C intelligentibus præſentia ſunt, percipere poſſunt.

Vtrum Intelligentiæ ſibi inuicem ſignificent ea, quæ ipſarum vnaquæque cognouit. Cap. XLI.

AMPLIVS & in eo multum defeciſſe videmur, quod agentes de actionibus incorporeis uitæ cæleſtis, ne verbum quidem de eo, quod eſt vnam Intelligẽtiam ſignificare alteri ſuos habitus quomodo enim beatam vitam viuent animalia cæleſtia, ſi adin-

uicem ſuos habitus non communicent? At vero & hoc A
dubium tolli poteſt eo conſiderato, vnde ſit vt quædam animalia ſibi inuicem ſuos cõceptus ſignificẽt: Homines quidem hoc habent a natura, vt inuicem Mentis ſuæ cogitationes, & conceptus ſignificarent, non niſi quia quum materiali corpore conſtituantur, materia impedimẽto eſt, quominus alter alterius cogitationes intueatur; vnde vnuſquiſque ſuas ſocio verbis, & alia quapiam ratione ſignificare cogitur, ſi vitam ſociabilem viuere voluerit: At longe alia ratio eſt de Mentibus a B
materia ſeparatis, deque cæleſtibus animalibus; Intelligentiæ nanque dum ſeipſas contemplantur adinuicem,
7. meta. t 35. *quia materiam non habent, quæ radix eſt occultationis, & ignorantiæ; ideo vnaquæque alterius & eſſentiam intelligit, & illius eſſentiæ habitus omnes intuetur; & eo magis, quo in Mentibus a materia ſeparatis habitus inſculpti ſunt diſtincti, & dilucidi; quamobrem non indiget ulla Intelligentia ut altera ſibi proprios conceptus, habituſque ſignificet; quum vnaquæque ex ſe ipſa illos* C
dilucide, ac diſtincte in ſocia videat, percipiatque; Quare quo minus aliorum indiget vita cæleſtis, eo noſtrati eſt longe beatior. Et quidem vna materia cauſſa eſt, ob quam ſit ut animalia ſibi inuicem proprios conceptus ſignificare cogantur, ſi commercium inter ſe habere uoluerint, non ſolum ex parte illius, quod proprios cõceptus ſignificat; ſed etiam eius, cui alieni conceptus ſignificantur: Quo factum eſt tum ut ſecundæ Intelligentiæ, quæ a materia liberæ ſunt, mutum cum hominibus

conſor-

A conſortium habere nequeāt omnino,ſicut inter ſe;at opus eſt tum hominem voce, aut quouis alio modo Mentis ſuæ conceptus explicare,ſi ab Intelligentijs ſecundis uult cogitationes proprias certo intelligi; tum etiam Mentes abſtractas homini ſuos habitus mediante aliquo inſtrumento ſignificare, ſi ab eo intelligi voluerint: Quocirca vidimus & quotidie homines ad beatas Mentes vocalem orationem offerre; mentalem uero, ac mutam ſoli Deo, qui vbique præſens corda, & renes vnus intuetur;
B & non raro Mentes ex ſe a materia liberas aereum, & materiale corpus aſſumere ad hoc, ut nos alloquantur, nobiſque ſuos conceptus aperiant; ſed & in vita cæleſti, ſi quid nobis indicant Mentes abſtractæ, id nobis patefaciunt nutibus ſtellarum, quaſi oculorum, ut antea diximus; quanquā hoc nō ſit reuera Intelligentiā nobis quidquā ſignificare, quia ipſæ futura ex ſe nō intuētur; ſed potius noſtra coniectura, & ratiocinatio a cauſſa remota ad effectū procedēs id nobis aperit, nihil huic ra-
C tiocinio, aut nobis ſignificante Intelligentia cæleſti; perinde enim eſt ac in rebus inanimatis, & cognitionem non habentibus, dum illis nihil nobis ſignificantibus, nos tamen ex cauſſa remota coniectamur effectum futurum, & multoties uerum prædicimus, ut ex pluuia copioſa nimis peſtilentiam, aut morbos alios; ex ſiccitate nimia caritatem annonæ, atque alia huiuſmodi. Neque obeſt quod aliquis inquiat Intelligentias ſecundas cum nobis habere poſſe mutum commercium, quia gubernator Dæmon, quem cuſtodem Angelum uocant noſtri Theologi,

quem nos nunquam uidemus, aſſidue clandeſtinis inſpirationibus aperit nobis Dei Optimi uoluntatem, ac ſui deſiderium noſtræ beatitudinis; & monſtrat ea, quæ agere debeamus, & a quibus abſtinere; nanque fateor Intelligentiam hominis cuſtodem illi ſignificare Dei uoluntatem, & propriam; deſiderareque ut ipſe hæc bona peragat, & illa mala fugiat: & quamuis Intelligentia dū hæc ſignificat, ipſa a nobis non uideatur, neque aſſumat ſibi corpus, in quo nos alloquatur; tamen applicat ſe ſe quodāmodo ad materiam, nobis ob oculos ponendo, quæ ſequi debeamus; aut etiā uarie mouēdo ſimulacra materialia, quæ habemus in phantaſia, & componendo imagines, quæ nobis repræſentare ualeant id, quod Intelligentia cupit; quemadmodū in ſomnis contingere ſolet; licet in ſomnis fiat uehementior motus circa phantaſmata, in Diuina uero inſpiratione ſuauior, ac fere latens; ſignum autem huius eſt, quia talis inſpiratio tum ſæpenumero fit per viſiones nocturnas in ſomnijs Angelo admonente nos de peragendis, vti quando admonuit Magos ne redirent ad Herodem, & Diuum Ioſeph ut Puerum, & Matrem tolleret, ac in Aegyptum fugeret; tum ſemper fit de rebus ſingularibus, quorum imagines in phantaſia ſeruantur cum appēdicibus materiæ: ſed hæc altioris forte ſunt ſpeculationis. Quū itaq; in Vita cæleſti ſeparatæ Mentes opus non habeant ſibi inuicem mutuo proprios affectus, & habitus ſignificare; & ubi eos nobis aliqua ratione ſignificāt, id non efficiāt in Vita cæleſti, ſeu quatenus aſſiſtunt orbibus cæli; ſed

aut

A *aut quatenus aſſumpto ſibi aereo, uel quouis alio corpore, conſtituunt quiddam viuens æquiuoce; aut quatenus nobis cuſtodiendis inuigilant nulli corpori addictæ, nullumque viuens in eſſe conſtituẽtes; propterea conſulto, & merito in Vita cæleſti agentes de actionibus Intelligentiarum orbibus cæli aſsiſtentium, nõ meminimus eius, quod eſt Significare alijs proprios conceptus, proprioſque habitus; non eſt enim reuera hæc numeranda inter actiones Vitæ cæleſtis.*

B

Quomodo Deo ſummo aliud alio valeat eſſe propinquius, aut remotius. Cap. XLII.

PRÆTEREA *multum a ſcopo aberraſſe nos quiſpiam exiſtimabit, dum aſſerere nõ dubitauimus cæleſtium ſphærarum, & Intelligentiarum illis aſsiſtentium eam eſſe ceteris proportionabiliter digni-*

C *orem, & perfectiorem, quæ ſita eſt in loco ſublimiori, eo quia Deo ſummo propinquior exiſtat; nam Deus optimus quum vbique ſit, & eius eſſentia immenſa ſingulas Mundi partes quoquouerſum permeet, non poteſt plane fieri vt Deo ſummo aliud alio ſit propinquius, aut remotius vllo modo. Ceterum etiamſi Deus optimus nullibi non ſit, ſed præſens eſſentialiter aſſiſtat omnibus Mundi partibus, quæcunque illæ ſint, et vbicunq; collocatæ; atque propterea omnia ſigillatim Deo ſint æque propinqua, nõ ab re tamen quaſi propria, ceterarũ-*

que

Digitized by Google

de mund. c. 7. 8. phy. t. 84. 1. cæl. t. 100. *quę digniſſima ſedes ab Ariſtotele Deo ſummo attribuitur Thronus ſupra cælorum orbes, tanquam locus in hac Mundana fabrica non reperiatur idoneus ad tantam Maieſtatem continendam, ſeu definiendam; atque vt indicaret Dei naturam immenſam, nulli corpori appropriatam, nulliuſque loci indigam, nullo corpore, aut loco terminari, neque coerceri poſſe; Quo ſenſu quanto quid excelſius ſitum eſt, tanto id Primo Enti, ac Deo ſummo propinquius eſſe dicitur. Sed aliter etiam, Dum dicimus cum Ariſtotele, quo quid excelſiore loco ſitum eſt, id eſſe Deo propinquius, hoc in eo ſenſu accipiendum non eſt, ut id eſſe dicatur Deo propinquius ſecundum viciniam loci; ſed ſecundum viciniã naturæ, ac ſimilitudinem eſſentiæ; quum enim Dei sũmi natura, & eſſentia ſit forma, & actus perfectiſſimus; quumque inter naturalia corpora, quæ ſuperiore loco ſita ſunt, ſe habeant ad inferiora, tanquam formæ ad materiam, & omnino magis participent de natura formæ; ac proinde magis ſimiles ſint Diuinæ naturæ, immo etiam magis participent de Diuina eſſentia; eſt enim forma, vt inquit Ariſtoteles, appetibile quiddam, bonum, atque Diuinum; quum inquam ſuperiora corpora ſe habeant ad inferiora, tanquam formæ ad materiam; ita enim apertiſſime ſcribit Ariſtoteles Ignem inter elementa cetera eſſe maxime formam, quia locus, in quem ſuapte natura fertur, excelſa magis pars eſt Mundi ſublunaris: Et huius plane ratio eſt, quia ſuperiora vbique agunt in inferiora, ipſaque gubernant,* A

(margin: de Mund. c. 7., beside "ter etiam, Dum dicimus"; B) (margin: C, beside "formæ; ac proinde") (margin: 1. phy. t. 81., beside "enim forma") (margin: 2. de gen. t. 50., 4. cæl. t. 35., beside "inter elementa")

con-

Digitized by Google

A *continent, ac moderantur; quum ergo continere, guber-
nare, moderari, & agere, ſint officia formæ, & actus;
propterea dicendum eſt ea, quæ ſita ſunt in loco ſubli-
miori, magis participare de natura formæ, & actus;
atque hac ratione Deo eſſe propinquiora, hoc eſt, magis
ſimilia in eſſentia; & iccirco perfectiora, magiſque di-
gna; quum ſit Deus ſumma perfectio. Ita ergo non
inconuenit aliquid altero eſſe Deo ipſi propinquius, &
ab eodem remotius.*

B

Mundum obtinere proprie animam, qua viuat non minus quam ſtirpes, & animalia ſubcæleſtia. Cap. XLIII.

AMPLIVS *& aſſerentes in ſuperiori-
bus Mundum vniuerſum proprie ob-
tinere animam, qua vitam viuat ani-
malis, reclamantem habere videmur*
C *Ariſtotelem alicubi aperte damnantē* 14. meta. c. 6
*opinionem illorum, qui ſimilia faciunt principia vni-
uerſi principio animalium, & plantarum; quum ita-
que anima, eodem autore, ſit principium, quo viuunt* 2. de an. t. 16. & 24.
*animalia, & plantæ, liquido iam conſtat Peripatetico
Mundum nulla eſſe anima præditum: Ceterum in pri-
mis parui admodum momenti eſt, quod nunc obijcitur;
loco enim allegato Ariſtoteles non ex profeſſo affert dog-* 14. meta. t. 6.
*ma vllum, cui debeamus aſſentiri, tum quia non docet,
ſed dialectice diſputat contra veteres; tum etiam quia*

Digitized by Google

non determinat quidquam, ſed proponit dubitationem, A
quam poſtea ſoluit inquiens Et in cælo, & in uiuētibus noſtratibus principia eſſe perfecta. Deinde vero qui Philoſophi mentem intimius introſpexerit, longe aliter de verbis Ariſtotelis opinandum iudicabit, quam quod nobis obijcitur; dum enim comparat Ariſtoteles princicipia vniuerſi cum principio plantarum, & animaliū
5.meta.t.1. *ſubcæleſtium, nomine Principij (quod ſuperius adnotauit Ariſtoteles multiplicem obtinere ſignificationem) non quidem intelligit (ut rentur Aduerſarij) principium* B
ſecundum formam, quod in omnibus viuentibus eſt
1.meta.c.2. *anima; ita enim apertiſſime contradiceret ijs, quæ antea profeſſus fuerat laudans inter veteres illum Philoſophum, qui vt in animalibus, ita dixit in tota Natura Intellectum ineſſe cauſſam Mundi, & ordinis totius: ſed proponens loco allegato dubitationem, nomine principij ſignificat principium materiale, ſecundum quod Mundus totus, ſiue vniuerſum differre dicitur a viuentibus hiſce noſtratibus; nāque viuentia hæc apud* C
nos oriūtur ex indeterminatis, & imperfectis; quū cæli, ſiue vniuerſi materia nunquam fuerit imperfecta, & indeterminata, ſed sēper abſoluta, & ſemper completa: Hæc autem prolata ſunt Ariſtoteli aduerſus Platonem, Anaxagoram, & alios veteres Philoſophos, qui exiſtimabāt vniuerſum genitum fuiſſe, proinde ac noſtratia cuncta, ex elementis materialibus indeterminatis, & imperfectis, inuicemque præter ordinem confuſis; ſcribit nanque Plato in Timæo, ſummum

Deum

A *Deum in conſtitutione Mundi accepiſſe vniuerſum non tranquillum, & quietum, ſed temere agitatum, & fluitans; idque ex inordinata iactatione redegiſſe in ordinē: ſic & Anaxagoras exiſtimauit ante Mundi originem extitiſſe Chaos, in quo cuncta inordinate commiſta, & confuſa laterent, quæ Deus diſtinguens Mundum produxerit: Deinceps autem dubitationem ſoluens Ariſtoteles per vocem Principij ſignificat efficientem cauſſam; penes quam conuenire dicitur Ariſtoteli Mundus cum*

B *viuentibus apud nos; nam in vtroque viuentium genere, cæleſtium ſcilicet, ac ſublunarium, cauſa efficiens conſimiliter determinata eſt, atque perfecta, & actu; quemadmodum enim homo ab homine perfecto generatur (ſemen ſiquidem non eſt agens præcipuum, immo neque vere agens, vt alibi fuſius oſtendimus) & equus ab equo abſoluto, uitiſque a uite perfecta; ſic plane Mundus totus a Deo ſummo, qui perfectiſſimus eſt, pendet, ac fit, ſeu factus eſt Ariſtoteli quidem ab æterno; Theo-* de ort. an. hu.

C *logis autem certo, ac definito temporis initio: Quod uero de Mundi origine ab æterno ex Ariſtotele dicimus, illud ipſum eſt fere, quod Platonis dogma contendunt Crantor, Plotinus, Porphyrius, Iamblicus, Proculus, & plerique alij Doctiſſimi uiri; ut admonet Ficinus in Timæum; Mundum ſcilicet ſemper a Deo fieri, ac fluere, non ſecus atque lumen ſemper a Sole dicitur effluere: ſeu potius, quod Theologi nonnulli Clariſſimi diſputant, Mundum (etſi reuera in tempore factum) potuiſſe tamen a Deo condi ab æterno. Ponentibus itaque Mun-* Cap. 15.

dum, quod uniuerſum appellamus, proprie obtinere ani A
mam, qua uiuat non minus quam ſtirpes, & animalia
ſublunaria, nequicquam refragatur Ariſtoteles; immò
ſuffragatur apertiſſime loco ab Aduerſarijs allegato.

Deum Optimum eſſe animam totius Mundi, ſeu formam aſsiſtentem ſingulis Mundi partibus. Cap. XLIV.

EI uero, quod aſſeruimus Deum Optimũ B
eſſe animam uniuerſi, ſeu formam im-
mediate aſsiſtentem ſingulis Mundi
particulis; reclamantem habemus ui-
rum Clariſsimum, qui oppoſitam opi-
nionem adſtruere conatus, dicere non dubitauit: Ari-
ſtotelem quidem concedere quandam formam omnium
primam; quæ ſit forma formarum, per quam ſint, &
conſeruentur omnia; ſed negare illius eſſentiam unam,
& indiuiduam a multis participari, fuſamque eſſe per C
omnia; ut qui exiſtimet Deum eſſe ubique, non imme-
diate, ſed per miniſtros; non ſubſtantialiter, ſed poteſta-
tiue: Alioquin tum elemento cuique non ineſſet pro-
prius locus, diſtincta motio, propriaque forma, tum quo-
que elementa eſſent animata, & intelligerent, ſentirent-
que, ac nutrirentur; quoniam Ariſtoteli ubi adeſt In-
tellectus, ibi neceſſario adſunt quoque ceteri gradus ani-
marum inferiorum, ut quæ deſeruiant Intellectui, tan-
quam diſpoſitiones præuiæ, ſine quibus ipſe idem cor-

pori

A pori non adiungitur: tum tertio nihil in Mundo eſſet, quo una eius pars ab altera diſtingui poſſet; ſiquidem omnis diſtinctio eſt a diuerſitate formarum; Mundo autem, eiuſque particulis omnibus ſigillatim una communis forma tribuitur: tum demum ſi Deus ubique præſens adeſt, cur hominem nunquam genuit ſine ſemine? at omnia iſta ſatis abſurda eſſe videntur. Hæc vir Doctiſſimus: qui ſane dum ſcribit Ariſtotelem exiſtimaſſe Deum immediate ſui eſſentiam non cõmunicare B Entibus uniuerſis ſed ea cuncta regere, gubernareque per miniſtros, oblitus eorum eſſe uidetur, quæ ſcriptis mandauit aliquando Ariſtoteles tum laudans Heraclytum aſſerentem Deum immortalem ubique præſentem eſſe; tum ex propria ſententia dicens Deum Optimum ſui numen omnibus Mundi partibus communicare, & quoquouerſum permeare; eſſe Mundi partem præcipuam; eſſe id quodcunque eſt, eſſe in uniuerſo, & uiciſſim cuncta in illo; omnia impelli ad bonũ ab inexi- C ſtente in eis numine; Deum totum hoc uniuerſum continere; & ſimilia quamplurima; quæ certe uera non eſſet, niſi ad aures Ariſtotelis Deus eſſet forma toti Mundo, et ſingulis eius partibus aſſiſtẽs; forma etenim eſt quidditas eius, cuius dicitur eſſe forma, ſiue ipſum quod quid erat eſſe rei; ſed ipſum quod quid eſt re idem eſt cum eo, cuius dicitur eſſe quod quid eſt: Deus ergo quia forma eſt omnium quæcunque ſunt, dicitur eſſe id, quodcunque eſt, & Mundi pars præcipua ab Ariſtotele: Sed forma omnis completa toti ſuæ materiæ propriam eſſentiam im

1. de part. c. 5.
de mund. c. 6. & 7.
9. mor. nic. c 4. 7 mor. eud. c. 18.
7 Polit c. 4.
2 phy. t. 28.

Digitized by Google

partitur, ſinguliſque particulis illius; quod inductione A
manifeſtum fieri poteſt in omnibus; In corporibus enim anima carentibus forma ſui eſſentiam diſperſam habet in qualibet parte compoſiti: ſic anima uegetalis eſſentiã ſuam coextenſam obtinet corpori ſubiecto; ita ſentiens anima eſſentialiter reperitur in qualibet particula ſubiecti corporis; pari pacto anima humana ſui eſſentia perficit ſingulas corporis noſtri particulas; ut fuſe alias
de om. an hu *oſtendimus; ita demum quæuis Intelligentia motrix aſ-*
ſiſtit unicuique particulæ proprij orbis tota præſens toti B
ſphæræ, totaque ſingulis ſphæræ partibus aſsiſtens conſimiliter; Quapropter idem aſſerendum eſt de ſummo Deo; immenſam ſcilicet eius eſſentiam, quum impartibilis ſit, ita toti Mundo, & partibus Mundi ſingulis aſſiſtere, ut per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, totus adſit toti Mundo, & totus unicuique Mundi particulæ, ſecundum Ariſtotelis doctrinã. Præterea quoad reliqua, uir Doctiſſimus animaduertere debuit ea non
eſſe impoſsibilia, & abſurda in Mundo magno, quæ cõ- C
ſentanea, & poſsibilia ſunt Microcoſmo; apertum nanque eſt in uno homine, cuius anima diffuſa eſt in omnes partes ſubiecti corporis una numero exiſtens, tum ſingulis particulis ineſſe proprium locum, & diſtinctam motionem; ſiquidem muſculorũ, exempli gratia, alij ſunt in capite, alij in collo, alij in brachijs, alij in thorace, alij in imo uentre, alij in cruribus, & alij alibi; rurſus alij ſurſum mouentur, trahuntque ſecum eodem motu membra ſibi adnexa, alij deorſum, alij ad latera, licet in eo

differant

A *differant partes humani corporis ab elementis, quæ dicuntur partes Vniuerſi; quia elementa, præter communem illam formam toti Mundo aſſiſtentē, in cuius participatione abſolute conueniunt, habent etiam propriam quæque formam informantem, qua differunt ab inuicē; ſed partes hominis vltra formam communem ceteris partibus, nullam habent aliam, qua inuicem diſtinguantur, diſtinguuntur autem ipſa materia, vt oſtēdimus in ſuperioribus: ſiue potius quoniam ſunt inſtru-*
B *menta illius formæ communis; & inſtrumenta vbique determinantur actione, ac fine, in quem ſunt a Natura ordinata; ideo partes in homine ab inuicem diſtinguuntur proprijs cuiuſque functionibus, & fine, qui eis eſt veluti forma peculiaris; habent enim ſingulæ partes in homine proprium ſibi finem, propriamque operationē; quibus tanquam formis peculiaribus diſtinguuntur ab inuicem; oculus nanque differt ab alijs quibuſque partibus merito viſionis, quæ illi eſt veluti forma propria;*
C *quemadmodum obſeruat etiam quandoque Ariſtoteles; auris autem ab alijs partibus diſtinguitur beneficio auditus; & ſic de ſingulis eſt aſſerendum. Apertum eſt item in homine non omnes partes eſſe animatas; humores enim, qui (vt ſupra non ſemel obſeruatum fuit ex Ficino ad Mentem Platonis) æmula ſibi habent elementa Mundi, in homine non ſunt animati, neque intelligunt, neque ſentiunt, neque nutriuntur: immo nec oſſa, quæ reuera nutriuntur, ſentiunt propterea, vel intelligunt; & quamuis homo ipſe intelligat, nulla tamen in* 2. de an. 19.

eo aſsignari poteſt corporea pars, quæ hoc habeat priuile- A
3. de an. t. 92. gium, vt intelligat; nam vti admonet alicubi Philoſophus, difficile eſt velfingere quam partem corporis, aut quomodo eam contineat Intellectus: His ergo ita ſe habentibus in homine, cuius anima vna exiſtens eſſentialiter diffuſa eſt in ſingulas eius partes, inconueniens eſſe non debet conſimilia proportionabiliter contingere in Vniuerſo, ad cuius ſimilitudinem a Natura homo conditus eſſe videtur: Ita igitur in toto Mundo, etſi Deus optimus anima ſit Vniuerſi, & vbique adſit præſens B
per eſſentiam immediate, haud eſt abſurdum, ſed rationi quammaxime conſentaneum tum elemento cuique ineſſe proprium locum, diſtinctam motionem, propriamque formam particularem, tum elementa non eſſe animata, neque intelligere (etiamſi Mundus, cuius exiſtunt partes, reuera ſit animal intelligens, cōſtituaturq; in eſſe viuentium per animam intelligentem in omnes eius particulas diffuſam) neque nutriri; ſunt autem Ariſtoteli gradus animæ alentis, ac ſentientis, tanquam C
diſpoſitiones ad Intellectum, qui eſt forma informans, qualis eſt Intellectus humanus; non ad omnem Intellectum ſimpliciter, vt ſupponit oppoſitio viri doctiſſimi; non enim ad Intellectus aſſiſtentes, qui ſunt a materia ſeparati ſecus enim cælum, quod habet Intellectum abſtractum, tanquam formam ſibi aſſiſtentem, vti dicitur eſſe Deus toti Mundo, cælum inquam ſentiret
de plant. c. 1. quoque, ac nutriretur; id quod falſum eſt penitus vel
de cæl. 3 aſſim. Ariſtotele ſæpius demonſtrante; quāquā Plinius, neſcio

quo

A quo ſpiritu ductus, ſidera humore terreno paſci affirmare non dubitauerit aduerſus ea, quæ in Heraclytũ huius opinionis aſſertorem aliquando protulit Ariſtoteles: Immo etiamſi quiuis Intellectus in ſubiecto tanquam diſpoſitiones requireret animam alentem, & ſenſitricem; haud tamen protinus omnes partes in eo corpore abſolute ali, & ſentire opus eſſet; nam in humano corpore, in quo Mens præſupponit animam vegetalem, ac ſenſitiuam, veluti præuias diſpoſitiones ſubie- lib. 2 cap 9. 2. meteor c. 2.

B cti, oſſa non ſentiunt, nec humores item ſentiunt, aut nutriuntur, qui bellè Mundi elementa æmulantur: Non ergo, Deo tanquam anima vniuerſi aſſiſtente toti Mundo, & ſingulis Mundi partibus, propterea ſit vt elementa, quæ ſunt partes vniuerſi, debeant intelligere, ſentire, aut nutriri, vt obijcit vir doctiſſimus. Neque itẽ abſurdũ eſt ei, qui ponit Deum optimum eſſe animã vniuerſi, partes Mundi abinuicem differre, vt nuper adnotauimus, beneficio formarum informantium, qui-

C bus ſingulæ ſeorſum potiũtur, præter illam communem, quam diximus aſſiſtere toti Mundo, & ſingulis Mundi particulis; quum & partes hominis abinuicem differant merito actionum, quas diuerſas obeunt, quibusque ſigillatim veluti formis peculiaribus determinantur, vltra illam communem formam, quæ totum hominem conſtituit, & ſingulas hominis particulas perficere dicitur. Neque demum illud bene obijciebatur, ſi Deus vbique præſens adeſſet, fore vt generaret hominem ſine ſemine; in primis enim hoc aliquando factum

a Deo

a Deo admonent ſacræ paginæ, quarum teſtimonio A
Deus primos omnium hominum Adam, & Euam genuit abſque ſemine vllo: neque ſolum homines, verũ etiam prima omnium ſpecierum iudiuidua, & Mundum totũ ex nihilo creauit ab initio. Deinde uero in proceſſu quoniam Deus, qui vbique præſens adeſt, etſi agens exiſtat ſupranaturale, phyſice tamen operatur, vt
4. phys. t. 73. *colligere licet ex Ariſtotele; propterea fit vt aſsidue Deus non generet hominem ſine ſemine; Deus enim phyſice agens in condendis effectibus hiſce noſtratibus vti* B
conſueuit miniſterio, & famulatu cauſſarum ſecundarum, inter quas in conſtitutione hominis ſemen eſt præcipua quædam, & immediata: id tamen haud tollit quominus etiã poſt Mundi geneſim Deus hominem generare valeat abſque ſemine; ita nanque olim abſq; vllo ſeminis interuentu ex puriſſimo virginis immaculatæ ſanguine Deus verum genuit hominem, qui nobis datus eſt Saluator Mundi Deus homo factus. Sed hæc Theologis relinquamus. Deinceps & illud certũ C
eſt Deum in generatione cuiuslibet hominis quoquopacto ſic operari, vt illum generet ſemper ſine ſemine. quũ
de ort. an. hu. *enim, ut alibi fuſe diſputauimus, homo non vnum, ſed duplex efficens nactus ſit in ſui conſtitutione; alterum materiale, quod generat hominem ex materia, & non ſine ſemine; vt homo generans; alterum vero immatele, quod creando animæ humanæ partem rationalem independentem omnino a materia, dicitur generare hominem ſine miniſterio ſeminis, aut materiæ; cuiuſmodi*

eſt

A *eſt Deus Optimus, quem appellat quandoque Ariſtoteles nomine Solis inquiens, Homo enim hominem generat ex materia, & Sol: & propterea Deus, quatenus dicitur eſſe cauſſa hominis efficiens immediata, generat hominem ſemper ſine vſu ſeminis; quamuis vt cauſſa remota in productione hominis abſolute, quoad conſtitutionem animæ vegetalis, & ſentientis, phyſice agens vtatur vbique cauſſis ſecundis; atque ideo miniſterio parentum, & ſeminis interuentu: Ex eo nanque, quod* 2. phy. t. 26.

B *Deus Optimus præſens adſit omnibus ſigillatim, quæcunque ſunt in vniuerſo, non ſequitur vt omnia, quæ a Deo quouis modo prodeunt, ab eo immediate proficiſci debeant, ſine alterius vllius agentis operatione; ſed hoc ſolummodo ſequitur, vt Deus omnia in eſſe conſeruet, omnia ad ſuum finem dirigat, omniaque in proprijs operationibus obeundis adiuuet. Addi poteſt in controuerſi dogmatis confirmationem, & obiectionis ſolutionem, male virum Doctiſſimum cum Ariſtotele opinan-*

C *tem Deum Optimum eſſe primam formam, ſiue formā formarum, ſtatuere Deum non eſſe item formā aſſiſtentem ſingulis Mundi partibus; quum materia prima una numero exiſtens omnium ſublunarium cōſtitutionem ingrediatur, et omnium generabilium materia dicatur; par eſt enim quo Deus abſque comparatione eſt, quam ſit materia, melior; eo quoque longe magis eſſe, quam ſit eadem, communicabilem; ſi de natura boni eſt eſſe communicabile. Recte igitur conſtitutum nobis eſt in ſuperioribus Deum Optimum eſſe formā aſſiſtentem* 12 meta. t. 49.

uniuerſo, & ſingulis Mundi particulis, tanquam ani- A
mam Mundanæ huius Vniuerſitatis; quam ſentẽtiam
1. meta. c. 1. *apertiſſime laudat Ariſtoteles in Prima Philoſophia.*

Deum Optimum non mouere cælum immediate, hoc eſt, ſub ratione cauſſæ efficientis motum; ſed ſub ratione finis, mediantibus ſecundis Intelligentijs. Cap. XLV.

CETERVM *dum aſſerimus Deum Optimum non immediate, ac phyſice, ut efficiens mouere cælum, ſed tantum metaphorice, ſub ratione finis, incutiendo Mentibus ſecundis amorem ſui ipſius, & deſiderium ſemetipſas Deo ſimiles efficiendi; quod conſequi ſe ſperant, ac ſtudent, gubernando Mundum ſublunarem motu cæleſtium ſphærarum; quaſi non deceat ſupremam illam Maieſtatem Dei Optimi Maximi appropriatam eſſe, & coarctatam ad uoluendum* C *unum tantummodo corpus, ut quæuis alia Intelligentia e ſecundarum numero; aduerſarios habemus uiros Doctiſſimos, qui exiſtimantes Deum etiam immediate ut efficiens mouere cælorum orbem ſupremum, quem uocant Primum mobile, aſſeuerant Deum Optimum habere totale dominium ſupra ſui uigorem; quem ideo rebus communicat, & applicat pro decentia, & modo uniuſcuiuſque; atque ita immenſa Dei uirtus ſuauiter attingens omnia ſingulis præſtat, exhibetque ſe ſe, quantum*

A *tum cuiuſq; natura patitur, mouetque orbē ſupremū eo motu, quo aptum natum eſt moueri: Nec quum Deus (aiūt) immediate mouere ponitur, tanquā motus cauſſa efficiens, quidquam ipſum dedecēs ei tribuitur; nam, ut admonet Simplicius, non ita mouet, quia ipſe ad corpus flectatur, ſed corpore ipſum affectante, ad ipſumque conuerſo, ut inde depluentes perfectiones ebibat.*

Hæc legimus apud viros Doctiſſimos, quorum in omni re autoritas apud me quidem ſemper fuit multa, & B magna: ſed vt ingenue meam de propoſito ſententiam explicem, aliter opinandum reor, nec diſcedendum ab antea determinatis; In primis enim Ariſtotelem video 1. de an. t. 50. *apertiſſime ſtatuentem Deum non quidem immediate mouere cælum, ſed mediante anima, dum inquit oportere propter Deum, tanquam propter finem animam cæli mouere orbem ſuum motu circulari. Poſtea, Dei vigor eſt infinitus in qualibet Dei operatione, neque limitari, coarctariue poteſt vlla ratione; quò fit vt quælibet C Dei operatio ſit tota ſimul, ac tempore non metiatur; quum autem cæli motus ſit actio ſucceſſiua, cuius menſura tempus eſt; ideo cæli motus a Deo proxime non eſt, tanquam ab efficiente: Alioquin a virtute infinita mobile finitum moueretur in non tempore. Quod etenim adducitur, Deum Optimum habere imperium totale ſupra ſui vigorem, caute intelligendum eſt; ita enim Deus habet dominium totale ſupra ſui vigorem, vt infinitam ſui virtutem ad placitum Deus applicet nunc ad creandum hanc animam rationalem, nunc potius il-*

lam; nunc ad conſeruandum, et gubernandum hoc ſub- A
lunare, nunc potius illud; nunc ad promouendam hu-
ius rei generationem pro modo ſuæ cauſſalitatis, nunc po
tius alterius, & ſimilia: Non tamen habet hoc imperiũ
ſupra ſuã uirtutẽ Deus Optimus (quod eius eſt sũma
perfectio, et immenſa vndique poteſtas) ut illam infinitã
exiſtentem valeat limitare ad terminos cuiuſque natu
ræ finitæ; haud enim ſuſcipit Dei virtus vllo pacto in-
tenſionem, ac remiſſionem, partitionemue; ſed vbique
tota, & immenſa eſt: Quocirca veluti Homo, vel Intel- B
ligentia ſecunda obtinens uigorem ut quatuor, quo toto
mouent mobile determinatum ſuper certo ſpacio in tem-
pore trium horarum, etiamſi habeant totale dominium
ſuæ uirtutis, ubi tamen illam nõ coarctent ad gradum
ut tria, ſed totam ut quatuor exhibeant ad mouendum
idem mobile ſuper eodem ſpacio, non ſane poterunt illud
non mouere intra terminos trium horarum; minus au-
tem mobile, vel idem ſuper minore ſpacio mouebunt ex
neceſſitate in minori tempore; Ita ſane Deus Optimus C
(ſi liceat huiuſmodi collationem facere) quamuis ha-
beat dominium totale ſuæ uirtutis; quum tamen ea in-
finita ſit, neque terminari, aut ullo modo coarctari ua-
leat; ubi tota alicui mobili adhibeatur, uel ipſum non
mouebit, quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio;
quæ tamen requiritur neceſſario inter mouens, & mo-
bile; uel mouebit in non tempore; hoc autem non eue-
nit; Deus ergo non mouet immediate cælum. Quod præ-
terea dicitur Dei ſummi uirtutem ſe ſe rebus exhibere

pro

A *pro modo illarum; quia omne quod recipitur, per modũ recipientis recipiatur; recte item eſt intelligendum; non enim recipitur virtus motoris immaterialis in corpus mobile; ſed ſolum mobili adhibetur per contactum; neque ſimiliter Dei virtus a rebus recipitur; ſed ipſa potius res omnes viciſſim continet, ac in ſe habet; alioquin ſane moueretur per accidens ad motum corporis cæleſtis virtus illa mentis ſeparatæ, ac Dei ſummi, ſi reciperetur in re mota; perinde ac per accidens moueri*

B *dicitur ad motum proiectorum virtus proijcientis, ſi quæ illis imprimitur a motore materiali: id tamen nõ auſim ego dicere, potiſſimũ de Deo, cuius virtus eſt ipſemet Deus, qui eſt penitus immobilis. Amplius ſe rebus exibere non poteſt Dei virtus, niſi eo modo, quo eſt; ipſa uero ſecundum ſe immenſa eſt; res autem finitam naturam habentes virtutem illam infinitam intra ſeipſas proprie recipere nequeunt; capiunt nihilominus, ab ea uirtute aßidue manantẽ perfectionem maiorem,*

C *aut minorem, pro ſua cuiuſque natura; ſic eadem lux præſens varia corpora ſecundum magis, & minus diuerſimode colluſtrare ſolet; alio enim modo ad Solis præſentiam ſplendeſcit Adamas, alio Smaragdus, alio Aurum, alio Chriſtallus, & alio Argentum; eo quia non in ſe omnia eandem lucem Solis accipiant; ſecus enim ſimilem ſplendorem obtinerẽt, ac pari modo coruſcarent; ſed quia ex ea luce lumen, & fulgorem, ſiue perfectionem prodeuntem, quantum cuiuſque natura patitur, quæque ſuſcipiunt; quippe lumen a luce prodiens inten-*

di, ac

di, ac remitti poteſt, & uariari ad varietatem ſubiecti, A
in quod recipitur. Quod autem ſcribitur Deum Optimum effectiue, ac immediate mouere cælum, cui aſſiſtit, eo modo, quo ceteræ Intelligentiæ ſuos orbes; longe a veritate abeſt: quia Deus aſſiſtit, non vni tantum ſphæræ cæleſti, ſed toti Mundo, & ſingulis eius particulis; at Mundus totus, & ſingulæ partes illius non mouentur vno, eodẽq; motu circulari, ſimplici, & vniformi; ſed Mundus quieſcit totus; eius uero partes diuerſis
agitantur motibus; corpora quidem miſta motu miſto, B
ac difformi: ſimplicia uero motu ſimplici: ſed inter ipſa terra, & aqua cientur ad centrum; aer, & ignis a cẽtro; planetarum orbes circa centrum ab occidente, at primum mobile circa medium ſimiliter, ſed ab oriente; verum a Deo ſi effectiue, atque immediate motus aliquis efficeretur, ſane motus ille ſumme ſimplex exiſteret, vnus, & quam maxime vniformis, & regularis. Addo ex D. Thoma Deo ſummo vt proprie competunt ea
ſolum attributa, quæ puram, & illibatam includunt C
perfectionem; ita non niſi metaphorice, atque admodũ improprie illa conuenire, quæ aliqua imperfectionis labe
3. phy. t. 15. *coinquinantur; quum autem motus ſecundum ſe, Ari-*
8. phy. t. 40. & 12. meta c. 2. *ſtotelis teſtimonio imperfectionem connotet; ſane ratio motoris proprie Deo non conuenire videtur, ſed tantum*
1. de gene. 55. *metaphorice, quod eſt ſub ratione finis, ut ait Ariſtoteles.*

Quod poſtremo loco affertur ex Simplicio, quum Deus immediate mouere ponitur, non propterea quidquam ipſum dedecens ei tribui; quia non ita mouet Deus, quaſi

A *ſi ipſe a d corpus flectatur; ſed corpore Deum affectante, ad ipſumque conuerſo; dogma eſt potius Platonicum, quam Peripateticum; cuiuſmodi quamplura leguntur apud Simplicium: Si etenim Deus immediate, ac effectiue moueret; haberet ſane Deus rationem agentis, cælum vero puri mobilis, ac patientis; non ergo cælum cõuerteret ſe ſe ad Deũ, ſed vere Deus flecteretur ad cælũ: Immo corpus cæleſte, ſi moueret ipſum immediate Deus, vt ceteræ Intelligentiæ orbes ſuos, primum inquã*
B *mobile eſſet purum corpus, ac nullo modo viuens; non ergo poſſet ſe ſe ad Deum conuertere; quoniam conuerſio iſta eſt actio Vitæ; eſt enim motus a ſeipſo: materia cupit quidem more ſuo formam, a qua perficiatur; non tamen potis eſt ſe ad formam conuertere, illamque affectare, vt ab ea depluentes perfectiones ebibat; ergo & primum mobile, quod ſecluſa Intelligentia vices obit materiei, quãuis habeat naturalem propenſionem ad Intelligentiam motricem, cupiatque illius commercium,*
C *a quo perficitur; non tamen ad illam ſe ſe conuertit, vt inde perfectiones depluentes ebibat; ſed viciſſim noſcẽs Intelligentia ſe poſſe corpus illud perficere, ad ipſum ſe ſe porrigit, illudque mouet, ei communicando perfectiones proprias; & id, quia bona eſt: ſiquidem ex natura boni eſt ſeſe ad alia porrigere, & communicare; ita vt quo quid melius eſt, eo ſit pluribus communicabile: Quocirca quum Deus bonitas immenſa ſit, ceteræ vero Intelligentiæ bonitatem obtineant limitatam; dedecet profecto Deum optimum ſe ſe pretendere ad vnam tã-*

tum-

Digitized by Google

tummodo ſphæram immediate mouendam, vti ceteræ Intelligentiæ finitæ bonitatis: ſed præſtat illum infinitam ſui bonitatem toti Mundo, & ſingulis Mundi partibus liberaliter impertiri; quum reliquæ Mentes abſtractæ infra Deũ determinentur ad certas Mundi partes. A

Non ergo Deus effectiue, vt aiunt viri clariſſimi, & immediate mouet ſupremam ſphæram: ſed toti Mundo, & ſingulis Mundi partibus aſſiſtens omnia mobilia vnus mouet ſub ratione finis, impellendo ſcilicet ad motum vniuerſa mouentia, quæ illi cupiunt natu- B
a. de an. t. 34. *rali deſiderio ſe ſe reddere ſimilia, vt inquit Ariſtoteles: omnia etenim Deum appetunt, & illius gratia omne agunt quodcunque agunt ſecundum naturam; incutit nanque Deus agentibus vniuerſis ſuiipſius amorem, ac deſiderium; quo factum eſt ut cuncta efficientia Deo ſimilia reddantur pro ſua cuiuſque natura ſua quæque munia obeundo; atque hoc proprie agere eſt, ac mouere ſub ratione finis; nanque efficientis actio eſt non niſi circa patiens, qua patiens eſt; finis autem mouet ſuo* C *modo agens, ſecundum quod efficiendi vim obtinet; impelsit enim illud ad operandum.*

Concluſio totius operis, & excuſatio Autoris. Cap. vltimum.

HACTENVS *ergo de Vita expoſitum eſt cũ generatim, tum etiam ſpeciatim, quantum Phyſiologo licuit, Quid ſit, Quo innitatur, & conſeruetur, Quot, Quaſque habeat Proprietates,*

Ope-

A *Operationes, ac Differentias, ſiue Species, nullo allato in oppoſitum obſiſtente; Quæ omnia mihi a principio propoſita fuere diſquirenda. Ita vero ſuperiora ſe habere nunc opinamur, quod ſi aliquando melius occurret dicendum, aliter etiam ſimus dicturi, cum Ariſtotele opinantes rectius eſſe, ac oportere pro veritatis ſalute vnumquemq;, & præſertim Philoſophũ, ſua quoque propria, nedum aliena refutare. In traditis autem ſi plerumque a probatiſſimis Autoribus, impellente ratione,* 1. ethic. c. 6.
B *volens receſſi, Philoſophiæ libertate vti & me ipſum oportuit; neque tantum aliorum decreta ſectari, ſed etiam de ingenij mei viribus periclitari: Si vero Sapientum virorum placita expendens ſtilo vſus fui fortaſſe nimis critico, vel prima fronte ambitioſo, id ſciant omnes me non ob arrogantiam vllam ita feciſſe, ſed Mente tota veritatis amore flagrante, ac rerum ipſarum ſpeculationi maxime intenta, calamus vni Mentis imperio addictus, ſingularia non aduertens (vti notat aliquando Ariſtoteles) inuoluntarie celeberrimos*
C *Autores fortaſſe debita reuerentia defraudare potuit; quos tamen animo cunctos veneror tanquam Magiſtros, omnibuſque gratias habeo immortales, qui mihi Duces in tam longo, ſalebroſo, & obſcuro itinere ſe ſe præbuere. Si deinde aliqua minus diligenter tractaui, haud ſum excuſatione indignus, qui hominem me eſſe cognoſco, & fateor, nihil humani alienum a me reputans; quiue Doctioribus locum reliqui deſiderata ſupplendi: Sin autem quædam minus vera ſum com-* 1. Poſter. c. 30.

Digitized by Google

mentus, non propterea damnandus, qui me ſemper exhibeo paratiſſimum ad ſubſcribendum rationibus validioribus, ea retractando, quæcunque falſa ſub imagine veri me decepiſſe cognouero. Si demum quidquam a Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ decretis alienum ſcripſi, illud etiam nunc non ſcriptum volo, & expungo. Omnia vero bene dicta in Deum Optimum omnium bonorum autorem, largitoremque referantur, cui Laus, & Gloria ſit in æternum. A

I N-

INDEX ALPHABETICVS RERVM NOTABILIVM.

A

ABſentia animæ non eſt prior morte. 266

Abſtracta non impediri a materia. 505

Abſtractio mathematica quid ſit 626 rei vniuerſalis a ſingularibus quomodo fiat. 404

Abſurda non ſunt in Mundo magno, quæ conſentanea ſunt in Microcoſmo. 811

Accidens non eſt perfectio eſſentialis ſubſtantiæ 73. eſt poſterius, & imperfectius omni ſubſtantia 314. tam in concreto eſt accidens, quam in abſtracto. 57. denominat ſubiectũ, in quo eſt. 220 definitur per additamẽtum 106. non ingreditur definitionem ſubſtantiæ 106 nequit eſſe ſubſtantia 59 quomodo deleatur a ſubiecto ſine ipſius corruptione. 106. quomodo prædicetur de ſubiecto. 58. confert ad cognoſcendum quid eſt. 113 veluti cortex ambit, & occultat ſubſtantiam, quaſi medullam. 420 quomodo ſubſtantiam diuidere, & atterere valeat 762 duplex ſolo numero diuerſum in eodem ſubiecto ſimul non eſt. 762

Actio non eſt niſi dum fit. 109. cur dicatur breuis, aut longa. 111. motus eſt. 6 quæ ſit ſubſtantia, & non accidens. 59. vbique proportionata eſt eſſentiæ vnde prodit 301. 308 eſt in patiente, vt in ſubiecto. 112. quomodo poſſit eſſe in agente, & quomodo non. 178. eſt actus ſecundus. finis, & perfectio agentis 360. actionis eſſe poteſt. 220 tranſiens 792. immanẽs. 792. fit propter finem. 792. momentanea nobilior eſt quam temporaria 619 eſſentialem habet relationẽ ad ſuum finem. 792. quæ determinetur a patiente. 260. vnde ſumat ſui differentias eſſentiales 792 quas habeat differentias primas 792. cur trãſiens appelletur. 792. immanens in quo cõſiſtat. 393 immanens non ineſt brutis, nec plantis, 394 diſtinguitur fine 620 ſublunaris vt pendeat a cælo 498 ſublunaris eſt temporaria. 210. viuentis habet ſuum eſſe in fieri. 347 vitæ non immediate, neque neceſſario ab anima prodit 84. quid ſequatur immediate 85. quomodo habeat agens adæquatum. 84. cur talis appelletur. 221 qualis ſit 160. quomodo augeri, & minui poſſit. 145. cuius proprie functio ſit 108 debet a viuente primaria ratione intendi, & expeti. 360. perficit viuentia. 160. in vita cæleſti quotuplex, quæque ſit. 457 quæ corporea ſit, diuiſibilis, ac temporaria. 458. inceſſabilis, & immortalis eſt. 457. vide Operatio.

Actus quomodo ſeparet, & diſtinguat. 564. alius eſt diuiſibilis, alius impartibilis. 173 quot reperiantur in viuente. 73. quibus materialis anima corpori vnitur quot, quiue ſint. 351 cur nequeat definiri per ſuam potẽtiam. 53 eſt prior, quam potentia. 53. perficiens corpora duplicis eſt generis. 325 eſt perfectio. 129. eſt ratio cognoſcendi, & intelligendi. 416 ad quem quidquam eſt in potentia, non eſt ſemper vnus. 51. quotuplex, quique ſit. 1 5. internus corpori ab anima communicatus quid ſit 72, primus eſt ſimilis habitui, vel ſomno. 120. quomodo ſit principium operandi. 183. idem eſt ac ſubſtantia ſicut forma 594. eſt prior compoſito 125 quo differat a ſecundo. 135. vniuerſalior eſt quam forma informans 716. quo differat a forma dante eſſe & informante 716. quæ for-

ma ſit 716 quare dicatur primus. 716. com mune qui dam eſt formæ informanti, & aſſiſtenti 716. eſt animæ ſubſtantia 351. ſecunduseſt operatio ab anima prodiens. 351. eſt poſterior compoſito. 125. ſimilis eſt actui ab habitu pro eunti. 120 non ſignificat animam operantem, ſed animæ operationem 180. purus nullam in ſe habet realem compoſitionem 451

Ad patiendum quomodo ſufficiat vnum. 571

Admiratio eſt diſcurſus imperfectus. 409 quo differat a riſu. 410

Aer non alit ſpiritus. 643. in media regione non ſemper, & vbique eſt humidus. 758. in ſuprema regione a motu cæli aſſidue rotatur. 483

Aequiuoca quomodo diſtinguẽda. 40. quo differant ab analogis. 41. non habere vnam naturam communem. 276. cur nequeant vnica definitióne innoteſcere 290 cur prius diſtinguenda, quam definienda. 42. ſunt puræ voces puræque nomina. 291. ſunt poſteriora æquiuocatis. 291

Agens operatione perficitur. 516. deſiderat, & amat ea, quibus ad ſuum finem aſſequendum vetitur, ac eget. 449. prius eſt ſua operatione. 216. quando ex neceſſitate agat. 178 corporeo inſtrumento quidquam non producit momento. 111. ad operandum indiget determinato robore. 614. impellitur ad opus a fine. 13. quodnam in opere a materia impediatur. 348 dum excitatur ad opus, non mouetur motu naturali. 12 immateriale ſolum perpetuam operationem indefeſſe molitur. 348

Agere, & eſſe in viuẽtibus potiſſimum valde differre. 46

Alimentum quomodo inſeruiat vitæ ſublunari 343. quãdo ad vitam ſublunarem non ſit neceſſarium. 342. dum tranſmutatur in ſubſtãtiam viuentis, quæ generatio ſit 371. idem alia ratione nutrit, & auget animatum. 635

Alteratio quæ poſſit eſſe momentanea Ariſtoteli. 600

Amor quomodo ſit vinculum vniuerſi. 449

Analogum non habet naturam communem vere, ac ſimpliciter vnam. 587. dicit naturam aliquomodo cõmunem omnibus analogatis 276. inæqualiter. 291. definiri poſſe vnica definitione communi 292. cur. 42. quomodo definiendum ex Ariſtotele 294 diuidi poſſe in multas naturas 40 cur non diſtinguatur diuiſione bimembri. 40. aliter quam æquiuoca diſtingui. 41. quo ab æquiuoco differat 290. non exacte dignoſcitur per definitionem cõmunem. 278. cur. 294 dignoſci poſſe ex definitione præcipui analogati 637. poteſt eſſe commune corruptibili, & caduco 714 eſt natura communis diſtincta ab analogatis 148 definitur definitione diſtincta a definitionibus analogatorum 148

ANGELORVM familiaritas. 574

Angelus aſſumpto ſibi corpore ſublunari non conſtituit in eſſe viuẽs 252. cuſtos quomodo nobis inſpiret ſua deſideria 804. cuilibet homini contingit in ſui generatione. 785 non cogit vllo modo voluntatem hominis. 786. an noſci valeat ab hominibus. 786 quomodo ſe gerat in hominis cuſtodia. 786

Anima quibuſque quomodo inſit 313. duo habet ſumma genera. 325. quas habeat primas differentias 322. duobus modis inexiſtit corpori. 325 eſt commune quid ad intelligentias, & formas viuentium ſublunarium. 350. non eſt vniuocum, nec pure æquiuocum, ſed analogum. 149. definiri poteſt generatim vnica definitione. 291 qua ratione definiatur Ariſtoteli. 295. quomodo Simplicio ponatur prope vitam, non iuxta corpus, nec iuxta compoſitum. 7. cur Ariſtoteli non ſemper definiatur ex operationibus. 113. cur nunquam ex Solis operationibus. 113. quomodo Ariſtoteli

ſtoteli definiatur per operationes, &
quomodo non. 556. quomodo di-
catur definiri per operationes 113.
definitur ab Ariſtotele tum in gene-
re, tum in ſpecie. 114. qua ratione
varie definiatur ab Ariſtotele, 113.
ab Ariſtotele definitur confuſe. 118.
definitur per vitam. 101. per corpus.
296. cur definienda per potentiam
corporis ad vitam. 55. in vniuerſum
quid ſit. 149 eſt Entelechia, nõ ener-
gia 218. generatim eſt cauſſa efficiẽs
motum quemlibet in viuente. 318.
viuentibus primum tribuit eſſe, dein-
de ager 85. non poteſt exire, ac flue-
re a ſeipſa in aliud. 74. in variis ani-
malibus quot, quibuſque facultati-
bus definiatur 310. non omnis pol-
let vi cognitrice. 374. non eſt totum
eſſe viuentibus, ſed pars 164 corpo-
ri nullam tribuit aliam perfectionẽ
eſſentialem quam ſeipſam. 72. qua-
lis actus ſit 72. vbique perfectior eſt
corpore. 309. idem eſt cum animæ
eſſe Ariſtoteli. 33. operans eſt vnum
per accidens. 60 quomodo ſimplex
eſſe dicatur. 33. phyſice corpori ad-
iuncta in eo ſtatutis temporibus a-
ctiones obit 317 quomodo refera-
tur ad corpus, & quomodo nõ. 590.
corpori nubit duplici connubio 326.
quam dotem a corpore poſtulet,
quamue pulchritudinem in eo deſi-
deret 327 citra corpus vitam non
efficit. 105. corpori præſens non ſem
per vitam in eo producit 104 eadem
quomodo varia vitæ genera in eſſe
conſtituat. 197 in corpore poſita
quid efficiat immediate 84 eſt cauſſa
ipſius viuere. 44. eſt cauſſa vitæ, non
vita ipſa 15. reipſa diſtinguitur a vi-
ta. 167. eſt natura prior quam vita,
199. quomodo prius in corpore ſit
quam vita. 17. non eſt vitæ cauſſa
proxima, & immediata abſolute.
169. per ſe non viuit. 220 eſt cauſſa
vitæ in alio 375. non eſt vita totius.
121. non eſt in potentia ad vitam.
218. quomodo ſit ſubordinata ad vi-
tam. 54. vbi primum corpori iuncta
eſt vt actus primus quid primum fa-
ciat. 193. a corpore ſeparata melius
ſe habet. 107. æque ineſt in omnibus
corporis particulis 255 non eſt per-
fectior quam vita. 218. proportione
reſpondet lumini, non Soli. 76. eſt
principium idem quo animal viuit,
& mouetur. 20. mouet corpus non
ſeipſam 248. quomodo non opere-
tur. 49. quodnam principium inter-
num motionis ſit in viuente. 24. eſt
principium actiuum in omni opera-
tione. 738. quomodo ſit principium
internũ motionis paſſiuum. 24. quæ
aſſumpto corpore apparens nos al-
loquitur, non conſtituit viuens niſi
æquiuoce. 169. eſt principium, quo
primo viuens eſt, & operatur. 119 vt
operans non eſt actus ſecundus, ſed
in actu ſecundo. 180. plerunque non
operatur in quibuſdam viuentibus.
61. quid habeat pro fine immediato.
50 quas non cõpatiatur alias in eo-
dem corpore. 761. eſt cauſſa, & prin
cipium operationum vitæ. 556. eſt
forma viuentis 258. eſt cuius poten-
tia, & eſſentia re idem ſunt. 36. eſt
cuius præſentia eſt potius vita, quam
vitæ cauſſa. 266. quomodo reperia-
tur in rebus. 571. quomodo patiatur
ſui partes adinuicem iungi. 200. quo
vtatur ad operandum ceu primario
inſtrumento 97. ſemper eſt alicubi,
non tamen, vt in loco. 103. ſeparata
proprie non viuit. 219 dum mutat
locum quo motu cieatur. 318
Anima cæleſtis quomodo ſe habeat ad
naturam corpoream. 312. non mo-
uetur ad lationem corporis, cui aſſi-
ſtit. 323. eſt omnino immobilis 248.
quotuplex, qualque habeat faculta-
tes operandi. 454. eſt mens immate-
rialis, & intellectus purus. 312. eſt
Intelligentia tanto nobilior anima
rationali, quanto cæli homine. 312.
quæ quoquouerſum permeet ſingu-
las partes vniuerſi. 142
Anima materialis quot, & quas habeat
ſpecies. 351. cur laborioſam habeat
longam actionem 358. fatigatur po-
tius

Digitized by Google

ctius quã corpus. 738. ſatiſcit ad ſubjecti conſumptionem. 738. vigoratur ad ſubiecti inſtaurationem. 738. citra corpus non ſubſiſtit. 351. quomodo non quælibet ſimiliter inexiſtat in corpore. 351. ſui eſſentiã conſtitutam habet ex multis partibus. 351. eſt cuius prima participatio in calore dicitur ortus, ſeu conſtitutio viuentis. 156. quo vinculo detineatur in corpore 33. ex quibus, & quomodo compoſita ſit. 329. quot, & quibus actibus corpori vnitur. 351. quamprimum eſt, vnitur apparato ſibi corpori. 193 quibus diſpoſitionibus mediantibus aſſocietur corpori. 451. quomodo ſe habeat ad naturam corpoream. 325. qua lege iungatur corpori elementari. 450. non ſimiliter quævis inexiſtit in corpore penes actum ſecundum. 353. quomodo in corpore ſit. 16. corpori adiuncta quid primum præſtet, ſecundum, ac tertium. 211. quomodo viuentis eſſentiam cõſtituat. 210. obtinens operationem propriam eſt immortalis 71 non eſt præſens corpori, ſed inexiſtens in eo. 104. quomodo habeat ortum, & interitum proprie. 346. aliquando tum materiei aduenit, tum ab ea recedet. 346

Anima hominis vna exiſtens diffuſa eſt in ſingulas corporis partes 812. qua homo diſcurrit, quomodo eadem ſit cum ea, qua homo miſeretur. 712. eſt omnium animarum materialium perfectiſſima, & via originis poſtrema 398 partim a materia pendet, partim non 398. nõ omni ex parte morti obnoxia eſt. 399. eſt ſpecies ſpecialiſſima 145. quid ſit. 149. quomodo in corpore inexiſtat quoad eſſentiã. 352. quomodo in corpore inſit quoad ſui partem intellectiuam. 353. occupata circa vniuerſalia cur ſingularia non percipiat 655

Anima rationalis duas tãtum habet facultates. 40 non eſt olim a Deo cõdita ſecundum numerum determinatum 676. quid ſit. 149. poſt mortem hominis citra corpus remanet immortalis 18 Ariſtoteli eſt forma informans, & immortalis. 678 quum a materia non pendeat, cur dicatur materialis 321. nullam vitam efficit niſi humanam 103 quomodo conſtituere poſſit vitam æquiuoce. 395. non præexiſtebat antequam generaremur. 785. adiuuari, & impediri poteſt inter operandum a materia. 784

Anima brutalis quot, quibuſque partibus eſſentialiter conſtituatur. 352. eſt genus vniuocum ad ſingulas animas irrationales. 394 quomodo definiatur. 149. quomodo in corpore inexiſtat quoad eſſentiam 353 actu reperitur in omnibus partibus animalis. 354 quot, quaſque habeat facultates primas. 380. habet operationes, quæ non coexte nduntur toti corpori 90 in homine operari nequit citra rationalis auxilium 138. ad quem intellectum ſit diſpoſitio. 814

Anima vegetalis quomodo definiatur. 149 eſt prima omnium 333 cur ceteris imperfectior, cõmunior, prior, & materialior. 357 ſine alijs eſſe poteſt, ſed aliæ non ſine ipſa. 357. cur aliquando vocetur Natura 373. multas habet ſpecies. 376. habet ſpecies vltimas ignotas. 376 quot, quibuſque partibus eſſentialiter conſtituatur in ſtirpibus 352 ſola coextenditur corpori penes eſſentiam, & operationes. 357. eſſe nequit ſine calore naturali. 333. non vtitur calore ad humidum abſumendum. 361. in decremento nihil agit. 361 in omni ſua functione pendet a motu cæli. 365. eſt penitus materiæ immerſa. 357. eſt morti obnoxia penes omnem ſui partẽ. 358 non ſemper eſt in negocio. 172. in hominibus omnibus eſt eiuſdem naturæ 150 in homine nil agit niſi adiuta a ſenſitiua, ac rationali 137

Animal non habet duo vitæ genera. 19. dormiens operatur. 116. vniuerſale quomodo ſit nihil, aut poſterius. 250. imperfectum nec teſtes diſtinctos habet, nec ſexum. 378. ſublunare quoduis

quoduis quid habeat cōmune 650.
non omne mouetur a ſeipſo ſecun-
dum locum. 14 per ſe primo viuit
per animam ſenſitricem. 330 exem-
pto corde viuere poteſt aliquanti-
ſper 90. perfectum vnde habeat id,
quo differt ab alijs. 247. quomodo
diuidatur in ſpecies 389. eſt duum
generum 153 quod non habeat niſi
vnum animæ gradum 307. quod ha-
beat omnia animarum genera. 307.
habet partes omni ſenſu carentes. 90

Animatum determinatur ipſo viuere.
179. quo per ſe primo differat ab ina-
nimato. 271. non differt ab inanimi
ſolo viuere 269 cur ab inanimis dif-
ferat in modo eſſendi. 269. non dif-
fert ab inanimis in ſolo modo eſſen-
di. 269 quot, quibuſque differat ab
inanimi. 269. quomodo tranſmutet
in ſui naturam id, in quod agit. 601.
habet vnam partem præcipuam, vn-
de ceteræ pendent. 618. cur facilius
& magis imminuatur, quā inanima.
634. obtinet ſubſtantiam molliorem
inanimatis. 634. habet calorem inſi-
tum maiorem inanimatis. 635. ſublu-
nare quodlibet corporeū eſt, & ma-
teriale. 59. perfectius pluri calore pol-
let. 302. gubernari, & pendere ab
inanimato non debet 311. ſimul ab
omni operatione ocīari poteſt per
notabile tempus. 81. determinatam
obtinet figuram a natura. 302 habe-
re poteſt partes nonanimatas. 815.
eodem modo non ſe habet ad vitā,
alimentum, & augumentū. 105. non
poteſt eſſe, nec excogitari ſine vita.
166. tandiu viuit, quandiu animam
retinet. 81. non ſimiliter viuit per
animam, & per vitam. 167. inanima-
to præſtat propter animam. 475. ha-
bet ſui eſſe ab anima. 272. differt ab
inanimato potiſſimum motu 318

Appetitus officia cur paſſiones dican-
tur potius, quam actiones. 387. con-
cupiſcibilis quid ſit. 384 quot, quaſ-
ue habeat operationes, virtutes, &
vitia. 385. iraſcibilis quid ſit. 385.
quot, & quas habeat operationes.
385. ſenſitiuus quot, & quas habeat
facultates. 384

Apprehenſiua facultas in homine, &
brutis quomodo differat. 408

Aptitudo quid ſit. 188 ad operandum
in quauis re quotuplex. 183

Aqua cur, & quomodo retardet olei
combuſtionem. 336. quæ frangit la-
pides. 581

Arbor quædam cur diutius viuat quam
brutum, & homo. 344. non eſt ſem-
per generans eam ſtirpem, quæ ex
ipſa naſcitur. 607

Ariſtoteles errauit in re phyſica. 670.
retur animis quibuſque inſeruire cor-
pus diuinum. 329 quomodo cenſeat
cuique viuenti ſublunari animam in-
eſſe compoſitam. 329. quid præci-
pue intendat in libris de anima. 722.
ait vitam eſſe nutritionem, dum ru-
diori formula philoſophatur. 141.
cur vitæ non meminerit numerans
animæ facultates, & actiones 150.
vitæ nomen impropriè ſumit ad ſi-
gnificandas operationes. 257 varie
de vita tractauit. 274. de vita nun-
quam ſedulo, et ſemper egit currenti
calamo, 275. inconſtans in explican-
da vitæ natura. 275. excuſatur ſi de vi-
ta non egerit accuratius 280

Ars quid ſit. 414. quo differat a Natu-
ra. 794 tendit ad conſtitutionem no-
ui operis. 653 quos habeat peri-
tos. 655

Artificioſa non moueri a ſeipſis, ſed
ſemper ab extrinſeco. 318

Arteria veteribus vocabatur vena. 553.
vincta, vel ſecta, facit vt partes infra
vinculum priuentur pulſu, non vita.
88 per motum refocillat calorē na-
tiuum 95. qua ligata, ſtatim animal
concidat ſine motu, ac ſenſu. 555

Aſſiſtere, & non moueri per accidens
ad motum ſubiecti, non æquipol-
lent 324

Aſtra obtinere colores proprios, præ-
ter lucem. 492. quos habeant colo-
res ſigillatim. 494

Aſtrologi qua ratione prænoſcant, ac
prædicant futura. 498. certas habens
cauſſas.

cauſſas, vnde prædicant 500 peritiſſimi decipi poſſunt in prædictione. 498
Attractio alimenti duplex. 642. eſt functio animæ vegetalis. 642
Auaritia quid ſit 403
Auditum in ſomno propriam operationem obire. 561
Augumentum cur ſemper conſideret Ariſtoteles vna cũ decremento 633. quomodo ſe habeat ad decrementum. 63.. quomodo fiat ſecundum formam. 139. fieri nequit citra motum localem. 320 verum fit ſecundum contraria loca. 601. non caret propria quiete, ac debita intermiſſione. 359. ab anima fit, & eſt functio vitæ. 362. animato conuenit qua vegetans. 362. eſt per nutritionem. 362

B

Bonum quam habeat eſſentiam. 237. a voluntate expetitum quodnam ſit. 459. ſummum adiectione minoris boni fit melius. 502
Borſycitis lapis ramoſæ in nigro candidis, aut ſanguineis frondibus. 573
Bruta prius viuunt quam ſoliuaga, vel gregalia ſint 392. prius viuunt quam alantur fructibus, vel animalibus, vel vtriſque 392. viuunt in aluo matris. 393. in aluo matris eodem modo, & eodem alimento aluntur. 393. in aluo matris non eadem omnia vitæ ſpecie frui. 393 cognoſcunt res confuſe, ac penes accidentia. 462. non addiſcunt niſi accidentia, & quæ in praxi externa. 408. memoriam habent, quamuis careant intellectu. 401. neque virtutes habent, neque vitia 386. qua ratione loqui valeant. 687. quam habeant diuerſitatem generatim. 638 cur aliqua ſint homine viuaciora. 344. imperfecta ſecundum formam quæ ſint. 638. imperfecta ratione materiæ dum genetū. 638. imperfecta penes formam, & materiam quæ ſint. 639.

C

Cadauer ſeruatur imputre. 316. non habet oculos niſi æquiuoce. 210. quomodo ſe habeat ad animam. 17
Cælum eſt corpus animatum, & viuēs. 304. non habet vitam ab anima ratiocinante. 232. non viuit qua purum corpus. 435. non nutritur. 123. quomodo moueatur immobile. 478. quomodo dicatur eſſe ſenſibile. 476. non habet ſenſum. 312. eſt animal perfectum 305. quomodo moueatur motu ſimul vniformi, & difformiter difformi. 480. non eſt Deus. 312. eſt corpus Diuinum 312. habet dextrum, ac ſiniſtrum. 306. eſt perfectius plantis, ac brutis. 309 eſt aptiſſimum cui Mens abſtracta præſit. 450 mouetur motu proprio animalium. 311. quomodo moueatur à Deo. 417 habet functionem multo digniorem noſtra. 306. non habet materiam. 232. quorum ſublunariũ ſit cauſſa propria, & proxima. 758. vt cauſſa remota cõcurrit ad productionem omnium effectuum 783 ſi animum non producit, quomodo ſapientiam in animo producat. 784. extra ſe quid admittat, & quid non admittat. 476. lumine, ac motu ſolũ gubernat inferiora. 497 in quo ſunt ſtellæ fixæ, continet in ſe omnia. 486. ſtellatum nobilius eſt non ſtellato. 487. a ſeipſo phyſi e quo motu cieatur. 319. Empyreum immobile non inſeruire rebus diurnis. 476. Empyreum nulli vſui eſſe rebus ſublunaribus 476. Empyreum non eſſe miræ claritatis. 475. Empyreum quomodo concedi debeat, & quomodo nõ. 477 quomodo motu calorẽ gignat apud nos. 757. nonum, & decimum non gubernat ſublunaria. 487. ſublimius nobiliori anima viuit quum inferiores. 490. Planetarum ad motum primi mobilis non facit perfectum circulum. 479 ſuperius obtinet perfectiorem lucem, & puriorisluminis effectricem.

effectricem. 490. ſuperius quomodo agat in ſubiectas. 481. inferius inferioris notæ intelligentia mouetur 481. habet potentiam effectiue motricem,& cognitricem 310. poſitum a neotericis ſupra octauam ſphæram inutile eſt. 487. non conſtat ex elementis. 493. caret anima vegetali. 247. quomodo ab Intelligentia habeat hoc quod ſit. 718. ex ſe eſt quid abſolute in actu. 718. quapiam in parte coloratum eſt. 491. perſpicuo & opaco præditum eſt. 493. quo medio iungatur cum ſublunaribus. 276. habet actionem vitalem. 306. vnde ſibi vitam acquirat. 309. cur moueatur. 487. conſtat duplici genere partium. 491. cur diuturno motu non atteratur, aut deprauetur. 747. non habet in ſe vllum calorem 319. nobis indicat propenſiones ſolum,non certos effectus. 498 quomodo nobis pręmonſtret futuros euentus. 780

Calor apud nos quo cælorum motu gignatur. 758. eſt res corporea, & elementaris. 88 habet vim copulandi. 333. liquat ea quæ frigore concreta fuere. 302. a Sole eſt, non in Sole. 212. niſi vim habeat ſupra humidum, ipſum non conſumit. 341. quo per ſe primo vita conſeruatur, eſt fixus, ac primigenius. 254. refrigerio hebetatur, ne tam facile humidum conſumat. 335. in temperamento ad alias qualitates relatus habet rationē formæ. 333. ſeruari debet, ſi animal victurum ſit. 343. natiuus cur potius conſumat humidum alimentare,quā radicale. 336. infenſum magis habet humorem alimentarem, quam radicalem. 336. in viuentibus quomodo temperamentum cōſtituat 333. quomodo in decremento abſumat humidum radicale, & quomodo non. 361. quando, cur, & quomodo abſumat humidum radicale. 335. eſt neceſſarius vitæ ſublunari, & animæ materiali. 335. quomodo ſurſum tendere conetur. 334. conſeruatur ſui refrigeratione, & euentulatione. 99. eſt vinculum nectens materialē animam corpori elementari 327. qui ſolus in viuentibus idem ſeruetur ab ortu ad interitum. 343 inſitus vnde oriatur. 343. quomodo refrigeretur. 335. cur alligatus fuerit humido radicali. 334. multum imminuitur in paſſionibus animi. 137. quem vſum habeat in vita ſublunari. 333. nō oritur a Corde. 254. nihil agit niſi excitatus a calore influente. 97. quomodo euentiletur. 99. influens cur vitalis dicatur. 95. ex alimentis eſt, indies varius, ſemperque nouus. 343

Capita obtruncata an loqui valeāt. 688. an vitam agant,& quam. 689

Carni eſſe non eſt pars, aut cauſſa carnis,ſed tota carnis quidditas. 23

Carnis mollities cur indicet bonum ingenium,durities vero malum. 784

Cauſſa refertur ad cauſſatum. 556. quomodo ſit cauſſati,& cauſſæ. 168. quę ſit in omni quæſtione quęrenda. 736. proxima, & immediata quæ ſit Ariſtoteli. 169. quæ reluctari valeat remotis. 498 remota habet rationem eius,ſine quo non. 498. quo differat a proxima. 498. ex ſe neceſſario non agit aut hoc, aut hoc. 500. non agit ſine proximis. 498 non ex neceſſitate arguit ſuos effectus. 498. non conſeruatur a cauſſato. 199

Coexiſtentia quid ſit. 596. diuerſarum reſſi quomodo multiplicari valeat. 322. formæ ſubſtantialis cum materia non eſt relatio, ſed ſubſtantiale. 590. animæ cum ſuo ſubiecto eſt vita. 519. momentanea non eſt. 347

Cogitatio quid ſit. 409

Cogitatiua quid ſit. 409

Cognitio non ſit niſi vniatur res cognoſcēda cum facultate cognitrice. 508. confuſa eſt notitia per ſpeciem totalem. 424. non ex capax erroris. 424. diſtincta pertinet ad Intellectū. 425. eſt notitia per ſpecies partiales. 424. rudis optimi eſt perfectior exquiſita notione imperfecti 502. vniuerſalium in Intellectu dicitur habitus Mentis 651 particularium in phan-

taſia dicitur habitus phantaſiæ. 651

Cognoſcibilis, & cognoſcentis vnio duplex. 508. per ſpeciem quomodo fiat. 508

Color non eſt paſſio miſti, vt miſti 492. eſt affectio corporis qua lucis, ſeu luminis, & opacitatis particeps. 492 eſt affectio corporis qua eſt perſpicuitatis terminatæ. 493. eſt extremitas perſpicui terminati. 492. quomodo ſtatim oriatur in ſuperficie noua partium corporis opaci diſſecti. 493. nõ prodit ex elementis abſolute. 492. aſtrorum quotuplex, & qui. 494 eſt ſingulorum naturæ proportionatus. 494 in quo aſtro ſit vnus, & in quo multiplex. 495

Combuſtio ab igne cur ſimilior ſit nutritioni, & augumento, quam generationi. 601

Comœdia quid ſit. 696. quanti temporis actionem mittet. 696

Compoſitum quoduis duplicem habet compoſitionem 551 in virtute actus primi efficit actus ſecundus. 116

Commune vniuocum quomodo participetur ab inferioribus. 658. corruptibili, & incorruptibili quid eſſe poſſit. 714 nihil eſt homini, cani, equo, & Deo. 29

Conceptus in vtero animam obtinet. 56. ante organizationem viuit verã vitam. 205. humanus ante adeptionem Mentis quam vitam viuat. 262

Concupiſcibilis anima Ariſtoteli dicitur vegetalis. 91

Conſeruare facultates, & operationes animatorum eſt munus vitæ 197 inſtrumenta non eſt opus, ſed operatio animæ 212

Conſeruari non poteſt id, quod nondũ eſt factum. 209

Conſeruatio Mundi a Deo eſt actio tota ſimul, & indiuiſibilis. 458

Conſtantiæ virtus quid. 441

Conſtituere munus eſt actus, & perficientis. 314

Conſtitutio inſtrumentorum præcedit eorundem conſeruationi. 209. non eſt primum opus ab anima prodiens. 209

Contemplatio quomodo in homine ſit functio indefatigabilis, & quomodo non. 348. non omnis eſt actio immanens. 798

Continuum mathematice in infinitum diuidi poteſt, phyſice nõ poteſt 629

Contradictio quid ſit 612. an poſſit habere medium, & quod 613. eſt aliquid ſimul habere actu, & potentia eandem rem 15

Contrarietas in genere ſubſtantiæ quæ 587. prima vna eſt in vnoquoque genere 587 omnis quomodo ex materia oriatur. 750 vel ex priuatione, vel ex elementis eſt. 750

Conuerſio eſt actio vitæ 823

Cor primum viuit, & vltimum moritur. 540. non eſt in plerisque animalium. 90. non eſt neceſſarium vitæ illorum, quibus ineſt. 90. Medicis non eſt principium ſanguinis, & venarũ. 255 per arterias ad alias partes quid tranſmittat. 553 quomodo ex Galeno ſit neceſſarium alijs partibus in animali. 553 ſi eximatur a corpore poteſt nihilominus animal viuere aliquantiſper 91. per ſuos ventriculos vitam homini confert ex Hippocrate. 87 quomodo id verum ſit. 99

Corpora quo differant ab incorporeis. 164 opaca cur intrinſecus colorata non ſint 493 duo ſimul eſſe nequeũt in eodem loco. 760. naturalia ſuperiore loco ſita ſe habent ad inferiora, vt formæ ad materiam. 806. cæleſtia mouentur circulo non mutando ſpacium 477. ſublunaria mouentur motu, quo nouus locus acquiritur. 477. ex ſe habentia habitudinem ad animam duum ſunt generum. 325. viuentia quot, quæque ſint 312. non-viuentia quot, quæque ſint. 312. quomodo melius ſe habent dũ ſunt partes quam tota. 188. dum efficiuntur mentis actionem impedire poſſunt, eſſ ntiam lædere non poſſunt. 739. in incorporea phyſice non agũt. 235 mouentia mouendo mouentur. 235

Corpus

Corpus quomodo diſtribuatur. 300 nō agit ſine motu tum ſuimet, tum rei, in quam agit. 366 non ſubijcitur vitæ, vt ſubſtantia accidentibus. 21. non poteſt moueri in inſtanti. 623. non prodit ab anima. 74. quomodo ſit prius anima. 74 non eſt perfectio ſuimet. 74 non eſt perfectio ſimpliciter 74 eſt imperfectum quid ab alio perfectibile. 74 quando primum vitam ſortiatur. 55 vitam ſortitur ab anima. 375. actu viuens eſt poſterius anima. 18 tribus modis ad animam refertur. 15. in potentia vitam habēs quodnam ſit Ariſtoteli. 15. in potentia ad vitam non eſt ſimiliter in potentia ad animam. 55 idem verum, & quomodo ſit in potentia ad animā, & ad vitam. 51. habens vitam in potentia habet animam in actu. 55. habens actu animam quomodo dicatur habere vitam in potentia. 174. potentia viuens primum ſit actu viuēs, deinde vitæ actiones obit. 127. quodnam denominetur viuens ab anima. 187. in relatione ad animam eſt principium mere paſſiuum. 187 non continetur ſub eodem genere proximo cum anima. 218. vitæ particeps quomodo ſit ſubſtantia compoſita. 445. vt pars compoſiti viuentis non viuit. 220. organicum ex ſe habet vitam in potentia. 167 organicum quodnam ſit. 17. inſtrumentale idem eſt ac corpus potentia vitam habens. 594 cui anima ineſt, duplex eſt. 16. a corpore penetrari nequit. 760. ex ſe propenſionem habens ad animam materialem quodnam ſit 327. viuentiū ſublunarium nititur materia prima. 346. opacum in lumine poſitum non ſemper vmbram facit. 83. idem ſibiipſi vmbram non facere, ſed alijs 768. non fatigari. 737. cæleſte qua ratione ſit intelligens. 266. eſt organicum. 723 ex ſe eſt corpus naturale vitam habens in potentia. 723

Corruptio quid ſit eſſentialiter. 201. quid per ſe primo deſtruat, & quid ſecundario. 191

D

DÆdali ſtatuæ volantes quomodo mouerentur ab extrinſeco. 318

Dæmon aſſumpto corpore non conſtituit in eſſe viuens niſi æquiuoce. 251. quomodo loqui valeat. 687

Decrementum eo perducit animantia, vt vitæ munia probe obire nequeāt. 360. quomodo ſit mera paſſio. 361. eſt paſſio corporis viuentis a calore, & externis iniurijs. 359. eſt paſſio tēdens ad interitum. 359. non eſt functio vitæ. 359. cui proprie conueniat. 360. cur maxime vigeat in ſenectute. 360. non perficere, ſed labefactare animata. 360. lædit actiones vitiando inſtrumenta. 360 a viuente non deſideratur, ſed abhorretur. 360. eſt vitæ indicium, non vitæ actio. 635. eſt morbus, ſiue præuia diſpoſitio ad morbum, ſiue ad mortem. 359. animatorum quo differat a decremento inanimati. 634

Definitio non eſt eiuſdem per ſeipſum. 15. explicat eſſentiam, non vocem, ſeu nomen rei. 291. exacta eſt oratio explicans totam eſſentiam non partem ſolum. 166. totam eſſentiā explicans materiam, & formam continere debet. 156. rei naturalis cur nō ſit tradenda ſine materia. 29. conuerti, ac reciprocare debet cum definito. 250. animæ quæ, & cur ab Ariſtotele repudiata 666 quotuplex, quæue ſit. 253. tradenda ſemper eſt per priora, cauſſas, & eſſentialia 18. eiuſdem rei quomodo tradi poſſit per varias voces. 593. quando ſynonima, & repetitiones admittat, & quando non. 593 quando reſpuat particulas, &, aut, vel, ſiue, & quando non. 592. conſtitui debet ex proprijs, non ex communibus. 250 vna cur quampiam notificare nequeat, 289 vna quas res manifeſtare valeat. 289. quas res in ſe admittat. 201. in quo conſtitutam habeat ſui perfectionem. 593. exquiſita quodnam habeat munus pro-

NNNNN 2 prium.

prium 279. phantaſiæ ab Ariſtotele tradita non eſt per effectus 160. vitæ qua methodo inueſtiganda, & vnde haurienda. 299 vitæ non per animã ſolum, ſed etiam per corpus tradenda eſt. 297. vitæ vegetalis ſpeciatim vnde nobis innoteſcere poſſet. 376
Deliberare eſt eligere cum ratione vnũ e multis propoſitis. 402. in homine ſupponit diſcurſum 402. in voluntate abſtracta non ſupponit diſcurſum. 460 quam cognitionẽ ſupponat 460
Dendrachates lapis vnde nomen ſumpſerit. 574 defoditur in Etruria prope Bargam oppidum. 574. arborum iconibus inſignitur. 573
Denominatio cuiuſq; fieri debet a forma. 591
Determinatio cuiuſque rei fieri a forma. 591
Dei ſcientiam habere poſſumus ex principijs proprijs. 503. operatio qualibet eſt tota ſimul, nec tempore menſuratur. 81, operationes fiunt gratia ſui. 523. perfectio eſt nil poſſe illius notitiam ſubterfugere. 530. virtus non ſuſcipit intenſionem, aut remiſſionem, aut partitionem 820 virtus vbique tota eſt, & immenſa. 820. vigor a nullo coarctari, aut limitari poteſt. 820. virtus a rebus non recipitur. 821. vigor infinitus eſt in qualibet Dei operatione. 819. virtutem ſe ſe rebus exhibere pro modo illarum, quomodo verum ſit. 819. virtus in ſe continet res omnes 821. virtus eſt ipſe Deus 821. natura immenſa eſt, & infinita. 800. eſſentia eſt forma, & actus perfectiſſimus. 806
Deo quomodo conueniat vita. 65 propinquiora cur dicantur ſublimiori loco ſita 806. quo quid propinquius eſt, eo nobiliorem naturam ſortitur. 475 qui vbique eſt, cur adſcribatur ſedes ſupra cælorum orbes 806. cuncta præſentia ſunt, nihil præteritum, nihilue futurum. 799. cuncta præſentia cur ſint. 524. quæ præſentia ſunt in ipſo, eadem in eo cuncta non ſunt alijs præſentia. 799. cur omnia præſentia ſint, non item alijs mentibus. 800 coæternas non eſſe alias Mentes. 800. & ſequent.
Deus quomodo ſit vita ſempiterna. 65. eſt anima totius Mundi. 810 eſt forma aſſiſtens ſingulis mundi partibus. 812. ſemper operatur. 57. non mouet phyſice, ſed metaphorice. 448. mouet cælum vt finis, mediantibus ſecundis Intelligentijs 818 non mouet cælum immediate, vt efficiens. 818 non eſt phyſice mouentum primum mouens 753 non eſt Mens rotatrix primi mobilis 753 eſt omnino incorporeus, & immobilis. 312. eſt vbique per eſſentiam 812. in aſſigna do nobis angelo cuſtode non pendet ab aſtro dominante 786 præſens eſt omnibus mundi partibus. 805. quomodo cognoſcat omnia diſtincte, ac perfecte. 524 cur omnia cognoſcat non recipiendo ſpecies. 525. ſi cognoſceret per ſpeciem, cur vileſceret, quum mens noſtra ſic perficiatur. 526 eſt intellectus, intelligibilis, & intellectio. 503 ſolus noſcit futura. 801. ſolus eſt ſcrutator Cordium. 782 quomodo poſſit alijs notas facere cogitationes hominum. 801. quomodo differat ab Intelligẽtijs ſecundis in contemplatione ſublunarium 527. omnia ſemper diſtincte intuetur 530 vnico actu ſeipſum, & in ſe manens cuncta ſimul cognoſcit. 524. continue obit munia voluntatis, & intellectus 249. caret materia, & potentia. 503. eſt actus puriſſimus. 453 eſt actus ſimpliciſſimus. ac perfectiſſimus 520 eſt ſumme actus 525. eſt impartibilis. 525. quomodo a Pythagora definiatur. 517. quomodo ſit primum Ens. 753. omnium cauſſa exiſtit 524 quomodo ſit præſens toti mundo, & ſingulis mundi partibus 812. cur toti orbi aſſiſtat, non vni tantum ſphæræ appropri etur 465 ſolum mouet vt optimus, hoc eſt ſub ratione finis. 754. mouet vt intelligibilis, & appetibilis. 754. cur moueat cælum vt intelligibile,

Digitized by Google

bile, & concupiſcibile. 447. gubernat, & moderatur vniuerſum. 447. eſt mundi forma, & anima. 467. mundũ conſeruat momento æternitatis. 458. eſt ſumme bonus. 465. quo differat a materia prima. 165. ſolus eſt immenſæ naturæ, ac poteſtatis infinitæ. 465. ab initio cuncta creauit 816 phyſice agens vtitur miniſterio cauſſarum ſecundarum 816. quando, & quomodo generet hominem ſine ſemine, & quando non 816 eſt agens ſupranaturale phyſice agens 816. eſt independens a quo cuncta dependent. 519. quomodo ſit omnium menſura 516. ſuam virtutem ad placitum applicat ad opera varia. 819 eſt id quodcunque eſt. 514. eſt forma omnium quæcunque ſunt. 811. complet vniuerſum 516. in omnia ſe ſe diffundit. 514. omnia ſuo numine replet, ſua poteſtate fouet, ſua ſapientia moderatur. 516. ita eſt vnus vt nulla ratione plures Dij eſſe valeant 532. quomodo habeat imperium totale ſupra ſui vigorem 819. concedit cuique homini angelum cuſtodem a veteribus Dæmonem vocatum. 785. nihil agit propter finem externũ 793.

Differentia vitæ primia quæ ſit. 444 vitæ cæleſtis generatum quotuplex, quæue ſit 465. rerum eſſentialis a quo actu ſit deſumenda. 313. rerũ a quot, quibuſque fontibus deſumenda 164

Diſcrimen inter animam informãtem, & nautam. 194 eſſentiale viuẽtium, & nonuiuentium quomodo inueſtigandum. 299

Diſcurrere quid ſit. 409. quomodo ſit functio hominis, & mentis, non ſenſus 713. an ſit actio ſenſus cooperantis cum mente 710. quot modis fiat. 409 ad quam facultatẽ pertineat. 232

Diſtinctio rerum quotuplex, quæue ſit. 31. rationis ſufficit ad hoc ne idem prædicatum dicatur de duobus 31. rationis ratiocinantis quænam ſit. 31. rationis ratiocinabilis, definitionis, & a parte rei coincidunt. 32. a natura rei parum diſtat a diſtinctione rationis ratiocinatæ. 32

Diſtinguere vniuerſalius eſt quam conſtituere 164. cuius proprium ſit. 273

Diuiſio ſupponit differentias. 40. quibus naturis aptetur. 40

Diuina recte Ariſtoteles extra cælum poſuit indicans ea non indigere loco. 476. ſilentio ſunt admiranda. 444. ſunt inalterabilia, & inſeneſcibilia 476. ſunt impaſſibilia. 476

Dociles hominum qui ſint, & qui non. 408 belluarum quæ ſint, & quæ non. 382

Docti multum pollent reminiſcentia, parum memoria. 655

Dormientes perfectum eſſe non habẽt vt vigilantes. 129. qui rideant 135. qui ambulant. 559 qui ſine ſomnio vident eo modo, quo qui vigilant. 560 qui reſurgant ſine ſomnio. 559. qua tales inuicem non differunt. 134

Dulce non idem cuique eſt ſecundum naturam. 392

Duratio Mũdi tempore admetitur. 458

E

EAdem res quomodo poſſit habere varias definitiones. 223

Eclypſis Solis a nube 770

Effectus quando in definitione ſumendi, & quando non. 153. naturales euenuint vel ſemper, vel vt plurimũs 628. cui conueniunt, illi competunt. a cauſſa tum proxima, tum remota. 168 vnde habeãt ſui varietatem 501

Efficiens naturale gubernatur a motu cæli. 234. labore feſſum reficitur quiete. 358. corporeum nil agit niſi tangendo, & mouendo. 175 actionẽ habet nonniſi circa patiens. 824

Electio voluntatis humanæ ſupponit diſcurſum. 460

Elementa non habere calorem innatũ. 329 eſſe inanima, etſi gaudeant præſentia animæ Mundanæ. 240. ſunt partes mundi. 813. nec pura, nec impura eſſe poſſe alimentum. 643 in vniuerſo ſunt proportionata humoribus in animali. 240. non mouentur

niſi fuerint extra ſuum locum. 733. dum fiunt, mouentur a generante; ſed facta, a remouente prohibens. 733 non moueri a ſeipſis. 733 non habere partem mouentem diſtinctã a mota. 733. non generant quid ſibi ſimile. 601

Enaſcens caprificus lapidem ſcindit tẽpore, non momento. 623

Energia quid ſit. 100

Ens quomodo ſit vox æquiuoca. 46. triplicis generis. 46, tranſcẽdens quid ſit. 40. tranſcendens eſt ſimplex. 40. tranſcendens differt ab ente diuiſo in decem prædicamenta. 47. diuiſum in decem prædicamenta eſt compoſitum. 40 quibus differentijs recipiant inferiora: 40. quod nulli eſt ſubſtantiæ, ſed cuique ſubſtantiæ ſuperadditum, quodnam ſit. 46 quod ſignificat eſſentiam quidnam ſit 46 quod non faciat compoſitionem. 44. quod dicitur exiſtentia quodnam ſit. 46

Entia omnia quo inuicem differant, & quo conueniant. 248

Entelechia perfectior eſt eo, cuius dicitur entelechia. 210

Epiſodia quo diffideant, & conueniant cum fabulis. 697. poematis Epici poſſunt fieri fabulæ tragicæ. 698

Error quid ſit, & ad quam Mentis actionem pertineat. 413

Eſſe percurrit omnem naturam 717. in quauis re duplex eſt 39. differt multum ab ipſo agere. 46. prius eſt ipſo agere 63. prius eſt facultate operandi. 202. prius eſt aptitudine ad operandum. 19. viuentibus ſubſtantia eſt. 314. viuentibus aliter de vita, aliter de anima prædicatur. 104. animatorum eſt communis notio vitæ 272. eſt terminus ad quem tendit generatio. 63. omnino eſt eſſe perfecte. 129. perfecte eſt fungi ſuo munere. 129. alicui tribuens eſt eo prius. 107. vnicuique eſt a propria forma 717

Eſſentia quæritur per quæſtionem quid eſt 43. eſt quid quo differunt a ſe ſingula 248. quodnam eſſe ſit. 40. eſt ens analogum, quod partitur in decem prędicamenta 41. non vbique eodem modo differt ab eo, cuius eſt eſſentia. 32 quomodo differat ab eo, cuius eſt eſſentia. 31. Mentis abſtractæ eſt quid perfectius quam ſit vita. 239. compoſiti naturalis a materia, & forma ſimul dependet. 28. viuentibus omnibus non eſt communis vniuoca, ſed analoga. 163. viuentis quomodo differat a viuente. 44. viuentis non ab anima ſola, ſed a corpore quoque dependet. 153. qua methodo reperiatur. 289

Exempla in phyſicis infimum præbẽt argumentum ad fidem faciendam. 75. non habent vim probationis 194

Excrementum duplex. 644. quod proprie ſit excrementum. 644

Exiſtentia quomodo quęritur 43 vnius rei longe differt a coexſtentia multarum. 596. vnius poteſt complere eſſentiam alterius 596. longe differt ab eſſentia. 43 quomodo non differat ab eſſentia. 596. eſt prior quam eſſentia. 39 eſt commune tranſcendens indifferenter conueniens omni enti. 139

Expulſio excrementorum duplex 642. excrementi non eſt ſemper functio animæ vegetalis. 643. ſeminis cuius facultatis ſit operatio. 644

F

FAbula eſt principium, ac velut anima Poematis 4.6. non eſt in poemate vt fundamentum in ædificio. 694 quomodo determinet Poemata 696. viuificat materiam Poematis 696. vnius poematis an vna ſit, an multiplex 698. quomodo ſit finis poematis 695. quid proprie ſit. 694. eſt opus Inuentionis 416

Facultas eadem poteſt diuerſa efficere. 151. non eſt idem cum facultatum conſeruatione. 196. animæ non conſeruat, nec tuetur animam. 199 idem reipſa eſt cum animę ſubſtantia. 80. corpori pręſtat vt ſit poteſtate tale, non actu. 81, nõ prodit ab anima. 84.

vbique comitatur eſſentiam animæ. 89. non eſt quid materiale, vel corporeum. 88. non pendet ab elementis 88 æque ineſt in ſingulis partibus corporis, vt eſſentia animæ. 89. non tranſmittitur ab vna parte corporis in alias. 88. cur non omnis operetur in ſingulis partibus 89. quotuplex, quæque ſit apud Medicos 86

Fatigatio eſt affectio totius animati, ac etiam animæ. 738. eſt affectio compoſiti magis quã animæ 739. eſt proprie affectio agentis qua agens eſt. 735 eſt tractus ille quo ducimur ad laſſitudinem 747 eſt deficientia virtutis mouentis. 747 non oritur a reſiſtentia paſſi. 745. oritur primo, & immediate a materia. 747

FEDERICI PENDASII laus. 447

Felices quomodo dimidia vitæ parte non differant a miſeris. 134

Felicitas quomodo dicatur eſſe vita. 176

Femina ex ſe generare nequit. 367. eſt læſio, & detrimentum naturale Ariſtoteli. 638. quomodo ſit maſculo imperfectior. 366. eſt impotentia quædam, ſiue mas infirmus. 638 eſt mas læſus, & imperfectus. 638 in maſculum an mutari poſſit. 638

Fetus hominis in vtero non habet animam vegetalem ſine ſentiente 396. quomodo dicatur viuere. 357 an ſemper viuat vitam hominis. 396. viuit dum organizatur. 396

Fieri quomodo præcedat ipſi Eſſe, & quomodo ſit ſimul cum eo. 63

Fingere quid ſit, & ad quas animæ facultates pertineat. 415

Finis hominis duplex 695 qui debeat cognoſcere actionem agentis, & qui non. 672. cuius gratia duplicis naturæ. 672. potentiæ, ac facultatis cuiuſque eſt operari. 332. mouet metaphorice, non phyſice. 449. formæ differt a fine totius eſſentiæ. 27. formæ cuiuslibet quinam ſit. 54 mouet agens qua agens eſt. 824. cuius gratia data ſuis viuentibus nutritio; non eſt inſtauratio deperditi 336. vera nutritionis quinam ſit 601. quo ignis comburit humidum, non eſt vt diutius conſeruetur 601. ſed vt deſtruat ſibi contraria. 602

Finiti ad infinitum nulla eſt proportio. 820

Forma eſt appetibile quid, bonum, ac diuinum. 806 eſt ratio ipſius quod quid erat eſſe. 519 quomodo ſit ipſum quod quid erat eſſe. 508. eſt quidditas eius, cuius dicitur eſſe forma. 811 quomodo ſit duplex in quouis compoſito 551 duplex acquiritur in generatione animalis 630. quomodo definiatur generatim. 7. ſubſtantialis an habeat partes, ſiue diuiſibilis, & quomodo. 621. immediate conſtituit eſſentiam. 44. eſt tota res 519 dat eſſe, ſiue conſtituit in eſſe id, cuius eſt forma 141. non eſt cauſſa exiſtentiæ. 44 eſt ratio cognoſcendi, & intelligendi. 46. quomodo referatur ad materiam, & quomodo non. 590. quot, quibuſque modis abſolui queat a materia. 427. vbique ſuæ naturæ proportionatã materiam poſtulat. 302. completa ſui eſſentiam impertitur ſingulis ſubiecti partibus. 811. duplex, totalis, & partialis 22. non ſit ſimpliciter, ſed in alio. 621. continet corpus ſibi ſubiectum. 517 complet. 516. eadem permanet ſemper in viuente 140 geniti non præextitit ante actum generationis 140. dans eſſe quænam reuera ſit. 717. dans eſſe vniuerſalior eſt actu primo. 716 dans eſſe commune quid eſt omni formæ, etiam artificioſæ. 717. informans omnis mouetur per accidens ad motũ ſubiecti 323. completa nunquam eſt ſine ſubiecto corpore. 720 quænam propriè dicenda ſit. 720. miſti inanimati eſt temperamentum. 613. quid præſtet 720 per ſe primo, & eſſentialiter inexiſtit in ſubiecto ſuo. 720. quas habeat conditiones 720. quomodo adiungatur corpori. 325 quid in ſubiecto deſideret. 332. quomodo ſit in corpore. 325. elementi cur

non

non fatigetur in motu elementi. 733. eſt principium paſſiuum, nō actiuum motionis. 733. habet duo genera partium. 622
Formæ coætuæ, quarum vna ab alia pendet, ſunt diuerſæ ſpeciei. 513. inuicem ſubordinatæ ſunt diuerſæ ſpeciei. 512. quarum vna aliam perficit, ſunt diuerſæ ſpeciei. 512. diſſimiles operationes habentes, ſunt diuerſæ ſpeciei. 512
Formatio partium viuentis eſt operatio vitæ vegetalis. 362
Foſſilia non nutriuntur. 570. ſunt inanima, & nonuiuentia. 301. quomodo creſcant 584. non habent determinatam vbique figuram, & cur. 303. cur habeant varias imagines, & figuras. 573. 574
Francisci Bonamici laus. 410
Frigore concreta fuiſſe, quæ calore liquantur. 302
Fuligines quo nomine dicantur excrementa. 644
Fruſtra quæ ſint in rerum natura. 253
Fundamenta obtinent rationem materiæ. 694. ſunt partes integrales, non eſſentiales. 694
Fundamentum Naturæ quomodo nihil habeat diſtinctum. 565
Futura ſoli Deo cognita ſunt. 781. quomodo reuelentur a Deo alijs Mentibus. 781. a quo prænoſci valeant. 498. non certo prænoſcuntur ex obſeruatione cæleſtium. 498. non habent ſui ſeriem deſcriptam in animis ſiderum. 781

G

Galeni experimentum expenditur. 552
Genera ſuis ſpeciebus nomina dare, ac definitiones. 327
Generans eſt agens corporeum. 2.5
Generare eſt agere. 607
Generatio eſt motus in tempore. 610. quomodo ſit motus inter contradictoria. 611. eſt quiddam mediū Ariſtoteli inter eſſe, & non eſſe. 612. pertinet ad cathegoriam ſubſtantiæ. 612. animalis eſt actio diuerſa a formatione partium. 630. eſt proprie compoſiti, non formæ. 621. cui proprie competat. 606. ſui ſimilis quorum ſit actio, & quorum non. 366. eſt functio vitæ. 606. non eſt eius quod ſtatim corrumpatur. 347. quomodo ſit perfectiſſimum opus Naturæ. 373. morti oppoſita non eſt nutritio. 139. animali competit qua vegetans. 363. omnium viuētium eſt functio vnius facultatis. 618. propria viuentium quæ. 603. ab agente æquiuoco communis eſt animatis, & inanimatis. 604. plantarum varia tum naturalis, tum artificioſa. 354. prolis cuius animæ ſit operatio. 363. quibus particulis indita. 354. quomodo ſit coextenſa corpori, & quomodo non. 369. multorum eſt generum. 603
Gubernatio mundi quomodo ſit actio diuiſibilis, & temporaria. 458. quomodo ſit actio corporea. 458. eſt paſſio gubernati perfectiua. 458
Gubernator quomodo ſit forma nauis. 194
Guſtū in ſomno ſapores percipere. 561
Gutta quomodo cauet lapidem. 622

H

Habentia in ſe potentiā intelligendi, & ſentiendi, nō omnia viuere. 177
Habitus eſt duum generum. 588. ex frequentatis actibus ortus, eſt de genere qualitatis. 588. a quo actiones prodeunt, poteſt eſſe de genere ſubſtantiæ. 588. abſolute eſt genus analogū, ſeu æquiuocum. 589. cui opponitur mors, tanquam priuatio, quid ſit. 191. Mentis abſtractæ quot, quæue ſint. 457. Mentis humanæ quot, quæue ſint. 651
Hepar non eſt ſine vita. 91
Homerus laudatus cur ſit ab Ariſtotele. 702
Homo vnius animæ beneficio ſingula obit vitæ munia. 712. in ſingula ſua functione non vtitur omnibus facul-

tatibus animæ. 713. quidquam mouere cur nequeat ſola intellectione. 740. cur poſſit ad libitum ab omni functione vacare, non item Intelligentia. 530. intelligit entia exacte ſecundum eſſentiam, ſed per ſpecies. 461. non ſemper contemplatur. 71. vigilans poteſt ab omni opere feriari, vt dormiens. 127. ſi cælum mouere poſſet, diuturno motu fatigaretur. 745. plerunque neſcit quodnam de propoſitis ipſe ſit electurus. 782. quo differat a brutis vniuerſis. 650. quo cõueniat cum brutis perfectioribus 650. quomodo Ariſtoteli dicatur eſſe Intellectus. 704. non eſt idem cum eo, quod dicitur homini eſſe, Ariſtoteli. 33. quomodo ſit brutis, & plantis viuacior, & quomodo non. 344. non eſt anima. 703. vtroque ſexu carens mas, an femina dici debeat 207. quo conueniat cum vniuerſo brutorum genere. 650. viuit per animam rationalem. 331. natus non poteſt vitam variare. 146. non ideo viuit per ſe primo quia vegetalis anima maneat vnita corpori. 261. in diuturna ſpeculatione defatigatur. 507. acephal⁹ habẽs faciẽ in pectore. 90. cur ſignificare cogatur alteri ſuos conceptus. 801. perfectiones, quas habet cum brutis, eiuſdem generis habet. 658. cur habeat cauſſam efficientem proximam duplicis naturæ. 816 qui melius diuinetur in ſomnis. 336. quomodo generetur in vtero. 63. honeſtus. & bonus cur antecellat prauos in dimidia vitæ parte. 134

Humor radicalis quem vſum habeat. 335 ne conſumatur, duplici via conſuluit Natura. 335. deperditus eſt irreſtaurabilis. 337. quid agat in calorem natiuum. 335. in viuente non eſt conſtitutus in indiuiſibili. 342 quomodo vitam conſeruet. 343. eſt pinguior, & magis aereæ naturæ, quam alimentaris. 336. ad inſtar glutinis calorem corpori alligatum retinet. 335. radicalis, & alimentaris iugiter a calore abſumitur. 337. non omnis calorem deorſum retinet, ſed pinguis. 335. niſi a calore abſumatur nõ indiget eo, quod calorem a ſe auocet. 341

Humoris, qua humor eſt, proprium eſt lentor, & partium continuitas. 483

Humores non eſſe animatos 240

Hyeme cur aer craſſior quã æſtate. 763

I

IDem vbique principiũ eſt, quo quid eſt, & quo quid agit. 119. an vbique ſit diſtinguens, & conſtituens 164

Identitas, & diuerſitas numerica, & ſpecifica, vnde oriantur. 706

Idola eſſe deſierunt alio corruptionis genere, quam per mortem 277. reſponſa ferentia non viuere niſi æquiuoce. 251. non moueri motu phyſico. 318. qua ratione loqui valeãt. 687

Ignis non generat nouum ignem ſibi ſimilem. 600. cur vulgo dicatur nutriri, & augeri humore Combuſtibili. 601. a quo excitetur ad comburendum. 12. cur habeat actionem ſimiliorem nutritioni, & augumento, quam generationi. 601. non augetur, nec vere nutritur. 601. a ſeipſo multiplicari nequit in multos ignis numero diuerſos. 607. creſcit in immenſum, ſi adſit combuſtibile. 233. ob cæli motum circulo aſſiduo rotatur. 483. quomodo quotidie deſcendat a ſua ſphæra ad regionem noſtrã. 483. in miſto habet rationem formæ 333. cur inter alia elementa ſit maxime forma. 806

Ignorantia praua ad quã mentis actionem pertineat. 413

Illuminatio perſpicui eſt mutatio ſpiritalis. 626

Imaginari quid ſit, & quotuplex. 383

Imaginatio vnde dicta ſit 383

Imago eſt minoris perfectionis eo, cuius eſt ſimilitudo. 310

Immortali, & corruptibili commune quid eſſe nequeat. 714

Imperfectio rebus omnibus ab vna materia eſt. 301

Digitized by Google

non fatigetur in motu elementi. 733. eſt principium paſſiuum, nō actiuum motionis. 733. habet duo genera partium. 622
Formæ coæuæ, quarum vna ab alia pendet, ſunt diuerſæ ſpeciei. 513. inuicem ſubordinatę ſunt diuerſæ ſpeciei. 512. quarum vna aliam perficit, ſunt diuerſæ ſpeciei. 512. diſſimiles operationes habentes, ſunt diuerſæ ſpeciei. 512
Formatio partium viuentis eſt operatio vitæ vegetalis. 362
Foſſilia non nutriuntur. 570. ſunt inanima, & nonuiuentia. 301. quomodo creſcant 584. non habent determinatam vbique figuram, & cur. 303. cur habeant varias imagines, & figuras. 573. 574
Francisci Bonamici laus. 410
Frigore concreta fuiſſe, quæ calore liquantur. 302
Fuligines quo nomine dicantur excrementa. 644
Fruſtra quæ ſint in rerum natura. 233
Fundamenta obtinent rationem materiæ. 694. ſunt partes integrales, non eſſentiales. 694
Fundamentum Naturæ quomodo nihil habeat diſtinctum. 565
Futura ſoli Deo cognita ſunt. 781. quomodo reuelentur a Deo alijs Mentibus. 781. a quo prænoſci valeant. 498. non certo prænoſcuntur ex obſeruatione cæleſtium. 498. non habent ſui ſeriem deſcriptam in animis ſiderum. 781

G

Galeni experimentum expenditur. 552
Genera ſuis ſpeciebus nomina dare, ac definitiones. 327
Generans eſt agens corporeum. 2.5
Generare eſt agere. 607
Generatio eſt motus in tempore. 610. quomodo ſit motus inter contradictoria. 611. eſt quiddam mediū Ariſtoteli inter eſſe, & non eſſe. 612. pertinet ad cathegoriam ſubſtantię. 612. animalis eſt actio diuerſa a formatione partium. 630. eſt proprie compoſiti, non formæ. 621. cui proprie competat. 606. ſui ſimilis quorum ſit actio, & quorum non. 366. eſt functio vitæ. 606. non eſt eius quod ſtatim corrumpatur. 347. quomodo ſit perfectiſſimum opus Naturæ. 373. morti oppoſita non eſt nutritio. 139. animali competit qua vegetans. 363. omnium viuētium eſt functio vnius facultatis. 618. propria viuentium quæ. 603. ab agente æquiuoco communis eſt animatis, & inanimatis. 604. plantarum varia tum naturalis, tum artificioſa. 354. prolis cuius animæ ſit operatio. 363. quibus particulis indita. 354. quomodo ſit coextenſa corpori, & quomodo non. 369. multorum eſt generum. 603
Gubernatio mundi quomodo ſit actio diuiſibilis, & temporaria. 458. quomodo ſit actio corporea. 458. eſt paſſio gubernati perfectiua. 458
Gubernator quomodo ſit forma nauis. 194
Guſtū in ſomno ſapores percipere. 561
Gutta quomodo cauet lapidem. 622

H

Habentia in ſe potentiā intelligendi, & ſentiendi, nō omnia viuere. 277
Habitus eſt duum generum. 588. ex frequentatis actibus ortus, eſt de genere qualitatis. 588. a quo actiones prodeunt, poteſt eſſe de genere ſubſtantiæ. 588. abſolute eſt genus analogū, ſeu æquiuocum. 589. cui opponitur mors, tanquam priuatio, quid ſit. 191. Mentis abſtractæ quot, quiue ſint. 457. Mentis humanæ quot, quiue ſint. 651
Hepar non eſt ſine vita. 191
Homerus laudatus cur ſit ab Ariſtotele. 702
Homo vnius animæ beneficio ſingula obit vitæ munia. 712. in ſingula ſua functione non vtitur omnibus facultatibus

Digitized by Google

tatibus animæ. 713. quidquam mouere cur nequeat ſola intellectione. 740. cur poſſit ad libitum ab omni functione vacare, non item Intelligentia. 530. intelligit entia exacte ſecundum eſſentiam, ſed per ſpecies. 462. non ſemper contemplatur. 71. vigilans poteſt ab omni opere feriari, vt dormiens. 127. ſi cælum mouere poſſet, diuturno motu fatigaretur. 745. plerunque neſcit quodnam de propoſitis ipſe ſit electurus. 782. quo differat a brutis vniuerſis. 650. quo cõueniat cum brutis perfectioribus 650. quomodo Ariſtoteli dicatur eſſe Intellectus. 704. non eſt idem cum eo, quod dicitur homini eſſe, Ariſtoteli. 33. quomodo ſit brutis, & plantis viuacior, & quomodo non. 344. non eſt anima. 703. vtroque ſexu carens mas, an femina dici debeat 207. quo conueniat cum vniuerſo brutorum genere. 650. viuit per animam rationalem. 331. natus non poteſt vitam variare 146. non ideo viuit per ſe primo quia vegetalis anima maneat vnita corpori. 262. in diuturna ſpeculatione defatigatur. 507. acephal⁹ habẽs faciẽ in pectore. 90. cur ſignificare cogatur alteri ſuos conceptus. 802. perfectiones, quas habet cum brutis, eiuſdem generis habet. 658. cur habeat cauſſam efficientem proximam duplicis naturæ. 816 qui melius diuinetur in ſomnis. 336. quomodo generetur in vtero. 63. honeſtus, & bonus cur antecellat prauos in dimidia vitæ parte. 134

Humor radicalis quem vſum habeat. 335 ne conſumatur, duplici via conſuluit Natura. 335. deperditus eſt irreſtaurabilis. 337. quid agat in calorem natiuum. 335. in viuente non eſt conſtitutus in indiuiſibili. 342 quomodo vitam conſeruet. 343. eſt pinguior, & magis aereæ naturæ, quam alimentaris. 336. ad inſtar glutinis calorem corpori alligatum retinet. 335. radicalis, & alimentaris iugiter a calore abſumitur. 337. non omnis calorem deorſum retinet, ſed pinguis. 335. niſi a calore abſumatur nõ indiget eo, quod calorem a ſe auocet. 341

Humoris, qua humor eſt, proprium eſt lentor, & partium continuitas. 483

Humores non eſſe animatos 240

Hyeme cur aer craſſior quã æſtate. 763

I

IDem vbique principiũ eſt, quo quid eſt & quo quid agit. 119. an vbique ſit diſtinguens, & conſtituens 164

Identitas, & diuerſitas numerica, & ſpecifica, vnde oriantur. 706

Idola eſſe deſierunt alio corruptionis genere, quam per mortem 277. reſponſa ferentia non viuere niſi æquiuoce. 251. non moueri motu phyſico. 318. qua ratione loqui valeãt. 687

Ignis non generat nouum ignem ſibi ſimilem. 600. cur vulgo dicatur nutriri, & augeri humore Combuſtibili. 601. a quo excitetur ad comburendum. 12. cur habeat actionem ſimiliorem nutritioni, & augumento, quam generationi. 601. non augetur, nec vere nutritur. 601. a ſeipſo multiplicari nequit in multos ignis numero diuerſos. 607. creſcit in immenſum, ſi adſit combuſtibile. 233. ob cæli motum circulo aſſiduæ rotatur. 483. quomodo quotidie deſcendat a ſua ſphæra ad regionem noſtrã. 483. in mixto habet rationem formæ 333. cur inter alia elementa ſit maxime forma. 806

Ignorantia praua ad quã mentis actionem pertineat. 413

Illuminatio perſpicui eſt mutatio ſpiritalis. 626

Imaginari quid ſit, & quotuplex. 383

Imaginatio vnde dicta ſit 383

Imago eſt minoris perfectionis eo, cuius eſt ſimilitudo. 310

Immortali, & corruptibili commune quid eſſe nequeat. 714

Imperfectio rebus omnibus ab vna materia eſt. 301

Inanimata diminui poſſunt vt viuentia, non tamen vt illa creſcere. 362. quomodo augeantur. 583 non generant ſibi ſimile. 608 gignuntur ab æquiuoco. 608

Inconſtantia quid ſit. 441

Incorporea non conſtitui per ſpecificas differentias. 165

Indicia vitæ quæ ſint Ariſtoteli. 197

Indifferentia quo differant ab analogis. 41

Indiuidua ſunt obiecta communia ſenſui, & intellectui. 681. vide ſingularia.

Infinitum quid ſit 667. an actu dari valeat. 667. actu non omne requirit locum infinitum. 666. a finito comprehendi nequit. 671

Informare eſt ſpecialius eo, quod eſt moueri ad motum ſubiecti. 324

Influentiæ a cælo in ſublunaria quid ſint. 497. non fiunt ſine motu, ac lumine. 476

Ingenioſi reminiſcentia pollent, memoria non valent 655. cur. 655.

Inſomnia quomodo fiant. 383. terribilia, & crebra in quibus magis fiant. 136

Inſpiratio Diuina ſemper fit de rebus ſingularibus. 804. quomodo fiat in hominibus. 804

Inſtrumenta vbique determinantur actione, ac fine. 813. quando ſint inepta ad operandum. 360 vitæ a quo fiant. 209. cur deſinant ſtatim deſinente vita. 211. non conſeruantur proprie dum fiunt. 206. neque antequam formentur. 495 non ſimiliter per totum vitæ ſpacium conſeruantur. 206. ſenſuum interiorum quæ ſint. 384 quomodo ſint cauſſa operationum vitæ. 50

Intellectio non fit niſi coniungatur intellectus cum intelligibili. 423. Diuina quo conueniat cum humana. 519. quomodo ſit fecundiſſima. 523. cur ſemper ſit idem cum Intellectu, & intelligibili. 797. cur differat ab Angelica, & humana. 516. eſt cunctarum præſtantiſſima, & ſimpliciſſima. 523. in abſtractis non differt ab intellectu. 503. Angelica quomodo ſit fecunda. 501. quando ſit diuerſa ab Intelligibili, & quando non. 798 eſt actio tranſiens. 795. quomodo ſit actio ſimplex. 503. eſt perennis & inceſſabilis. 461. Humana ſupponit actionem corporis. 460

Intellectiua facultas in homine duplex. 403

Intellectrix anima quomodo ſe habeat ad hominis eſſentiam. 18 poſt hominis obitum remanet incorrupta. 19

Intellectus humanus melius eſſe habet dum non eſt cum corpore. 431. quo impediatur ne vniatur cum intelligibili. 422. cur opus habeat ſpeciebus ad intelligendum. 423. non vileſcit ex vilium meditatione, ſed perficitur. 502. in diſcurſu particulari quomodo ſeſe applicet ad ſenſus. 710. quomodo non habeat proportionē ad alias partes animæ 738 non patitur eſſentialiter ad paſſiones corporis. 739 eſt forma informans. 665. poteſt in rerum cognitione decipi, & reſipiſcere. 440. cur non ſemper veritatem aſſequatur. 423. ad ſua munia obeunda non vtitur opera materiæ. 406. quas habeat operationes momentaneas, & quas non. 440 quādo ſemper intelligat. 599. quando proprie ſit id quod eſt, & immortalis 431. cur nequeat continue contemplari. 422. materiei adiunctus nō eſt actu intelligibilis. 428. quot modis poſſit a materia liberari. 428. ſeparabilis eſt re a corpore, & alijs formis. 427. poteſt coniuncta ſeparare, & diſiuncta coniungere 427. actu non eſt, ſed in potentia. 526. in corpore latet quaſi medulla intra corticē. 423. quando ſine ſpecie ſeipſum contemplari poſſit eūdem numero. 436. cur, & quando nequeat ſeipſum meditari ſine ſpecie. 433. intelligēdo patitur paſſione perfectiua. 406. quomodo intelligendo agat & patiatur 407 pati poteſt ab obiecto nō recepta eius imagine 682 quomodo patiatur a phantaſmate. 682. noſcit vniuerſa-

lia,&

lia,& ſingularia. 438 alia ratione patiur meditando ſingularia, quam cũ noſcit vniuerſalia 406. cur magis decipiatur circa phantaſmata, quam circa ſpecies vniuerſales. 437 non recipit in ſe phantaſmata 406 quomodo cognoſcat ſingularia in phantaſmatis 406 tanto exactius res noſcit, quãto clariora obtinuerit ſimulacra 438. decipitur ſolum in cognitione diſtincta 424 non intelligit niſi actu intelligibilia 426. non ſpeculatur in vtero. 418

Intellectus humani operatio prima, quę ſit, & quomodo fiat. 408 ſecunda quotuplex, quæue ſit 408. tertia quot, qualque habeat ſpecies. 409 quarta quot, qualque habeat ſpecies. 412

Intellectus Agens cur agens dictus. 404. nil recipit, nec patitur vllo modo. 404 vnam ſolum habet operationem 404. quam actionem habeat 684. an operetur ante quamlibet meditationem. 684. operatur circa phantaſmata. 404 quid agat circa phantaſmata 404. quomodo educat ſpeciẽ de phantaſmatis 438. quomodo agat in externa. 405

Intellectus Poſſibilis eſt ille, qui conſeruat ſpecies quaſi locus 656 nihil in ſe habet quod agentis actionem ſubterfugiat 656 quomodo Ariſtoteli dicatur corruptibilis, & immortalis. 432. cur paſſiuus, & poſſibilis vocetur. 405. quomodo fiat id, quod intelligit. 683 quomodo ſit materialis. 682. in omni ſua functione circa ſpecies vniuerſales, & phantaſmata verſari poteſt 405. quot, quaſue habeat operationes ſpeciatim. 405. eſt ſine quo nihil intelligit homo. 432. noſcit diſcrimen inter vniuerſale, & ſingulare. 439 in hac vita cur non ſemper intelligat Ariſtoteli. 599. in corpore cur non ſit Intellectus abſolute, ſed paſſiuus. 431 in corpore intelligibilis eſt ſicut cetera intelligibilia 433. cur ſeipſum nequeat intelligere per phantaſmata. 437. quomodo ſemetipſum intelligat. 433. quot mala patiatur ex commercio cum materia. 422. a corpore ſeparatus ſeipſum ſine ſpecie aſſidue meditatur. 418 non intelligit recipiendo, nec patiendo. 432

Intellectuum genera tria 530. perfectiores qui minus a ſpeculatione vacant. 530 qui nequeat intelligibilia præſentia non meditari. 529

Intelligentes quinam ſint. 655. quoſnã oporteat in longa ſpeculatione fatigari 507. phantaſmata ſpeculari vti ſit neceſſarium. 423

Intelligentiæ non includunt potẽtiam, ſed ſunt actus puri. 453. quomodo aſſiſtant cælo. 451. cœlo non inſunt, ſed adſunt, ac præſunt 322. vtuntur cælo vt inſtrumento ad gubernanda ſublunaria 749 ad operandum non vtuntur organo materiali 458. quomodo cælum moueant ſub ratione intelligibilis, & concupiſcibilis. 446. ſe ſe porrigunt ad mobile, non hoc ſe conuertit ad illas 823. ſuperiores aſſiſtere nequeunt orbibus inferioribus 471. inferiores nequeunt viuificare, nec mouere cœlum ſuperius. 471. nobiliores nobilioribus cælis aſſiſtunt ob motum digniorem. 490. motu non impediuntur quominus aſſidue contemplentur. 477 ſecundæ cur dicantur mouens omnium primum. 752. quomodo ſint mouens penitus immobile. 752. non poſſunt ſingulæ omnia vnica functione meditari. 511. an habeant habitũ ſcientiæ 456. vnica functione noſcunt ea, quæ nos pluribus. 461. ſimplici apprehenſione complexa, & incomplexa percipiũt. 461. cur in ſocijs noſcant proprios conceptus, non item noſtros. 803 non amittũt habitus ſemel acquiſitos 670 mouentes quodnam habeant mobile ſibi reſiſtens. 746. quo inuicem ordine oppoſitæ. 487. perfectiores gradatim aſſiſtunt orbibus ſuperioribus. 487. corporea ſede, aut loco non indigent. 476. cur orbes moueant 449. cur cæli orbi-

bus aſſiſtant. 496. intelligendo non vtuntur miniſterio corporis 236. non componunt, aut diuidunt. 456. Deū intuentes, in quo ſunt omnia, cur in eo cuncta non cognoſcant 799 cur non moueantur per accidens ad motum orbium. 324. ſemper agunt id, quod norunt eſſe optimum. 742. quo modo ſint formæ dantes eſſe cælo, cui aſſiſtunt. 717 poſſunt inueniri, & definiri a Phyſico 724. ſeipſas intelligunt. 462. ſunt cauſſæ ſublunarium. 462. agunt omnia per intellectum, & voluntatem. 462. quæ habeant naturam, virtutemque finitam. 465. noſcunt omnia ſine ſpecie. 508. noſcunt omnia per ſimplicem intuitionem obiecti præſentis. 511. contemplando ſublunaria non vileſcunt. 502. nō decipiuntur. 460. non mutantur in cognitione. 460 poſſunt ſubijci accidentibus. 789 motrices quot numero ſint. 515. quænam ſingulæ ſint humano ingenio noſci nequeūt 515. quē habeant finē præcipuū 449. ſunt actus puri, & ſimplices, ſed non vt Deus 503. poſſunt vnico actu ſimul plura intelligere. 528. non ſiunt beatiores a ſuimet cognitione, quam rei dignioris. 502. inferiores non æque perfectas actiones habent, ac ſuperiores. 513. quomodo ſint intelligentes, intellectiones, & intelligibiles. 503. ſi cælos mouerent ſola intellectione ſuimet, fruſtra mouerent 743. omnes non æque perficiunt ſubiectos orbes. 515 ſecundæ cur poſſint ad libitum aliqua contemplari, & alia non. 530. quæ obiecta ſemper intelligant. 530. omnes eodem modo coexiſtunt orbibus ſuis. 512 a materia impediri nequeunt, ne rebus vniantur 510. quæ dum externa meditantur non maneant in ſeipſis. 524. ſed foras ſeſe protendunt. 795. vt moueant non ſat eſt ſe noſſe a Deo creatas vt id agant. 744. omnes ſemper Deum ſpeculantur. 799. cur non ſignificent inuicem proprios conceptus. 802. quænam in Deo cognoſcant. 800 cur nequeant exacte cognoſcere Dei naturam. 800. non diſcurrunt cognoſcentes hoc ex hoc. 524. non intelligunt res omnes extra ſe. 524. non intelligunt res omnes ſimul, ſed ſucceſſiue. 524. non cognoſcunt futura. 524. non ſunt ſimul vbique præſentes. 528. cur nequeant in ſeipſis manendo cuncta dignoſcere. 524. ſingulæ determinatas mundi partes gubernant. 458 mouent orbes effectiue. 449 quomodo ament orbes ſuos, & cupiant eorum conſortium. 449 amant Deum, & cupiunt ſe illi ſimiles reddere. 449. cur, & quomodo Deo ſimiles fieri cupiant, & valeant. 447. quantum roboris impendant in motu ſuæ ſphæræ. 466. cur vni tantum corpori ſigillatim approprientur. 466 quomodo gubernent rerum vniuerſitatem. 458. cur non cognoſcant omnia ſimul 511. quomodo ſe habeant in omni ſua meditatione. 529 ſunt æternæ, & immutabiles 450. cum hominibus non habent mutuum commercium, vt inter ſe. 802. non habent naturale commercium cum materia 461. ſemper ſpeculantur ſine labore 507. cur ſemper intelligant, & potiſſimum ſeipſas. 528 duas tantum habent facultates operandi, & quas 454. quomodo nobis ſuos conceptus ſignificēt. 803. cur dicantur actus primi corporum cæleſtium. 718. cur non ſint formæ informantes. 718 quomodo ſpectēt ad Phyſicum, & Metaphyſicum. 724. quomodo promoueant in vſum habitus prudentiæ, ſapientiæ, & artium. 463 a motu cæli nil patiuntur. 477. ſuperiores ſe ſe communicant inferioribus. 509. cur non agnoſcant omnia præſentia. 528 non ſunt indefatigabiles quia mobile illis non reſiſtat. 745. poſſunt a motu orbis quieſcere, vt olim contigit 741. inferiores perficiuntur a ſuperioribus. 513. ſunt ſubordinatæ ad ſuperiores. 513. habent actiones tranſeuntes, non immanentes. 795. non mouent orbes intelle-

intellectione ſola. 740. mouent intelligendo ſimul, & amando. 744. nõ ſunt indefatigabiles quia moueant per intellectionem. 739. mouent libere. 741 non intelligunt quid petat homo in oratione Mentali 803. neſciũt ad quod ſe determinare debeat humana voluntas 782. non præſciunt quæ ab humana voluntate prodiˈtura ſunt. 782. non phyſice, ſed metaphorice a Deo mouentur. 753 differunt inter ſe ſpecie, non numero ſolum. 512. mediantur omnia, tam cæleſtia, quam ſublunaria. 462. ex ſe non viuunt phyſice, ſed eminentius. 65. quomodo viuant. 228

Intelligere eſt functio animæ 220. non eſt motus metaphyſicus. 248. eſt perfectio mẽtis. 431. Diuinum eſt actio immanens. 797. Angelicum quomodo ſe habeat ad Diuinum 503 quo conueniat cum Diuino. 797 quomodo ſit actio vitæ, & quomodo non. 238 non ſupponit actionem ſenſus, vt noſtrum 460 humanum eſt accidens. 508. non vtitur corpore. 238

Intelligibile quid actu ſit, & quid poteſtate. 426 quomodo ſit per formam 550. non eſt ſolum quia intellectu dignoſci valeat, ſed aliter. 680 actu eſt tum phantaſma, tum ſpecies vniuerſalis 426. dũ ab homine meditatur habet rationem agentis. 796. dum ab Intelligentia, eſt vt materia, & patiens. 796

Intelligit homo, non anima, neque corpus 220

Intelligitur omne, quod intelligitur, per modum intelligentis. 799

Inter actum primum, & ſecundũ quid mediet. 193

Inuentio Poetis ſumme neceſſaria. 415. quid ſit. 416

IOANNIS COSTAEI laus. 377

IO: BAPTISTAE STROZZAE laus. 705

IO: RICARDI LANGVSCI Comitis Stroppianæ laus. 573

Iouis aſtrum proprium motum circulo claudit anno duodecimo. 480 quem colorem habeat. 495

Iraſcibilis anima dicitur ſentiens a Peripateticis. 91

Iuſtitia Humana quid ſit. 403

Iuſtius eſt abſolui propter bona, quam condemnari ob mala. 12

L

LAc totum ſimul coagulari, non tamen momento. 620

Lachrymari eſt actio vitæ humanę. 135. quibus contingat in ſomno. 135

Lapides eſſe inanimatos. 301. non nutriri. 584 quomodo augeantur. 583. non habent vbique determinatam figuram. 303

Laſſitudo eſt affectio agentis, vt agens eſt. 734. eſt diminutio, & defectus virtutis mouentis. 747. primo, & immediate oritur a materia. 747

Lauri folia cur primum crepitent, deinde ardeant quieta. 337

Lemures non ſunt corpora viuẽtia. 215. qua ratione loquantur. 687

Locus quid habeat proprij. 654. æqualis eſſe debet locato. 760

Loquutio quid ſit, & quomodo fiat. 689

Lucerna ardens vt diutius perduret. 337

Lumen quid ſit 75. hebetatur in longo itinere. 771. non mouetur ad motum diaphani, & cur. 323. eſt actus perſpicui velut eius color a præſenti luce ortus. 491 perſpicuo aſſiſtit, non ineſt. 323. debilius ſemper eſt in maiori, vbi ſimul ſint. 772. eſt ſpecies viſibilis a luce prodiens. 764 viuumq; dicitur radius primus. 779. reflexum a puro aere vocatur radius ſecundus. 779. ſubſtantia ne ſit, an accidens. 764. cæleſte quomodo calorem gignat apud nos. 495. quomodo aerẽ diuidere, atque atterere valeat. 763. exile in medio tenebroſo illibatum, & integrum fertur ad oculos. 776. exile in magno quomodo extinguatur. 774 quodnam vmbram facere aptum ſit, & quod non 776. intendi, ac remitti poteſt 627. variatur ad ſubiecti varietatem. 821. cæleſte

quid

quid efficiat in regionem ſublunarē. 491 ad nos mittitur ab vnaquaque cæli ſphæra 486 ex ſe perfectius efflüit à ſidere ſuperiori 489. vberius quæ aſtra demittant in ſublunaria. 492. cur varium prodeat ab aſtris. 489. ſtellarum non pendet à lumine Solis. 489. ſtellarum ſuperiorum perficit lucem inferiorum. 489. Solis quomodo ſit in lumine ſtellarum. 772 noctu cur non appareat, licet vmbra terræ non tegat totum hæmiſphærium. 772. candelæ ardentis cur in Solis lumine non cernatur eminus. 773

Luna ecliplata in vmbra terræ cur cerni valeat. 765 in eclipſi exilem ſuam lucem oſtendit. 766. proprium motum circulo claudit diebus viginti ſeptem. 480 cur maiorem vim habeat in ſublunaria ceteris aſtris, excepto Sole 492 binos obtinet colores. 495 dum non tota eſt plena an oſtendat lucem ſibi propriam, & cur. 777. cur in eclipſi videatur rubere, non ſic in coitu cum Sole. 765. habet lucem ſibi propriam à Sole independentem. 490. eſt minor quàm terra. 769 vnde habeat maculas 495. cur noctu non videatur in ſui parte Soli auerſa 786. in parte Soli auerſa vmbram non facit. 768 habet ex ſe lucem exiguam, & imperfectam, quę augetur, & perficitur à Lumine Solis 765 eclipſata quomodo à Sole perficiatur. 766

Lux exigua in magna diſtantia fatiſcit, vt cerni nequeat. 765. cur in tenebris, aut in viuo lumine illuſtrior appareat, quam ſecus. 767

M

Magnanimitas quid ſit. 403

Magnetem eſſe animatum negat Ariſt. 528

Malum, quod voluntas renuit, quale pā ſit. 459

Martis aſtrum proprium motum circulo claudit duobus annis. 480. color proprius. 495

Materia eſt radix, & ſeminarium omnis imperfectionis. 149 cuique agenti eſt cauſſa laſſitudinis 732 eſt per ſe ignota, & cauſſa occultationis, & ignorantiæ. 132 quot, quæue afferat incommoda Intellectui noſtro. 422. quomodo nobis impedimento ſit ne ſpeculemur. 422. cur efficiat ne in omni cognitione veritatem aſſequamur 423. cur efficiat ne poſſimus quidquã intelligere ſine ſpecie. 422. impedit quominus mens noſtra ſeipſam contempletur 426. impedit ne longiùs ſpeculemur. 422. cauſſa eſt vt Mens in longa meditatione laſſetur 422. quomodo definiatur. 556. quam mentem impediat ne vniatur cum re cognoſcenda 527. eſt prima, vera, & immediata cauſſa laſſitudinis, ac defatigationis. 237 non permanet ſemper eadem in viuēte 140. ſecunda quid. 556 non conſtituitur in eſſe per differentiam ſpecificam. 165 poteſt eſſe cauſſa diſtinctionis. 564. vbique cauſſa eſt multitudinis. 467 cauſſa eſt corruptionis rebus omnibus, quibus ineſt 158 ſe habet ad formam, quaſi fœmina ad marem. 327. eſt id vnde animæ, ac formæ omnes imperfectionem acquirunt. 301. quomodo ſit locus formarum. 324. habens formam non eſt amplius in potentia ad illam. 173. nihil agit niſi ad vtà à ſui forma. 137. etſi cupit formæ conſortium, id eam tamen ſe non conuertit. 823 naturalem ſemper habet propenſionem ad nouas formas. 326. nulli formæ adiungitur nexu indiſſolubili 346 intelligibilis eſt in rebus mathematicis, non in metaphyſicis. 33

Materialia intelligi non poſſunt niſi prius à materia liberentur. 426

Mathematica ſunt in materia. 33

Medici quomodo prævideant morborum euentus. 499 nullum certi habent, vnde prædicere poſſint futura. 500. definientes vitã tranſgrediuntur proprios limites. 23

Digitized by Google

Medicinæ ſubiectum quod ſit. 93. ſcopus,ac finis vltimus. 93
Medium eſſe inter contradictoria non negat Ariſt 611. an ſit inter eſſentiã animæ, & operationes vitæ. 49
Memoria quid ſit 654. in quibus ſit ex actu. 655 non compatitur bonam reminiſcentiam. 655 non eſt vniuerſalium, ſed ſingularium ſolum modo. 657. in quibus animalibus ſit, & in quibus non. 658. neceſſario reſpicit indiuidualem conditionem temporis. 656 eſt habitus, & cognitio quædam. 656. non eſt facultas. 656. non conſeruat, quaſi locus, ſed conſeruatur, quaſi locatum. 656. in homine vnica eſt, qua communicat cũ brutis. 658
Mens abſtracta cur appelletur Intelligentia. 505. aſſiſtit cælo per amorem mutuum. 446. non poteſt non contemplari. 530. caret phantaſia,& memoria penitus. 663. in Deo noſcere poteſt ſolum præſentia. 799
Mens humana cur nequeat vno actu ſimul plura dignoſcere. 528. poteſt decipi, & a deceptione liberari. 459. quomodo corpori cõmunicet actionem intelligendi. 238
Menſtruum quomodo ſe habeat ad animam. 15
Menſura omnium Deus. 516. motus cæleſt s eſt tempus. 110
Metalla non habent vbique determinatam figuram, & cur. 303. ſunt a prædominio frigida. 302. non nutriuntur. 570 ſunt inanimata,& nonuiuentia 301. quare in fodinis contrahãt varias figuras. 572
Miſta inanimata cur vocentur diuulſa ab elementis. 6. non habent calorem natiuum. 329
Modeſti meliora viſa percipiunt in ſomnis & melius veritatem aſſequuntur. 136
Modus eſſendi eſt conditio, ſiue differentia ipſius eſſe. 265. reducitur ad prædicamentum qualitatis. 265
Mollities a tenuitate differt. 761
Mora includit intrinſece tempus. 110
Morbus eſt, quod lædit operationes vitæ. 360
Mori quando proprie dicatur quidpiã 271. nihil poteſt niſi viuens. 62. non eſt vitæ operatio. 632
Mors quid. 142. opponitur ortui, & vitæ, ſed varia ſpecie oppoſitionis 140. opponitur vitæ ſublunari, non vitæ generatim 328. quomodo opponatur vitæ ſublunari. 141. vt oppoſita vitæ ſublunari quomodo definienda. 223. vt oppoſita ortui quomodo definienda. 224. quænam mutatio ſit. 140 eſt corruptio viuentis qua viuens eſt. 201. non eſt definienda extinctio facultatum, & operationum in viuente. 201. quomodo extinguat facultates, & operationes animati. 201. priuat animata ipſo eſſe. 273. quomodo tollat operationes animatorum. 191. quid per ſe primo tollat, & quid ſecundario 191. eſt ſimul cum caloris corruptione. 334. in homine apud Galenum ſemper ſequitur immodicas Cordis intemperancias. 553. quomodo tollat viuentis aptitudinem ad operandum. 192. non conuenit animali per ſe primo ab anima vegetali. 247. non vni tantum rei opponitur. 140. non opponitur nutritioni. 139
Mobile motu phyſico nil eſt niſi corpus. 318. ſolum metaphorice penitus immobile dici poteſt. 753
Motionis principium internum abſolute quodnam ſit. 11
Motis nobis, neceſſe eſt, & quæ in nobis ſunt omnia ſimul moueri. 323
Motrix facultas nõ ligatur ſomno. 134. in vita brutali quot, & quas habeat operationes. 380
Moto continenti velociſſimo gyro, par eſt eodem motu cieri omnia contenta. 478
Motus qua ratione definiatur Ariſt. 295. quomodo poſſit ignẽ generare. 604. phyſicus quot, quaſue ſpecies habeat 319. vitalis qui ſit. 472. omnis ab aliquo eſt, vt ab efficiente. 672 eſt analogum quid ad omnes motionũ ſpecies.

cies. 295. habet multa genera. 473. imperfectionem connotat. 822. non eſt mobiliũ operatio, ſed paſſio. 180. eſt operatio mouẽtium. 180. quomodo rebus phyſicis dicatur quaſi vita. 179. eſt abſolute neceſſarius ad omnia naturalia. 179 quomodo poſſit eſſe in mouente. 222. cum tempore viciſſim admetitur 458 duo contrarij non fiunt ſine media quiete. 379. non eſt niſi dum fit. 206. animalium a ſe ipſis non eſt actio immanens, ſed trãſiens 794 factus a ſenſu in actu non eſt effectus phantaſiæ, ſed cauſſa. 261. ſublunaris fit ſine ſtatu. 477

Motus cæleſtis quas habeat actiones. 482. eſt actio ſucceſſiua, cuius menſura eſt tempus. 234 dignior fit gratia ſtellæ nobilioris. 490. a Deo non eſt vt ab efficiente. 818. gyrat ſphæram ignis, & ſupremam aeris plagã. 483. neceſſario eſt adiunctas ſtatui. 478. quo differat a motu ſublunariũ. 477. duplicis eſt generis. 478 eſt actio vitæ. 472. gubernat omnia ſublunaria. 482. eſt actio Intelligentiæ. 220. quidquam non agit momento, ſed cuncta in tempore. 234. competit cuique ſphæræ cæleſti. 474

Motus primi mobilis eſt omnium velociſſimus. 479. cur appelletur diurnus. 479. non eſt alijs ſphæris violentus, ſed naturalis, etſi eis competat per accidens. 479

Motus Planetarum proprij non ſunt paris velocitatis. 480

Mouens extrinſecum quod ſit 318. primum, & immobile quomodo non ſit conſiderationis phyſicæ. 752. phyſice duum generum. 752

Mouere vt finis quid ſit. 814. ſeipſum quomodo ſit vitæ operatio communis. 3[illegible]0

Moueri a ſeipſis vitale eſt, & animatorum proprium. 307. a principio interno quomodo competat omni corpori naturali. 11. per accidens cõuenit omni formæ informanti. 721. conuenit alicui aſſiſtenti. 721. cuius proprium ſit. 324

Mutatio phyſica nulla fit momento. 623

Multa in vnum coire, ac certo diſponi ordine nequeunt, niſi habeant vnam formam. 468

Multiplicari ad partitionem ſubiecti quando ſit generare, & quando generari. 605

Multitudo vnde oriatur. 706

Mundus æternus eſſe non debet phyſiologo. 670. eſt corpus animatum, & viuens. 304 Platoni quid ſit. 304. Plinio quid 305 Ariſtoteli quid. 305. quomodo ſit neceſſario vnus, nec poteſt eſſe multiplex. 533. ex quibus conſtituatur 531. eſt animal diuinum conſtans ex omni creatura, & creatore illius aſſiſtente 793. omnẽ in ſeipſo pulchritudinem continet. 521. intelligibilis Platonicorum quid ſit Ariſtoteli 224. quomodo ſit animal intelligens. 238. animam cunctis viuentibus impertitur. 521. cur ſit totus in ſe perfectio omnium perfectionum plena. 521. cur ſit vna ſubſtantia per ſe ſubſiſtens, & nullius indiga. 521. eſt corpus naturale potentia vitam habens, ſiue organicum. 723. quieſcit totus, quum partes eius aſſiduæ varijs motibus agitentur. 822. nihil agit ob finem externũ. 793

N

Natura quid ſit. 11. qua methodo definiatur Ariſt. 295. quomodo Ariſt. definiatur per operationes, & quomodo non. 556. eſt principium agendi in eo, in quo eſt 794 eſt analogum genus ad formam, & materiam. 148. ſemper agit quod melius eſt. 336. quo differat ab Arte. 794. quem ordinem ſeruet in condendis rebus. 545. eſt cauſſa, & principium motus. 556

Naturalia vniuerſa determinantur motu. 179

Naturalis Philoſophus quomodo conſideret mentes ſeparabiles, & ſeparatas. 231. reſoluit ſuos effectus in agentia,

297. ſenſibus omnia metitur. 625. quando poſſit referre effectus in cauſſam remotam, & æquiuocam, & quando non. 757

Nauta non ineſt in naui ſecũdum quod ipſum, ſed qua corpus eſt. 719 ſuo fungens officio haud ſemper eſt in naui. 719. non vndique amplectitur, ac terminatur a naui. 719. ſit ne forma informans, an aſſiſtens. 719. quomodo moueatur ad motum nauis, & quomodo non. 720. cur moueatur ad motum nauis. 324

Nihil agit vltra ſuas vires. 311. eſt in Mente, quod prius non fuerit in ſenſu. 784. eſt in potentia niſi ad ſuum actum. 51

Nobilius acceſſu minus nobilis perficitur. 503

Nomen eſt poſterius re ſignificata. 291

Noſtratia quomodo Diuinis aptanda. 66

Numerus an omnis ſit numerabilis. 668. non omnis ſpecificatur vltima vnitate 668 infinitus quomodo ſit numerabilis. 669. qua forma ſpecificetur. 668

Nutricatio quomodo ſit operatio maxime extenſa corpori. 369. quomodo conſulat conſumptioni humidi radicalis. 337. quomodo ad vitam ſit neceſſaria. 343. eſt generatio quædã. 139. conſequitur eſſe viuentis. 140. quomodo multoties intermittatur in viuente. 137. non eſt morti oppoſita. 140. non eſt vera generatio. 140. eſt actio peculiaris a reliquis diſtincta. 151 quomodo ſit operatio animæ, & quomodo non. 77. eſt eiuſdẽ rationis in homine, brutis, & plantis. 124. quomodo inſtauret humidum alimentare antea conſumptum. 341. quid ſit. 340. a Natura non eſt primo inſtituta in refectionem humoris alimentoſi. 327. quomodo inſeruiat vitæ ſublunari. 343. conuenit ſingulis partibus eius, quod alitur. 369

O

OBliquum per ſe non dignoſcitur, ſed per rectum. 633

Obliuio non eſt rerum vniuerſalium. 661. vnde pendeat. 670

Oculi vita non eſt ipſum videre. 132

Olfactum in ſomno poſſe ſuo munere fungi. 561

Operatio non eſt idem cum re operante 60 cum operante cur non faciat vnum, nec aggregatum per accidens. 60. cur, & quomodo noſcatur etiam ignota natura, vnde prodit 376. vbique ab eſſentia prouenit. 257. quomodo debeat eſſe proportionata eſſentiæ. 150. quæ ſit gratia ſui, non propter finem externum. 523. vide Actio.

Operatio vitæ non quælibet eſt motus. 321. vnde prodeat 48. quomodo prodeat tum ab anima, tum ab animato. 48. eſt functio totius compoſiti, non animæ ſolius. 70 quum ſit actio coniuncti, cur dicatur animæ functio 78. non immediate, neque neceſſario prodit a vita. 215 in vniuerſum quæ. 319 metitur tempore. 321 quomodo prodeat ab inſtrumento corporeo. 49. diſtinctũ quid eſt ab animæ ſubſtantia. 103 quælibet æque ſe habet ad vitam. 117

Operatio vitæ ſublunaris quas habeat conditiones. 319

Operatio vitæ brutalis toti corpori nõ coextenditur. 355 quotuplex, quæque ſit. 387 quælibet laborioſa eſt, & quietis indiga. 379. quas habeat conditiones. 388. cur nulla ſit momentanea. 391

Operatio vitæ humanæ quomodo ſe habeat ad operationem vegetalem, & brutalem 417 quotuplex, quæque ſit 416. ſcinditur in tria prima genera. 401. materialis quotuplex, quæque ſit. 418 immaterialis quotuplex, quæque ſit 418. media quotuplex, quæque ſit. 419. quæ ſit momentanea, & quæ non. 420. partim

PPPPP corpo-

corporea eſt, partim non 353. reſpiciens felicitatem, & miſeriam quænam ſit. 134. qua non differant felices a miſeris. 134. quæ eſt Intellectus agentis, quæ ſit, & cur vocetur depuratio phantaſmatum. 404 quæ eſt Intellectus poſſibilis tertia, diuiditur in quinque ſpecies. 411. quarta in octo. 416
Operatio vitæ Mundanæ perfectiſſima quæ ſit 523. prodit ab agente infiniti vigoris. 520 quælibet eſt tota ſimul, ac momento ſit. 520. non eſt partibilis, aut menſurabilis 521. non ſuſcipit magis, aut minus. 521. quæ ſit. 521
Operatio vitæ vegetalis an quælibet corpori coextendatur 354 non ſit ſine organo corporeo 353. quotuplex, quæque ſit 359. quælibet aut motus eſt, aut motum includit. 365. temporaria eſt, non momentanea. 365. quomodo ſe habeat ad operationem brutalem, & humanam 368. in brutis, & in homine quomodo, & vnde prodeat. 258
Opinari quid ſit, & ad quam Mentis actionem ſpectet. 413. quomodo differat a ſuſpicari. 413
Opinio eſt habitus Mentis veri, falſique capax. 651
Opponi poteſt vnum pluribus ſecundum diuerſas oppoſitionum ſpecies. 223
Oppoſita non ſemper ſunt eiuſdem generis 632. habent oppoſitam definitionem 201. quomodo habeant eandem rationem, eandemque ſcientiam. 632
Oppoſitio qualibet inter duo tantum eſſe poteſt. 40
Opus quo conueniat, & differat ab operatione. 177 primum prodiens ab anima non eſt conſeruatio inſtrumentorum. 209 quid ſit 210. ſecundum quid. 210 tertium quid 210. eſt finis operationis 104
Oratio mentalis ſecreda ſoli Deo. 803
Ordo Intelligentiarum cælis aſſiſtentium. 487. certus, & pulcherrimus partium Mundi 468. quilibet aliqua forma nititur. 408
Organis efformatis non ſtatim eduntur actiones. 49
Organizatio duplex in animali. 547. eſt diuerſa a nutritione, augumento, & generatione. 363. eſt actio geniti, nō generantis 363. non eſt ſemper coextenſa corpori agentis. 369
Organorum quæ digniora, & quæ viliora. 56
Ortus viuentis quid ſit Ariſtoteli. 156. quo differat a vita. 234 quomodo opponatur interitui. 140
Otioſum nihil eſt in Natura. 466
Oſſa nullum habere ſenſum 355. non moueri per ſe, ſed ab alio. 90
Oua omnia viuunt vitam brutalē. 215. quomodo dicātur eſſe animalia 638. ſubuentanea, ſiue hypenemia quæ. 124 ſunt defectus, & monſtra. 132. quando non alantur. 124 mori dum corrumpuntur. 82

P

PArtes eſſentiales quomodo differāt ab integralibus. 695. ſunt priores toto. 107 animalis ſimilares viuere. 206. humani corporis quo eſſentialiter abinuicem diſtinguantur. 813. nobiliores quid tranſmittant ad ceteras. 88 internæ corporis opaci colorata non ſunt. 493 quomodo in diſſectione corporis ſtatim coloratæ fiant. 493 cæli quot, quæque ſint. 491 quæ a nobis cernantur. 491. lucidæ quæ dicantur. 491. variæ ſunt abinuicem. 491 perſpicuæ cur a nobis non cernantur. 491. cur ad nos lumen non effundant. 491
Paſſio cuiuſnam paſſio eſſe dicatur magis proprie. 186. animi vehemens, ac diuturna cur emaciet corpora 137. viuētis quæ mera ſit, & quæ nō. 361
Permanentia animæ cum corpore momentanea non eſt 347. non eſt relatio, ſed quid ſubſtantiale. 590
Perpetuum quomodo differat a caduco. 45
Perſpicuum eſt ex ſe in potentia ad lumen.

men. 326. viſibile non eſt 491. lumẽ non fundit. 491. eſt interminatum. 491. omni colore, ac luce caret. 491
Per qua ratione videret, ſi oculum haberet. 89
Phantaſia non componit, aut diuidit prædicationem faciens. 651 puerorum quomodo in ſomnis efficacior. 136 quomodo definiatur motus factus a ſenſu in actu. 260. quomodo fiat a tali motu 261. quæ ſic definiatur. 261. quæ potentia eſt animæ, quomodo definiatur. 261. quomodo ſit locus ſpecierum. 654 quarum ſpecierum ſit locus. 654 vbique circa incomplexa verſatur. 651 quot, quaque habeat operationes. 382. proprietatem habet conſeruandi notitiam ſingularium ſenſatorum. 654. non cognoſcit verum, aut falſum. 651 vnum tantum obtinet habitum, qui Memoria vocatur. 654. in ſomnis manifeſte operatur. 560
Phantaſmata ſunt obiecta communia ſenſus, & Intellectus 438. non repræſentant ſolam formam, ſed totum ſuppoſitum. 427. quomodo materialia ſint. 413. quomodo ſint immaterialia. 682. habent materiei cõditiones, ſi non materiam. 682. recipi nequeunt ſine opera materiæ 406. non recipiuntur in intellectu n. 406. quomodo cognoſcantur ab intellectu. 406 corrumpuntur obeunte homine, ad interitum phantaſiæ. 661
Phyſiognomi quomodo agnoſcant mores hominum. 499. nil certi habent. 500
Planetæ inferiores cur citius motu proprio agantur, quam ſuperiores 481
Plantæ quo motu a ſeipſis moueantur ſecundum naturam 320. habent materiam elaboratiorem lapidibus, & metallis 302. quomodo in omni parte habeat radicem, & germen. 354. non habent teſtes, nec duo proportionalia. 372
Poema quomodo a fabula denominetur. 702 vtrum poſſit appellari fabula. 692. habet duplicem finem. 695. habet metrum loco materiæ. 697. habet fabulam pro forma, & anima. 691. & ſeq. Epicũ quomodo in multas tragœdias verti queat. 698. Epici quali fabula conſtare debeat. 696
Poſteriora vbique corruunt ad obitum priorum, non viciſſim 191. non conſeruant, nec tuentur priora. 199
Potentia non eſt ſine priuatione. 51. ad animam, & ad vitam non eſt eadem. 51 quot, & quas habeat differentias. 183 quæ idem ſit cum actu primo. 190 omnis perficitur ad præſentiam ſui actus 526. paſſiua duplex 789. quomodo reducatur ad operationẽ. 131. quæ, & quomodo determines viuere animalibus 130
Prædicamenta inuicem non permutari, nec miſceri 59 non conſtituuntur in eſſe per ſpecificas differentias. 165 quo inuicem diſtinguantur. 169
Prædictio aſtrologi cur minus fallax, quam Medici, ac Phyſiognomi. 500. cur ſit fallax. 498 quomodo fiat ex obſeruatione cæleſtium. 500 quomodo poſſit eſſe vera multoties 498
Præſentia cõſignificat habitudinem ad aliud. 103. animæ non differt ab eſſe animati. 194. gubernatoris differt ab eſſe nauis. 194
Primum mobile eſt octaua ſphæra 478
Principium refertur ad principiatum. 556. actionum quotuplex. 711. idem vbique eſt quo quid eſt, & quo quid agit. 132. conſtituens eſt etiam diſtinguens, non viciſſim 164
Priora non diſtinguuntur ad varietatem poſteriorum. 372. ſunt quodammodo cauſſæ poſteriorum. 168 eadem ſeipſis eſſe nequeunt. 107. conſiderari poſſunt ſine poſterioribus. 116
Priuatio cui opponatur velut habitui. 190. quomodo ex Ariſt. ſit habitus. 588.
Prolifica vis quibus partibus viuentium indita. 378
Proportio vbique inter diuerſa eſt 704. reperiri debet inter mouens, & mobile. 880. inter cognoſcere brutorũ, hominis, & Intelligentiarum. 529

Prudẽtia quid, & ad quã Mentis actionem pertineat, 413
Puer cur nequeat omnes vitæ actiones obire, vt adultus. 360. vigilans non ridet, dormiens ridet. 135. in vtero nec humanas, nec ferè brutales actiones edit. 64 cur in vtero ſenſibus nõ vtatur 128. in vtero non ſemper dormit, ſed magna temporis parte. 127

Q

QVæ genere non conueniunt, non ſunt in potentia ad eundem actũ, 28.
Quicquid poteſt virtus inferior, quomodo poſſit nobilius ſuperior. 363
Quidditas non innoteſcit abſque demonſtratione. 32. quid ſit. 30. quomodo, & quando diuerſa ſit ab eo, cuius eſt quidditas 32. re idem eſt cum eo, cuius eſt quidditas. 81
Quies neceſſario intercedit inter duos motus contrarios. 379. omnis autem purè eſt 379. animæ à ſua operatione quomodo ſit mors. 77
Quinta Eſſentia chemicorum quid ſit, 50. quomodo ab omni miſto extrahatur. 50
Quod ſit nondum eſt 206. medium eſt inter exiſtens & non exiſtens. 612
Quod vni per ſe primò ineſt, alijs abſque illo non ineſt. 254

R

RAdij Solis qui primi dicũtur, & qui ſecundi. 779. cuiuſque, lucis reſtinguntur ob loci diſtantiam. 409
Ratio nomen eſt æquiuocum. 32. ratiocinans quid. 32. ratiocinata, ſeu ratiocinabilis quid. 32
Rationalis animæ facultates non ligat ſomno. 135
Recipere eſt quoddam pati. 405. cuiuſ nam proprium ſit. 525
Recordatio non eſt vniuerſalium. 658
Relatiua duum generum. 55. quæ ſeſe inuicem neceſſario definiant, 50. omnia per ſua correlatiua definiri poſſunt. 556
Reminiſcendo afficitur corpus, & maxime turbantur melancholici. 421
Reminiſcentia eſt recuperatio ſingularium oblitorum. 663. non eſt actio memoriæ, ſed Mentis. 412. ad quam Mentis actionem pertineat. 421. quibus inſit exquiſita 655. eſt actio Mentis circa phantaſmata. 421. non eſt actio penitus incorporea. 419
Repræſentare eſt pati, repræſentari eſt agere. 432
Res quæ vniuntur abſque medio, & quæ non 200
Reſpiratio qualis actio ſit. 379. eſt magis continua, & vitæ hominis neceſſaria, quam nutritio. 138 non eſt homini ad vitam omnino neceſſaria. 139. non eſt vnus motus continuus, & irrequietus 379. ſupponit, vel includit ſenſum actus, & refrigerij 369. an ſit actio voluntaria. 645. non attrahit alimentum ſpirituum. 643. quibus non inſit. 247. animali non ineſt ab anima vegeta, ſed à ſentiente. 641
Retinere habitus mentis eſt Opinari, Scire, Sapere, Intelligere, Prudentem eſſe, ac Artificem, 651. notitiam ſingularium in phantaſia dicitur meminiſſe, ac recordari. 651
Ridiculum eſt in analogis quærere rationem communem dimittẽdo propriam. 278
Riſus quid ſit. 410. quo differat ab admiratione. 411
RODERICI A FONSECA laus. 500

S

SAgittas in aere igniri quomodo contingat. 604
Salt articulæ manibus pedum vice vtentes Ariſt. 646
Sanitas non eſt citra vitam. 79
Sapientes valde pollent reminiſcentia, parum memoria. 655. qui ſint 655. meliora viſa percipiunt in ſomnis, & melius veritatem aſſequuntur. 136
Saturni color qui. 494. quanto tempore motum proprium abſoluat. 480

eſſe valeat citra diſcurſum 456. terminatur ipſo eſſe, non fieri. 653. an inſit proprie Intelligentijs. 456 cur & quomodo dicatur actus primus Ariſt. 717

Semen eſt imperfectius quam femina. 367. eſt viuens imperfectum. 366. non prodit ab omni parte corporis. 370. humanum quomodo viuat vitam humanam. 639. eſt homo imperfectus. 639. ſtirpis cur ſit planta imperfecta. 366. a veteri planta generatur, nouam nō generat. 366. quo differat a planta futura. 366. viuit vitam vegetalem. 640. quodlibet viuēs eſt, ac animatum. 123. brutorū quomodo ſit animal. 639. viuit vitam brutalem. 640

Senectus cur morbus appelletur 360. cur maxime obnoxia ſit decremento. 360. Ariſtoteli eſt veſpera, ſiue occaſus vitæ. 175

Seni ſi tribuas oculum iuuenis, cur inquentiliter viſurus ſit acie oculorū. 758

Senſibile vnumquodque quomodo ſit per materiam. 550. quid proprie dicatur. 680. præſens efficit organum. 561. non fertur ad ſenſum communem, niſi prius cognitum fuerit externo ſenſu. 562. excedens ſenſibus admotum quomodo excitet dormientes. 562

Senſitiua facultas non componit, aut diuidit, faciendo prædicationē. 419. non diſcurrit. 434. in vita brutali duplex, cognoſcens, & appetens 380. cognitrix interior quotuplex, quæque ſit 381. appetens quot, qualque habeat facultates 384 ius non habet in vniuerſalibus. 656

Senſui notatur dicantur confuſa. 425

Senſus eſt receptiuus ſpecierum ſine materia 427 non decipitur circa proprium obiectum. 423 externus cur non decipiatur circa propria obiecta. 425. cur noſcat totum & vniuerſum cognitione confuſa 425 eſt facultas corporis vtens ad operandum. 460. quotuplex, quique ſit. 559. vi-

nequeat. 563. non eſt operatio, ſed potius animæ, ac vitæ otium. 136. cur ſit vitæ dimidium. 134. eſt quaſi viuendi, & nonuiuendi interliminium. 129. eſt mortis imago. 129. cuius ſenſus proprie ſit paſſio. 560. quam ſolũ præcipue operationem tollat. 129

Species ſuſcipiunt nomen, & definitionem generum. 317. primæ in vita cæleſti quot, quæque ſint. 470. quæ habeant vnicum indiuiduum. 515. intelligibilis quid ſit. 404 libera quæ ſit a materia, & eius conditionibus. 426. cur menti famulentur ad intelligendum. 510. cur neceſſariæ ſint menti noſtræ ad intelligendum. 527. nulli vſui ſunt menti ſeparatæ 508 quæ ab Intellectu ſolum dignoſcantur. 427. quomodo a rebus ferantur in animum. 527. ſenſibilis quo differat ab intelligibili. 404. quomodo vna numero multas in ſe contineat. 414. alterat medium, & organũ ſenſus. 763. non accidentis puram formam, ſed refert ſuppoſitum totum. 429

Speculatio eſt quid optimum, & ſumme delectabile ſpeculanti. 530

Spiritus ſanguinis portio tenuior. 643. tion alitur. 643. a Corde influens cur vitalis appelletur. 93. ex Cordis temperamento exoritur. 88

Sponte genita quæ dicantur. 259

Sphæra cęli quieſcens nulli eſt vſui 476. quælibet ſub primo mobili quotidie mouetur ad motum illius. 478

Stellæ ſunt nobiliores partes corporis cæleſtis. 486. cur factæ ſint a Natura. 490 noctu non ſunt in lumine Solis aduerſus Scaligerum. 772. ea non præmonſtrant, quæ pendent a voluntate hominis. 782

Subcęleſtia omnia quomodo pendeãt, & gubernentur a cælis. 31. ref. runt originis ſuæ primordia in calorem, & frigus. 48. quod habent a cælo, id omne motu, & lumine recipiunt. 476

Subſtantia quomodo ponatur in definitione accidentis. 106. quaſi medulla ſub accidentibus latet, veluti ſub cortice. 480. corporata quæ ſit. Simplicio. 6. quæ careat materia intelligibili. 35. intelligibilis compoſita ex materia, & forma, quæ ſit. 351. quomodo prædicetur. 58. vna ab alia quo eſſentialiter diſtinguatur. 314. in viuente quotuplex, quæque ſit. 29. & ſequent. ſuſcipit contraria. 20 nihil habet contrarium. 750. quomodo, & quando in ſui definitione admittat accidentia. 556. quæ nullum habet accidens. 107. ſecundum ſe relationem non habet ad accidentia. 107. in ſe habet naturam abſolutam 556. nõ poteſt ſimpliciter definiri per accidentia. 556. quomodo relationem habet ad accidentia 556. eſt independens ab accidentibus. 556

Superiora quomodo ſe habeant ad inferiora in Natura. 806

Suppoſitiones ſunt cum fictione. 415

Suſpicari quid ſit, & ad quam Mentis operationem ſpectet. 413

Suſpicio quo differat ab Opinione. 413

Syncope cur id efficiat, vt animal concidat ſine motu, & ſenſu. 553

T

TActus in ſomno poteſt ſuo munere fungi. 565

Tempus eſt menſura motus, & quietis. 629. viciſſim menſuratur cum motu. 458. imperfectionem connotat 619. totum ſimul, nil habens prius, aut poſterius, quodnam ſit. 626

Tenuitas multum diſtat a mollitie. 761

Terra centrum quomodo appetat. 745

Terminus ad quem in omni motu eſt quid permanens. 548

Totum re diſtinguitur a ſingula parte. 60. eſt perfectius ſuis partibus. 547

Tragœdia quid ſit. 696. quantũ temporis actionem imitet. 696

Tragœdiæ multæ quomodo fiant ex vna Epopœia. 698. quomodo differant ab inuicem. 706

Tranſcendentia non diuidi in minus communia. 59. quænam ſint. 47. quid ſint. 42. cuius entis paſſiones ſint. 47

Tranſitus

Digitized by Google

Tranſitus non eſt ab eodem in idē. 614

V

VEgetabilia qua anima viuant. 330 quouſque viuant. 216. non ſemper creſcunt, aut nutriuntur. 358
Vegetalis anima in animali quomodo ſe habeat ad ſenſitiuam 137. in brutis omnibus eſt eiuſdem naturæ 250
Velle non eſt motus metaphyſicus 248
Vigilare non eſt operari. 127
Vileſceret actus purus impatibilis, ſi fieret patibilis, & in potentia. 525
Virium maxima dignitas Galeno. 79
Virtutes, & vita appetitus naicibilis. 385. ſublunares quæ ſint. 498
Virtus ſuperior quomodo ea faciat, quæ inferior, & nobiliori modo. 363. motoris immaterialis non recipitur in corpus mobile. 821. cognoſcens præſente obiecto, mouetur interna ſui natura ad illud noſcendum. 529. infinita mobile finitum aut non moueret, aut in non tempore. 810
Viſibile omne terminatum eſt vel colore alio, vel luce. 495
Viſum in ſomno ſuo munere fungi. 560
Vita eſt quid pulcherrimum, & pretioſiſſimum. 64. quo differat a motu. 179. haud vocanda eſt vita victus indiga 452. ſimul natura eſt cum viuente. 164 quomodo præcedat operationi. 155. quomodo ſe habeat ad animam. 184. tuetur, ac perficit corpus, non animam. 199. non competit omni Enti. 148 non eſt paſſio vllo modo. 186. quomodo ſit in corpore. 187 facit ſuppoſitum actu tale. 186. eſt ab anima potius, quam in anima. 187. quomodo ſequatur animam exiſtentem in corpore. 233 mediat inter animam, & operationes ab ea emergentes. 185. non communicatur partibus animæ. 199. quales habeat operationes. 960. non conſtituit animatum. 164. conſtituitur ab anima. 164. quo differat a viuere. 39. quomodo proportione reſpondet eſſentiæ. 39. menſuratur tempo-

tionem. 267. cur non definiatur viuentibus eſſe. 279. eſt analogum cõmune cælo, & animatis mortalibus. 274. cur non definiatur id, quo animatum differt ab inanimi. 279. non eſt nutritio. 123. non eſt facultas animæ. 80 non eſt functio animæ vegetalis. 72. generatim nullibi exacte definita eſt Ariſtoteli 279. non eſt definienda abſolute exiſtentia animæ in corpore. 250. non definitur per operationes. 215. non eſt definienda diuturnitate temporis. 233. non eſt definienda per effectus. 253. generatim definiri poteſt vnica definitione. 290. non exacte noſcitur per definitionem communem. 293. definienda eſt per corpus, & per tale corpus. 296. qua methodo ſit definienda. 299. non eſt conſeruatio inſtrumentorum animæ 205. eſt ſubſtantia, non accidens. 21. habet eſſe permanens, ſiue in facto eſſe, non in fieri. 124. eſt quo viuentia primo differunt a nonuiuentibus. 61. quomodo tale ſit. 269 non eſt eſſe animæ. 155. eſt viuentibus eſſe. 107. quomodo ſit hoc. 257. eſt viuentibus eſſe alter ac anima. 28. eſt totum eſſe viuentis. 166. non eſt cumulus omnium functionum animati. 145. non eſt animæ functio vllo modo. 81. eſt quid prius quauis operatione viuentis. 107. non eſt pars animæ. 23. eſt effectus ab anima productus. 17. non eſt opus animæ ſolius. 105. quæ ſit immortalis. 317

Vita brutalis quid ſit generatim. 377. immediate ſequitur vegetalem. 377. eſſentialem obtinet habitudinem ad animam ſenſitiuam. 378. diuerſa eſt a plantali, & humana. 377. quotuplex ſit. 393 eſt genus vniuocum. 393. quot, & quas habeat proprietates, & conditiones 378. eſt omnino morti obnoxia. 329. in quauis actione diuturna fatigatur. 379. quomodo diuidatur in ſpecies ab Ariſt. 391. prior eſt modo alimentandi brutis conuenienti. 392. non multiplicatur ad varietatem modi alimentandi. 392 habet vltimas ſui differentias ignotas. 394 eſt dignitatis mediæ inter vegetalem, & humanam. 390. quot, & quas habeat operationes. 387. non eſt ab Ariſtotele definita. 279 quomodo pendeat a motu cordis, & arteriarum. 95. non influit a Corde per arterias in totum corpus. 95

Vita cæleſtis indefeſſe ſuo ſemper officio fungitur. 454 nullus ocij, aut quietis indiget 454. quot, & quas habeat conditiones 450. eſt analogatum principale in genere vitæ. 714. quomodo ſe habeat ad ſpecies vitæ ſublunaris. 714 quotuplex ſit. 465. quo nitatur, & conſeruetur. 446. quot, & quas habeat ſpecies, ac differentias primas 470 quot, quæque habeat prima operationum genera. 454 cur ſit beatior noſtrati. 802. ab Ariſtotele nullibi eſt explicata. 278. quid ſit. 444

Vita cæleſtium ſphærarum eſſentialiter dependet a ſecundis Intelligentijs. 501. quid ſit. 471. eſt genus vniuocum. 514. quot ſpecies habeat. 515

Vita humana quid ſit. 395. quas habeat proprietates 400 ad quam animam obtineat eſſentialem habitudinem. 330 non eſt exiſtentia animæ rationalis. 249 minus eſt morti obnoxia quam vegetalis, & brutalis 399. eſt omni vita ſublunari origine poſterior, perfectione, ſuperior. 399 quot, & quas habeat operationes materiales 418 quot, & quas habeat actiones immateriales 418 quot, & quas habeat functiones medias. 419 quas operationes obtineat momentaneas, & quas non 440. ſpecie diſtinguitur a vita brutorum, & plantarum. 353. quomodo apud Ariſt ſit triplicis naturæ. 442. eſt ſpecies ſpecialiſſima, 443. quomodo habeat operationes minus communes, minuſque morti obnoxias vegetalibus, & brutalibus, 417. non eſt definita vſquam ab Ariſt. 279. non definitur. Exiſtentia

animæ

animæ vegetatiuæ in corpore mediante calore natiuo. 202. eſt mortalis. 19. non eſt idem cum anima hominis. 18. in diuturna quauis functione defatigatur. 399. inter operandum cur alias vtatur organo corporeo, alias non vtatur. 400. cur ſit ceteris ſublunaribus ortu poſterior, minus communis, minus morti obnoxia, & magis abſoluta a materia 400. quot, & quas habeat operationes 401

Vita Mundana eſſentialem obtinet habitudinem ad Deum. 519. quas habeat operationes. 521. habet operationes, quæ prodeunt ab agente infinitæ virtutis. 521. a quo intrinſece conſtituatur in eſſe 519. quid ſit 516. eſt omnium ſpecierum vitæ prima. 519 quot, & quas habeat proprietates. 519. quales habeat operationes. 521. eſt vna numero. 532. eſt ſimplex. 231

Vita ſublunaris quo innitatur, & conſeruetur. 332. eſt generationi, & morti obnoxia. 346. morti cedere poteſt anima ſuperſtite. 298. eſt morti oppoſita 202. non eſt ſine calore, ſed eo conſeruatur. 334. & ſeq. quomodo conſiſtere dicatur in calido, & humido. 335. non eſt ab anima vegetatiua. 247. quomodo inſit ex Ariſt. omni viuenti ab anima vegetali. 141. quæ omnibus viuentibus inſit ex Ariſtotele ab anima vegetali. 258. in animalibus menſuratur ſomno, & vigilia. 134. quomodo ſecundum ſpeciem multiplicari poſſit. 376. definienda non eſt exiſtentia animæ in corpore. 250. quam habeat ſpecificam differentiam. 331. generatim quomodo definienda. 331. quomodo definiatur ab Ariſt. 329. non definit niſi ad caloris natiui defectum 317. eſt diuerſarum ſpecierum. 250. non fundatur in humido. 254. quomodo indigeat humido radicali. 254. non fundatur per ſe primo in Corde. 255. quando primum conſtituatur in eſſe. 49. non fundatur primo in calore influente, nec humido illi proportionato. 253. quomodo conſiſtere dicatur in reſpiratione. 178. eſt quid commune omnibus, animatis ſublunaribus 59 non eſt vnio animæ cum corpore 347 eſt poſt actum vnionis animæ in corpore permanſio. 347. non eſt momentanea, ſed tempore menſuratur. 347. eſſentialem obtinet habitudinem ad animam, & ad corpus. 348 quomodo in ſpecies diuidatur. 351. ſui definitionem bene colligit ex definitione mortis. 597. quomodo ſemper ſit in actu ſecundo, & quomodo non 599 non poteſt in continua operatione verſari 348. quomodo indigeat ambientis refrigerio. 343 generatim quot, & quas habeat conditiones. 349 quando non indigeat nutritionis. 341. quomodo indigeat alimenti 343. quam habeat cauſſam immediatam ſuæ longitudinis, ac breuitatis 344 quot, quibus, & quomodo conſeruetur, ac innitatur 332. & ſeq. ex duplici fomite haurit ſuas proprietates. 345. generatim quomodo definienda. 327. conſiſtere poteſt ſine nutritione, vel calore abſumente humidum. 342

Vita vegetalis nullam habet functionem diuturnam ſine labore, nullumque laborem ſine requie. 358. generatim ad quid habeat eſſentialem habitudinem. 356. non ſemper vna edit omnia ſua munia 358. quomodo ſit omni ex parte mortalis. 358. vnde habeat ſui ſpecies. 376. generatim quid ſit, ſeu quomodo definiatur. 356. quomodo habeat actiones materialiores ſenſualibus, & humanis. 369. quot, & quas habeat operationes. 363. in quo conſiſtat. 326. Diuerſæ naturæ eſt a vita brutorum, & a vita hominis. 355 vnde per ſe primo dependeat. 357 cur ceteris imperfectior, communior, prior, & materialior. 357. quomodo habeat actiones communiores brutalibus, & humanis, & quomodo non. 368.

I N D E X.

cur Simplicio dicatur extrema. 7
Viuens vnum an multas animas continere valeat. 697. & ſeq. Platoni quid ſit. 693. ſecundum ſe ſubſtantia eſt. 6. ſuo motu, ſuaque vi a ſe ſemen excutit 606. non poteſt eſſe, nec imaginari ſine vita. 406. quando primum cõſtituatur in eſſe. 48. ſublunare in longa operatione fatigari, & quietis indigere. 345 quomodo pro viribus euitare ſtudeat decretionem. 360. nobilioris, & perfectioris eſſentiæ non uiuente. 309. ſtatim ac eſt, per ſe primo a nonuiuente differt 314. in decremento quomodo patiatur a calore innato. 361. decretione nõ perficitur, ſed labefactatur. 360. quod non indigeat ſenſu tactus. 307. & ſeq.
Viuentia quot, quæque ſint in vniuerſo. 313. cuncta in quo per ſe primo conueniant 313. quo per ſe primo differant a nonuiuentibus 314 omnia corporea ſunt. 297. omnia, & ſola moueri poſſint a ſeipſis aliquo motu phyſico. 318. ſingula, vel morte pereunt, vel perpetua vita fruuntur. 277. non ſunt reuera, quæ nec ſemper viuunt, nec morte pereunt. 252. non habent eſſe in fieri, ſed permanens. 71 quo conueniant cum nonuiuentibus 45 non differunt abinuicem penes exiſtentiam. 45
Viuentia æquiuoce deſinunt eſſe non per mortem 252. non viuunt vitam mortalem, nec immortalem. 317 deſinunt eſſe ſubito, velut vmbra euaneſcens. 317
Viuentia ſublunaria ſunt corpora mixta ex elementis 303. ſortita ſunt animam, quæ non eſt ſine calore natiuo 333. omnia in quo conueniant, & in quo non 330. calida ſunt. 172. poſſunt diu viuere ſine nutritione. 341. multa non actu, ſed poteſtate ſolum augentur, ac nutriuntur. 105. generari poſſunt ab vniuoco, & ab æquiuoco agente. 607. multa Cor non habent 50. per tempus notabile ſimul ab omni actione vacant. 81
Viuentis ſubſtantia etſi non conſumeretur, indigeret adhuc nutritione. 339. eſſentia non eſt quid ab anima prodiens in corpus. 74. conſtitutio ab anima eſt. 54
Viuere non eſt per ſe moueri, ſiue a principio interno. 311. melius eſt quam nonuiuere. 309. quomodo fiat. 78. viuentibus vnde inſit. 132. non eſt actus ſecundus, ſiue operatio. 45. eſt eſſe viuentibus, ſiue eſſentia viuentium. 44. eſt id, quo differt animatum ab inanimato. 44 cur non ſit exiſtentia viuentibus. 44. quomodo differat a vita. 168. quomodo non. 171. quid ſit Ariſtoteli. 174
Viuimus nos in mundo tanquam pueli in vtero. 304. non per vitam, ſed per animam 171
Viuit compoſitum ex anima, & corpore, non anima ſola. 116
Vlyssis Aldrovandi laus. 394
Vmbra vnde, quando, & quomodo fiat propriè. 83. non ſequitur immediatè corpus. 83. quibus corporibus denegatur aduerſo lumine, & quibus non 768. non poteſt reflecti. 769
Vmbra nihil ſibi ipſi facit. 768
Vnio fieri nequit niſi rerum ſibi inuicem præſentium 200 non eſt relatio, ſed tranſcendens 590 ad quod genus reducatur. 590 animæ cum ſuo corpore quid ſit 214 maior eſt in vita cæleſti, quam in ſublunari 451. mentis cum re per ſpeciem cur ſit cauſa deceptionis. 424
Vnitas omnis oritur a forma. 467. ſubſtantiæ ex qua forma oriatur. 467
Vniuerſale animal quomodo nihil eſt, aut poſterius. 250 ex quibus fiat ab Intellectu. 650 præter multa quid ſit. 652 in multis quid ſit. 653. ſoli menti ſubiacet, non ſenſui. 656. eſt abſtractum a conditionibus indiuiduantibus opera mentis. 657 deperditum de nouo additcitur, vt prima vice. 663
Vniuerſalium amiſſio ignorantia eſt, nõ obliuio. 663. habitus in mente quot, quique ſint. 651. habetur Scientia, Opinio, Sapientia, Intellectus, Prudentia,

dentia,& Ars. 654. non meminimus, & cur. 657

Vniuoca quo differant ab æquiuocis, tranſcendentibus,& analogis. 40.& ſeq quo præcipue differant ab analogis. 293. ſunt naturæ communes æque participatæ a multis. 293 ſatis explicantur vnica definitione communi. 294 communia eſſe nequeunt varijs Prædicamentis. 148. cur diuidenda ſint diuiſione bimembri. 40. communia eſſe nequeunt mortali,& immortali. 714 quid ſint. 41

Vnum per accidens quid ſit 60 per ſe cur,& quando ex multis fiat. 721. fit ex orbe cæleſti, & Intelligentia motrice. 721. magis fit in cælo ex Intelligentia & orbe, quam ſub cælo ex anima & corpore. 451

Vnumquodque eſt id, quod in eo eſt ſummum. 519. prius eſt, deinde aptū eſt ad agendum, deinceps agit. 191

Voces quomodo poſſint eſſe ſigna paſſionum præteritarum. 690

Voluntas vbique bonum cupit, malum odit, eligit melius, ſiue minus malū. 441. non poteſt prohibere primam vnionem mentis cum obiecto 529. quando poſſit mētem cum obiecto vnitam alio diuertere, & quando nō. 529 eſt appetitus rationalis 402 habet actiones ſupponentes actionem mentis 440. momētaneas. 440. quot, quaſque habeat operationes. 402. quæ ſit variabilis,& quæ non. 459

Voluntas hominis a cælo, vel a ſecundis Intelligentijs nullo modo dependet 782. eſt ſummæ libertatis. 782. indifferenter ſe habet ad oppoſita. 782. quot, & quos habeat habitus tum virtutis, tum vitij 403. quales habeat operationes. 442

Vſus caloris, ſpiritus, & facultatis vitalis quinam ſit. 95

Ego Fr. Baptiſta de Finario Generalis Inquiſitor Genuæ vidi, & examinaui hoc opus D. Fortunij Liceti, inſcriptum *De Vita libri tres*; & fateor in eo nihil eſſe, quod ſit Fidei, & bonis moribus, aut Principibus contrarium. Et in fidem manum appoſui die 8. Iulij. 1606.

Fr. Baptiſta Inquiſitor, qui ſupra, manu propria.

GENVÆ,

EX TYPOGRAPHIA
PAVONIANA.
MDCVI.

Annuentibus Superioribus.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Goo